*1. **dico,** -āvī, -ātum, -āre [*a* dic-is *ductum esse videtur, cf. c. osc.* dadikatted '*dedicavit*', *umbr.* tikamne, *si recte vertitur* '*dedicatione*' *vel* '*invocatione*' *et c. theodisc.* zeigōn '*demonstrare*'. *Th.*]. VARRO ling. 6, 61 dīco originem habet graecam quod Graeci *δεικνύω*, hinc Ennius (*frg. inc. 39*) 'dico qui hunc -are'. PRISC. gramm. II 435, 3 significatio cum coniugatione variatur... quomodo dico, dicis et -as. 443, 15 -o ad dicationem -as, paenultima tamen correpta, dico vero ad dictionem paenultima producta (PHOC. gramm. V 437, 21 EVTYCH. gramm. V 468, 16. 486, 12). *scribitur* dikavit: CORP. X 1196. dikata: CORP. X 1563 (*a. 168*). *de significatu:* SERV. Aen. 8, 344 dictum ... -atum, consecratum (*cf.* dīco *p. 978, 46*). NON. p. 287 -are dictum est constituere, consecrare (VERG. Aen. 5, 60) ... tradere (CIC. epist. frg. I 2) ... indicare, nuntiare (LVCIL. 1081 *p. 964, 4*). DON. Ter. Phorm. 62 plus est -o quam do, -atur perpetuo, datur ad tempus. GLOSS. -at *ἀφοσιοῖ.* dedicat. consecrat. designat. dat. -bo consecrabo, donabo, dabo. tribuam. utrum dabo, an ut potioribus in obsequium tradam, ut -ari deis dona dicunt. -vit consecravit. devovit. -assit *συνεχῶς λέγει. ἐπαγορεύει* (*spectare videtur ad locum Lucilii l. 40; cf.* PAVL. FEST. p. 75 -assit dixerit). -atus *καθωσιωμένος ἀνακείμενος* ... deputatus. dedicatus. -atum devocatum (devotatum?). devotum. -ati *ἀφιερωθέντες.* consecrati *al. sim.* *legitur inde ab* ENN. *et* PLAVTO *per totam latinitatem. usus synonymorum* -are, dedicare, consecrare *ex hac tabella elucet* (*nullum ex his habent* RHET. Her. PROP. CELS. COLVM. LVCAN. PERS. PETRON. HOMER. IVV.):

	dicare	dedicare	consecrare		dicare	dedicare	consecrare
PLAVT.	2	—	—	VELL.	—	1	—
ENN	1	—	—	VAL. MAX.	5	4	16
TER.	1	—	—	PHAEDR.	—	1	—
LVCIL.	1	1 (?)	—	SEN. trag.	5	—	—
ACC.	2	1	—	phil.	3	10	13
VARRO	4 (ling.)	5 (ling.)	1 (?)	CVRT.	3	1	4
				PLIN. nat.	86	9	12
CIC. Arat.	1	—	—	VAL. FL.	1	—	—
orat.	5	27	43	SIL.	7	—	—
rhet.	2	—	1	STAT.	14	4	1
phil.	5	10	36	MART.	—	2	2.
epist.	2	1	4	QVINT.	3	15	3
CATVLL.	1	2	1	TAC.	14	7	4
LVCR.	—	3	—	PLIN. epist.	—	2	2
CAES.	2	—	3	paneg.	6	—	2
SALL.	—	—	1	SVET.	1	24	16
NEP.	1	—	—	FLOR.	—	—	4
VERG.	3	—	—	FRONTO	2	1	1
HOR.	—	2	1	APVL.	5	8	6
TIB.	—	1	—	MIN. FEL.	—	6	3
OV.	3 (fast.)	3	—	TERT.	12	22	27
				SOL.	12	3	4
LIV.	8	67	12	SCRIPT. hist. Aug.	12	4	18
GRATT.	1	—	—	AVIEN.	2	—	1
MANIL.	8	—	—	AVSON.	2	3	4
VITR.	—	14	—	AMM.	—	5	7
FEST.	7	10	18	VVLG.	—	9	57
SEN. rhet.	1	2	2	AVG. civ.	5	14	24

[*dub. vel corrupt.:* VARRO ling. 6, 31 QVINT. decl. 323 p. 273, 2 VOPISC. quatt. tyr. 12, 4 SCHOL. Cic. Bob. p. 165, 1.]

I *sensu sollemni:* **A** *generatim: i. q. nuntiare, indicare:* LVCIL. 1081 sicubi ad auris fama tuam pugnam ⟨prae⟩claram allata -asset. *huc pertinere videntur:* ENN. frg. inc. 39 (*p. 963, 32*). VARRO ling. 6, 61 hinc (*a* dīcere) iudicare, quod tunc ius -atur (*nisi est coniunctivus*).

B *speciatim et technice in re sacra i. q.* consecrare, sacrare, dedicare, devovere: **1** *absolute:* TAC. ann. 2, 83 asseveravit Tiberius solitum paremque ceteris -urum (*sc. clipeum Germanico*). CORP. XII 1549 ⟨ita⟩ -o, ita testor, ita conse⟨cro⟩ (*in ara, v. infra l. 40*). XIII 4317 Marcellus -vit.

2 *aliquid (vel passive) plerumque monumenta, aedificia velut aram, templum, tabulam, statuam necnon praedam, exuvias, dona sim.:* CORP. I 807 (= XIV 2387) aara leege Albana -ata (LIV. 1, 7, 10. 11 ara condita ac -ata. PLIN. nat. 6, 62). VARRO ling. 6, 20 tum Veneri dedicata aedes, et (h)orti ei deae -antur. CIC. leg. 1, 59 simulacrum (PLIN. nat. 16, 216. 34, 26. SPART. Hadr. 19, 13 cum hoc simulacrum post Neronis vultum, cui ante -atum fuerat, Soli consecrasset. SVLP. SEV. chron. 1, 31, 2 *al.*). 2, 45 uno e ligno -ato (TERT. nat. 1, 12). OV. fast. 1, 610 templa (3, 704 VAL. MAX. 1, 8, 2 STAT. Theb. 12, 79. TAC. hist. 5, 3 in quis *terris* urbs [*cf. infra l. 55*] et templum -atum est. ann. 4, 43 CLAVD. carm. min. 17, 42 *saepe*). SEN. Med. 39 altaribus. PLIN. nat. praef. 19 pretiosa templis -ata. 2, 16 fanum. 7, 126 *picturas* (35, 64. 90 *al.*). 7, 215 horologium. 8, 6 spolia. 10, 16. 12, 94 coronas. 18, 16 statuae (34, 16. 21. 29 publice. *cf.* 34, 33 Ianus Geminus a Numa rege -atus. SIL. 8, 229 *de statua Didonis.* APVL. flor. 15 p. 51 *saepe*). 19, 50. 33, 129. 34, 17 *et saepissime hoc libro.* 35, 12. 36, 70 navem. 37, 11 dona (STAT. silv. 4, 6, 80). *persaepe.* STAT. Theb. 9, 576 exuvias. TAC. Germ. 40 castum nemus -atumque in eo vehiculum *deae.* ann. 3, 62 delubrum. AVR. VICT. Caes. 5, 17 nemus. PRVD. cath. 8, 75 -atas carpimus escas. CORP. VI 35274 haec aedificia ... comparata, facta -ataque sunt. IX 5314 (*a. 271*) titulum publice -vit (XII 2143 ex more).

3 *aliquid alicui, plerumque deo cuidam:* ACC. trag. 127 Minervae donum armipotenti Danai ... -ant (CIC. Verr. 6, 184 donum ... tibi *Iovi* -atum atque promissum). CORP. XIV 3555 (*Tibure, in ara*) Iovi Praestiti Hercules Victor -vit. CIC. Verr. 5, 67 *candelabrum* dare, donare, -are, consecrare Iovi (LEX arae Iovis Salon. [Corp. III 1933] 9 tibi aram, ... do, -o, dedicoque. *cf. supra l. 11*). 5, 70. VERG. Aen. 5, 60 templis sibi ... -atis (PRIAP. 82, 2 [= CARM. epigr. 861, 2] tibi ... templa, Priape, -o. OV. fast. 1, 706 STAT. silv. 1, 1, 105 Theb. 2, 728 TAC. ann. 3, 63 FRONTO p. 8, 7 N. CAPITOL. Pius 8, 2 Maximin. 33, 2 LAMPR. Alex. 5, 1. INSCR. christ. Rossi II p. 71, 42 *cf. supra l. 21*). LIV. 1, 7, 10 tibi (*sc. Iovi*) aram (1, 20, 7 PAVL. FEST. p. 322. TAC. ann. 1, 79 sacra et lucos et aras patriis amnibus. SOL. 1, 7. 8, 6). 22, 37, 12 divae dare -are Capitolium, templum. 45, 33, 2 quibus *deis* spolia hostium (STAT. Theb. 2, 725 tibi *Minervae* spolia ... -amus exuvias). PAVL. FEST. p. 64 Corniscarum divarum locus erat ... cornicibus -atus (p. 92. SEN. Thy. 718 avo. INSCR. Notiz. degli scavi 1893 p. 165 fines locor. -atorum Dianae [*aetate Vespasiani*]. TERT. spect. 4 locis praesidibus. 8 SOL. 1, 125). VAL. MAX. 1, 1, 8 cellam duobus deis recte -ari. 1, 1 ext. 4. 3, 2, 5. 4, 7, 7 quae *sedes* sanctorum umbris -ata esse creditur. CVRT. 4, 3, 22 cuius numini urbem -erant (SOL. 39, 1 Vulcano urbem. *cf. supra l. 22*). 4, 8, 16 PLIN. nat. 7, 210. 8, 197 signum Fortunae (*cf.* CORP. X 1196 Apollini signum sacr(avit) sedemque -vit). 9, 116. 195. 12, 3. 33, 132 Mario Gratidiano ... statuas (PLIN. paneg. 59 arcus, tropaea ... statuas. CAPITOL. Opil. 6, 8 VOPISC. Aurelian. 18, 2). 29, 4 in insula Coo ... clara ac valida et Aesculapio -ata. 34, 14. 45. 37, 18. 149 *al.* SIL. 6, 606 exuvias Marti. 7, 77. 8, 415. 10, 554 STAT. silv. 5, 2, 147. Theb. 6, 74 illi et pharetras ... tela. 6, 198 tibi (*Iovi*) crinem voti reus ante -aram. TAC. ann. 2, 41 arcus ... et aedes Fortis Fortunae ... sacrarium genti Iuliae effigiesque divo Augusto ... -antur (3, 64 PLIN. paneg. 55). 2, 60 amnis os -atum Herculi. PLIN. paneg. 16 Iovi laurus. SVET. Nero 10 pars carminum ... Iovi. FLOR. Verg. p. 185 pelagi deae prora. GELL 10, 18, 4 monumentum ... dis manibus. APVL. met. 6, 3 CENS. 1, 10 TERT. spect. 5 SOL. 53, 28 PANEG. 4, 17, 1. CAPITOL. Pius 5, 2 circenses natali suo -atos non respuit. LAMPR. Heliog. 18, 3 utique inferis eius caput -retur devovereturque (*fortasse ad 4 referendum*). ARNOB. nat. 7, 33 -are et consecrare turpissimas res eis *deis.* IVST. 14, 4, 13 AVSON. 55, 1. 318, 2. SCHOL. Pers. prol. 1 fons -atus poetis et Musis. DAMAS. epigr. 55, 1 tibi, Christe deus, nova tecta -vi (INSCR. christ. Rossi II p. 64, 10). AMM. 14, 7, 6 *obeliscos* dis superis in religione -arunt. AVG. civ. 2, 14 nec tantum haec (*sc. ludos scaenicos*) agi voluerunt *dei*, sed sibi -ari, sibi sacrari, sibi sollemniter exhiberi (*cf.* 2, 13. 25. 26). SACR. Leon. p. 389 -atam nomini tuo basilicam (*cf. p. 965, 47*). DRAC. Romul. 8, 573 sacra. CARM. epigr. 1155, 1 titulum matri (CORP. X 6780). CORP. II 2701. 3015. III 8336. V 5574. VI 32051. X 1563. XIII 1770. 1779. 4166 INSCR. christ. Rossi II p. 100, 12 *saepe.* *nota singulare i. q. inaugurando sacrare:* TAC. hist. 5, 16 illa primum acie secundanos nova signa novamque aquilam -uros.

4 *aliquem* (*plerumque* '*alicui*' *addito*): ACC. praetext. 15 patrio exemplo et me -bo atque animam devoro hostibus. CIC. Tusc. 1, 73

cygni non sine causa Apollini -ati sint, sed quod ab eo divinationem habere videantur. LIV. 5, 18, 5 hunc ... vicarium pro me rei publicae do -oque (*sed potest ad II A 3 referri*). 45, 39, 12 quas *victimas* traducendas in triumpho -vit (vindicavit *V*). PAVL. FEST. p. 181 Iovi -atus *equus* vivus conicitur in ignem. SEN. Herc. f. 1036 tibi *Iunoni* hunc -atum... gregem cecidi. PLIN. nat. 5, 51 *crocodilus* in Iseo -atus. 29, 72 *serpens* Aesculapio -atur. SIL. 8, 46 cur Sarrana -ent Oenotri numina templo (STAT. Theb. 4, 254 fluviisque -ata numina). PRVD. psych. praef. 5 senile pignus qui (*sc. Abraham*) -vit victimae (*dat. final.*). MART. CAP. 2, 180 -atis pecudibus. PS. AMBR. laps. virg. 1, 3 virgo ... -ata Christo (*ibid.* consecrata [*i. monacha*]. COD. Theod. 9, 25, 3 [*a. 420*] si quis -atam deo virginem ... raptor ambierit [*praecedunt* sacrosancta *et* sacrata]. COD. Iust. 1, 2, 13. NOVELL. Iust. app. 7, 17 [*seq.* deo sacratas]. CARM. epigr. 301, 1 Constantina deum venerans Christoque -ata [*sed potest ad II B 1 trahi*]). COD. Theod. 12, 1, 122 (*a. 390*) veluti -ati infulis mysterium perenne custodiant.

i. q. in deorum numerum referre: CVRT. 8, 5, 11 ne Herculem quidem et Patrem Liberum prius -atos deos quam vicissent viventium invidiam. PLIN. nat. 29, 2 dis primum inventores suos assignavit et caelo -vit *ars medicina*. PLIN. paneg. 11 -vit caelo Tiberius Augustum. TAC. ann. 1, 59 inter numina -atus Augustus. TERT. nat. 2, 8 canem.

5 *rem incorpoream, quasi personatam*: LIV. 7, 6, 3 quo plurimum populus Romanus posset, id enim illi loco -andum vates canebant. *seq. interpretatio.* SEN. contr. exc. 1, 2 -at deis pudicitiam (contr. 1, 2, 21 dedicat). PAVL. FEST. p. 257 Minervae autem -atum eum *diem* existimant (PLIN. paneg. 54 menses etiam nec hos singulos nomini Caesarum -bamus [dicebamus *codd. cf. p. 978, 56*]. SOL. 1, 40 dis superis et Ianuarius -atur et Martius. ORIGO Const. 6, 33 ut milesimus Romae annus Christo potius quam idolis -retur [*potest etiam ad II A 2 trahi*]. MACR. sat. 1, 2, 1 mensis Iano -ati [1, 7, 23 duos eis menses -arunt]. 1, 2, 19 festis Saturno -atis). MART. CAP. 7, 740 octonarius numerus primus cubus est et perfectus Vulcano -atus.

II ***extra rem sacram,*** *notione quadam solemni hic illic sublatente i. q. designare, destinare, dare, constituere, tradere, attribuere sim.*: A ***generatim***: 1 *rem corpoream, plerumque dat. personae, rarius rei addito*: LAEV. carm. frg. 15 *corpora* suavi quie -antur (AVG. civ. 8, 23 quasi animata corpora illis spiritibus -ata et subdita simulacra). MANIL. 4, 857 quod *spatium* cuique -atum (TAC. hist. 4, 53). CARM. epigr. 1533, 12 (*saec. I*) non sprevisti hunc lapidem dignumque -asti. CATVLL. 55, 29 quos *ventos* iunctos, Cameri, mihi -res (*huc traxerim, sed sensus prorsus obscurus*). PLIN. nat. 11, 158 quem *nasum* novi mores subdolae irrisioni -vere. 15, 127 laurus triumphis proprie -atur. 20, 113 id ... epulis feralibus -atum. 22, 3 coccum imperatoris -atum paludamentis. 31, 95. TAC. ann. 15, 40 porticus amoenitati -atae. FRONTO p. 210, 18 N. ei rei pompas ... exuvias a maioribus -atas (*potest ad I B 3 referri*). APVL. Socr. 1 p. 116 dis immortalibus caelum. Plat. 1, 7. SACR. Leon. p. 311 -ata nomini tuo munera (p. 322. 328. 353). PS. DAMAS. epigr. 63, 3 quot digitis citharam chordis totidemque -vit. *nota i. q. condere, constituere*: PLIN. nat. 35, 9 *imagines* ex aere in bibliothecis -antur illis. 35, 10 bibliothecam -ando ingenia hominum rem publicam fecit.

2 *rem incorpoream, plerumque alicui, rarius alicui rei* (in *l. 59*): PLAVT. Bacch. 995 aurium *operam* tibi -o (Pseud. 560. TER. Phorm. 62 *ad quem locum* EVGRAPH. trado. SCHOL. Ter. p. 128, 19 attribuo id est auscultabo). CIC. Arat. 284 huic orbi quinque tributae nocturnae partes ... -antur. orat. 42 *epidicticum genus dicendi* gymnasiis et palaestrae -atum. leg. 1, 59 ingenium... in se suum, sicut simulacrum aliquod -atum putabit. 2, 7 hunc tibi totum -amus diem (SEN. contr. 10, 4, 8 diebus in hilaritates -atis. TERT. ieiun. 14 cur stationibus quartam et sextam *diem* sabbati -amus et ieiuniis parasceuen?). phil. frg. IX 11 huic idem honos certe -andus est. epist. 2, 6, 4 *ut* meae laudi vel ... prope saluti tuum studium -es. LIV. 7, 3, 6 Minervae templo -atam legem (*i. sancire*). GRATT. 331 quoicunque haec regna -antur (SIL. 5, 676 huic fata -arint imperium. CORIPP. Iust. 2, 131 sacrati circuli auri imperium sublime -vit). MANIL. 1, 602 divisosque semel fines sortemque -atam. 2, 193 duo tempora Pisces bina -ant (*i. sibi poscunt*). 2, 435 quae cuique deo rerum natura -vit. 2, 887 sorte -atur. 3, 120 quintus coniugio gradus est per signa -atus. 3, 426 signo Tauri pars illa -anda. PAVL. FEST. p. 245 prima aut secunda hora -antur sponsalibus ominis causa. SEN. Phaedr. 231 annos caelibi vitae -at. PLIN. nat. 5, 16 cuius (*euphorbeae*) sucum ... celebrat *Iuba* privatim -ato volumine (10, 190 omnia privatim -ato opere narranda. 12, 104. 18, 75 unum laudibus eius volumen -vit. 20, 78 privatim volumen ei. *adde*: 13, 74 hieratica *charta* appellabatur antiquitus religiosis tantum voluminibus -ata). STAT. Theb. 2, 429 quae non indebitus annis sceptra -vit honos. PLIN. paneg. 88, 10 eius, cui primum -atum est *nomen Augusti*. CARM. epigr. 1519 (*med. vel exeunte saec. II*) votum deo -vi (912, 2. CORIPP. Iust. 2, 7 Christo sua vota. INSCR. christ. Rossi II p. 89, 42 *al.*). VLP. dig. 24, 1, 5, 8 quam *rem* religioni -vit. TERT. bapt. 17 ne sibi assumant -atum episcopi officium. idol. 18 purpura vel cetera insignia dignitatum ... potestatibus idololatriae ab initio -ata habent... maculam. adv. Marc. 4, 9 p. 442 unius lavacri vis et plenitudo Christo soli -batur. orat. 22. spect. 10 artes eorum honoribus -atas esse. TER. MAVR. 2209 dum pes secundus quartus et novissimus semper -atus uni iambo serviat. AVR. Fronto p. 68, 20 N. quod aut lymphis aut Volcano -rem. SOL. 30, 31 portio manipulorum Soli -atur. CYPR. Fort. 1 *nisi* -atam deo devotamque virtutem divina lectione firmemus. patient. 14 nec iustitiae -ata innocentia... inficitur. LAMPR. Alex. 51, 3 inauribus Veneris eos uniones -vit. AVIEN. Arat. 538 sic se tulit ordo -atus (*sc. trigonio*). 634 media (*sc. inter Nixum et Cygnum*) est Lyra sede -ata (*cf.* CARM. epigr. 1836, 6 hic corpus posuit, sedem -vit in astris). PS. RVFIN. in Os. 2, 14 *praeda* exustioni fuerat -ata. 11, 8/9 cuius *dei* dispositionem -ata semel firmitate gaudentem. AVG. civ. 6, 9 ut immunditiam theologiae fabulosae sibi -rent, in suis solemnitatibus ponerent. 10, 3 ei *deo* beneficiorum eius solemnitatibus festis et diebus statutis -amus sacramusque memoriam. ZACCH. 1, 31 -ari debere idolis castitatem. SALV. gub. 8, 10 professionem Christo -verant. DRAC. laud. dei 3, 273 criminibus ... ducum sua regna -are. Romul. 10, 452 -vit mortibus impietas *gentem vestram*, affectus funera praestant. COD. Inst. 1, 7, 3, 2 fidem quam deo -erant. CORIPP. Iust. 1, 83 hoc nomen sors tibi -vit. CYPR. GALL. gen. 448 deus servo ... ingentes census et maxima quaeque -arat. *nota i. q. nomine honorare, honorifice designare*: PLIN. nat. 25, 21 confines oceano Britanniae ... -vere *herbam Britannicam. huc trahi potest*: CLAVD. 25, 8 oraque patricius nostra -vit honos (*i. patricius factus sum*).

3 *aliquem*: VERG. Aen. 1, 73 conubio iungam stabili propriamque (*sc. Deiopeam*) -bo (= 4, 126. *cf.* SERV. *ad l.* obsequentem eam fore demonstrat. sacerdos -atus est numini, hoc est ad obsequium datus est. [auct.] alii -bo 'dabo' accipiunt. ... deest 'tibi eam'. VAL. FL. 3, 535 quem tibi coniugio ... -vi. STAT. silv. 2, 1, 80 astra salutantem dominus sibi mente -vit. 2, 7, 82 taedis genialibus -bo doctam [*sc. uxorem*] atque ingenio tuo decoram). MANIL. 5, 368 caeloque -atum alituumque genus. TERT. zel. 6 deo pectora (*metonymice*). VOPISC. quatt. tyr. 12, 4 *quem* -asset (designavisset *Peter*, ditasset *Overdick*) imperio. DAMAS. epigr. 1, 8 angelus ex ovibus rapuit regemque -vit. PRVD. cath. 4, 45 illum ... feris -arant. SVLP. SEV. Mart. 19, 1 puellam ... perpetuae virginitati -arit. DRAC. Orest. 68 sic leto non es sacrata morte -ata. CYPR. GALL. deut. 175 plebs tristiferae -anda morti. CORIPP. Iust. 2, 25 sociam. *nota seq. infin.*: DRAC. Romul. 7, 80 equus circi iuga ferre -atus.

B ***speciatim***: 1 *i. q. se dedere, obstringi, addici, obsequentem, devotum obligatum esse alicui vel alicui rei, necnon in aliquam rem: saepe part. perf. pass. sensu reflexivo* (*cf. genet. infra l. 63*): CIC. de orat. 3, 11 Crasso se -arant. epist. frg. I 2 ei me totum -verim. CAES. Gall. 6, 12, 7 se Remis in clientelam -bant. 6, 13, 2 sese in servitutem -ant nobilibus. PAVL. FEST. p. 70 delicatus quasi lusui -atus. SEN. Phaedr. 487 qui se -vit montium... iugis. benef. 4, 32, 2 se reipublicae. dial. 9, 3, 1 cui se uni. epist. 122, 4 se tenebris. STAT. silv. 2, 7, 41 puer o -ate Musis. APVL. met. 11, 9 -ati magno Serapi tibicines. CORP. XIII 7616 (*a. 213*) cohors d⟨evo⟩ta ac -at⟨a m⟩a⟨iesta⟩ti eius (*principis*). CYPR. domin. orat. 13 se *deo* -at (epist. 4, 2 se Christo. Fort. 11 -ati ac devoti deo vivimus [Demetr. 7 propheta devotus ac -atus deo]. Demetr. 12 dei servos et maiestati... eius -atos. FIRM. err. 13, 3 religiosus animus et deo summo -atus [*metonymice.* LACT. inst. 5, 1, 7 -atas deo mentes. PRVD. cath. 6, 135 tali -ata signo (*i. cruci*) mens fluctuare nescit. AVG. epist. 126, 1 cor tuum et deo -atum. *cf.* PRVD. cath. 7, 178 Iesus -ato corde ieiunaverit]. LACT. epit. 66 [71] iustos homines ac -atos deo. MAX. epist. p. 3 Christo. PASS. Mar. Iac. 6 p. 53, 9 CARM. epigr. 662, 7. 1443 B 1 ⟨...⟩ angelicae legis docta, -ata deo). AMM. 15, 5, 6 -atos (*i. fideles*) imperio. 17, 13, 30 -atum nobis ... et fidum. 30, 10, 1 *cohortes Gallicanae* non semper -atae legitimorum principum fidei. PRVD. cath. 7, 66 illic (*sc. in solitudinibus*) -ata parcus abstinentia (*sc. personata*) potum cibumque... respuebat. perist. 10, 218 talibus mysteriis tecum -ati. PAVL. PELL. 604 placitis tibi vivo -atus legibus. ALC. AVIT. carm. 2, 417 perpetua vosmet mihi sorte -vi. epist. 44 p. 73, 27 pii domni (*genet.*) -atis. DRAC. Romul. 7, 114 unus erat Latialis mysticus aulae, alter apud Danaos sacrata mente -atus. CARM. epigr. 678, 3 pari -ata marito. 1837, 3 castitatis custos (*sc. episcopus*) karitati pacique -atus. *nota t. t. iuris publici de vindicatione civitatis*: CIC. Balb. 28 qui se alii civitati -arit. 30 in aliam se civitatem -vit.

2 *i. q. librum dedicare*: PLIN. nat. praef. 6 neque enim similis est condicio publicantium et nominatim tibi -antium (*substantivi vice*). 11 quae tibi -antur. 19, 177 quem *librum* Maecenati -vit. QVINT. inst. 1 pr. 5 opus... tibi -amus (4 praef. 1). FIRM. math. 1 pr. 1. SIDON. epist. 3, 12, 5 vs. 2 carmen. *al.*

part. perf. pass. pro adi. **dicātus**, -a, -um. *plerumque ponitur superlat., deest compar.* 1 *de personis vel rebus personatis i. q. obsequens, devotus, addictus sim.*: LVCIF. non parc. 7 p. 224, 30 rex deo -issimus. RVRIC. epist. 2, 40 p. 425, 3 dum mihi fidelis admodum ... consors et -issimus (*Mommsen*, decacissimus *codd.*, dicacissimus *Engelbrecht*) delator (*i. tabellarius*) saepius inculcat. COD. Iust. 2, 7, 25 (8, 6), 3 -issimorum domesticorum. 12, 33 (34), 5, 4 in viris -issimis scholaribus atque candidatis. CORP. XIII 6754 (*a. 213*) devoti⟨ssimus⟩ numin⟨i eius di⟩catiss⟨imusque⟩ (XI 3310 [*a. 254*] ordo...-issimus numini *maiestatique* eius [X 3343 (*a. 302*), 6. 4785, 8/9. III 460. 3521. 12073. 14195[27] *saepe*]. III 6900 -issima numini eius metropolis An-

cyranorum. 8359 numini eius devotissimo et -issimo. V 856, 9. 857, 10. 2817, 10. VIII 1016. *cf. p. 966, 25*). CORP. III 6751 pietati eius semper -issimi. 11467 officium -atum (*metonymice i. officiales devoti*). 14195[26] imperio eorum -issimus. X 7204, 10 (*a. 315/337*) semper -atus (7229, 9/10. 7230, 10/11). VIII 22267 cui -issimi vivimus. 2 *de re i. q. sacer, sacratus*: AVG. civ. 1, 1 in locis Christi nomini -issimis et amplissimis (3, 31 ad loca Christo -issima confugerunt).

adverb. superl. **dicātissimē.** CORP. VIII 8777 (*in Mauretania, a. 243*) -e devoti numini eius *imperatoris*.

syn.: *ad IA*: indicare, nuntiare. *ad IB*: consecrare, dedicare, devovere, sacrare. *ad IIA*: attribuere, constituere, dare, dedere, designare, destinare, tradere, tribuere. *ad IIB*: addici, se dare, dedere, devotus, obligatus, obsequens esse, obstringi.

deriv.: dicatio, dicator. *comp.*: ab-, de-, praedicare. *Gudeman.*

*2. **dīco**, dīxī, dictum, -ere [*i. q. osc.* deĭkum *'dicere'*, dicust *umbr.* dersicust *'dixerit'*, *got.* ga-teihan *'indicare'*, *theodisc.* zīhan *'incusare'*; dixi = *gr.* ἔδειξα (*praes.* δεικνύναι), dictus = *ind.* diṣṭáḥ *'ostentus, instructus'* (*praes.* dídeṣṭi, diśáti); *cf. c.* dic-is, dicio, dicare, index, iudex, *osc.* med-dĭss, *gen.* medĭkeĭs *'summus magistratus'*, *theodisc.* zeigōn *'demonstrare'*. *Th.*]. VARRO ling. 6, 61 -o originem habet graecam, quod Graeci δεικνύω. TER. MAVR. 435 -o sive fido longae sunt priores syllabae. *cf. p. 963, 32 sqq.* dīxi: PRISC. gramm. II 509, 15. -ctum: PRISC. gramm. II 511, 23 (-i- *correptam testatur* GELL. 9, 6, *sed* díct- *v. sub* dictatura). *de gerund.*: CASSIOD. gramm. VII 150, 15 in antiquiorum multo libris quam C. Caesar est, per u pleraque scripta invenio: ... -undum (*sic passim* iure -undo *ex. gr.* LEX repetund. [Corp. I 198] 31 LEX Rubr. [Corp. XI 1146] 2, 12 *etc.*). *formae*: deico: PLAVT. Merc. 281 (*A.* 294). CIC. opt. gen. 2 (*r*). Att. 13, 21, 5 (*M*). *cf.* SERV. auct. Aen. 9, 266 pro -ere alii 'deicere' legunt (*quod pro* de-icere *sumit*). *in titulis antiquioribus passim* deico deixi; dico *non ante* LEX Rubr. (Corp. XI 1146, *a. 49 a. Chr.*) *et* LEX Iul. munic. (Corp. I 206), *sed* dixsi *iam* SEN. Minuc. (Corp. V 7749) 3. dicier: CIC. Arat. 33 VATIN. Cic. epist. 5, 9, 1 PERS. 1, 28 CARM. de mens. 20 PRVD. perist. 11, 86 GLOSS. dixti: NOVIVS Atell. 8. 9. PLAVT. Asin. 823 (dixisti *codd.*). Men. 1097 (-isti *codd.*). 1098. Merc. 658 (*eodem versu* -isti). 754 [Poen. 1357 *A*] Trin. 567. 602. 655 *al.* TER. Eun. 165. 167. 793 *al.* CIC. Caecin. 82 (*cf.* QVINT. inst. 9, 3, 22) nat. deor. 3, 23 (*sed cf. Plasberg ad l.*) MART. 4, 61, 4. 5, 16, 13 CORP. I 1449. III 14359, 10[a]. dixis (*i.* -xeris): PLAVT. Asin. 744. 839 Capt. 149 Merc. 484 Mil. 283 Vid. 83. dixe: PLAVT. Amph. frg. 7. TER. Hec. 845 (-isse *codd.*). VARRO Men. 284. ARNOB. nat. 5, 1 (*ex Valer. Ant.*). AVSON. 301, 7. dixem: PLAVT. Pseud. 499 (id faxem *codd.*). *cf.* SCHOL. Bob. Cic. Sest. 28 p. 88, 1 et notabiliter media verbi parte subtracta non implevit omnibus syllabis '-xisset' sed '-xet'. inveniuntur aput veteres pleraque huiusmodi (*codd. Cic. habent* -xisset). CORP. IV 4812 (*al.*) dixet *est* -xit. *futurum*: PAVL. FEST. p. 72 dice pro -am antiqui posuerunt. *cf.* QVINT. inst. 1, 7, 23 non Cato Censorius (*frg. inc. 55*) '-am' et 'faciam' 'dice' et 'facie' scripsit? 9, 4, 39. GLOSS. dice -am. dicebo: NOVIVS Atell. 8 (*cf.* NON. p. 507). VICT. VIT. 3, 36 -bit (*sic fere omnes codd.*). *imperativus*: QVINT. inst. 1, 6, 21 multum enim litteratus ... et 'calefacere' -xerit potius quam quod -imus (*sc. calf-*) et 'conservavisse', his adiciat 'face' et 'dice' et similia. CHAR. gramm. I 256, 20 omnia imperativa tertiae declinationis secunda persona instantis temporis per e litteram terminantur, corrumpuntur autem haec tria, velut facio fac, -o dic, duco duc (*cf.* DIOM. gramm. I 349, 25 EXC. Bob. gramm. I 563, 19 PRISC. gramm. II 325, 9. 373, 4 PROB. inst. gramm. IV 186, 34 CLEDON. gramm. V 18, 20 MACR. exc. gramm. V 618, 18. 640, 35 SACERD. gramm. VI 433, 32). dice (*seq. consonans praeter* PLAVT. Curc. 133 Merc. 159. 605 AFRAN. com. 145): NAEV. trag. 63 PLAVT. Aul. 787 Bacch. 716 Capt. 359 Cas. 346 Curc. 133 Merc. 159. 605 (dico *codd.*). Mil. 256. Rud. 124 (*eodem versu* dic). 951 (-c *trad.*). 1156 -ce dum. [Stich. 696 *coni. Leo*] AFRAN. com. 145 (-i *trad.*). CARM. de fig. 183 (*exemplum circumscriptionis*) pro 'dic' 'dice loquendo'. *praeterea tradit* PS. PALAEM. gramm. V 544, 27 Virgilius -it 'dice' et Terentius 'face' (*sed in codd. Verg. ubique* -c, *etiam ante vocalem*). dic: *inde a* NAEV. trag. 37. *partic.* diciens: ITALA Matth. 10, 5 (cod. k). *supinum*: QVINT. inst. 1, 4, 29 quaedam simile quiddam patiuntur vocabulis in adverbium transeuntibus: nam ut 'noctu' et 'diu', ita '-ctu factuque'. sunt enim haec quoque verba participialia quidem, non tamen qualia '-cto factoque'. PRISC. gramm. III 324, 7 *Graeci* λεκτέον ἐστί pro 'oportet -ere'... hinc Romani *gerundia vel supina invenerunt*: -endi, -endo, -endum, -ctum, -ctu (*cf.* PROB. app. gramm. IV 193, 5). *deponens*: VISIO Pauli 40 vos autem -bamini *sq. or. dir.* -it *impersonaliter*: ITIN. [Silv.] 37, 5 ita legitur primum de psalmis, ubicumque de passione -xit. *v. Löfstedt ad l. et quae ibi allata sunt.* ? *reflexive*: GREG. TVR. Franc. 3, 5 ad quem senex quidam se -xisse fertur. *de usu*: *part. perf. pass.*: PLAVT. Poen. 541 equidem haec vobis -xi per iocum. **:** per iocum itidem -ctum habeto, quae nos tibi respondimus. 913 haec cura clanculum ut sint -cta. **:** non -ctum est (*cf. p. 974, 68 et de numero mutato* CARM. epigr. 331, 2). *part. fut. inde a* PLAVTO, *nota*: GRACCH. or. frg. Gell. 1, 7, 7 credo ego inimicos meos hoc -urum. *part. praes.* (*genet. plur.* -entum: OV. met. 10, 657 *p. 982, 53*, -entium: CIC. Brut. 201 SEN. contr. 3 praef. 15 SEN. epist. 108, 7 *al.*). *legitur non ante* TER. (PLAVT. Merc. 142 maledicentior) *neque omnino frequentatur* (*sed cf.* dictitare; -ens *pro substantivo v. p. 989, 63*). *nota constructionem ad sententiam*: ITALA gen. 22, 20 *cf.* 38, 18 (Aug. loc. hept. 1, 73. 137) et nuntiatum est Abrahae -entes (ἀνηγγέλη λέγοντες, VVLG. *om.* -entes. AVG. *ad l.* cum consuetudo loquendi habeat: nuntiaverunt A. -entes aut: nuntiatum est a -entibus). *inde a* LIV. *eodem sensu usurpatur abl. gerund.*, *ex. gr.* 8, 21, 8. 45, 19, 9 tempestivis sermonibus rem ... restituit, aliis alia regna crevisse rebus -endo. VAL. MAX. 4, 1, 15 iussit -endo *eqs.* 5, 2, 8 *al.* SIL. 11, 602 TERT. orat. 21 *al. saepe.* *de reliquo usu gerundii v. potissimum p. 970, 28 sqq.*, *gerundivi p. 980, 43 et 989, 75.* *supinum v. p. 969, 58.* *de potentiali v. p. 969, 44. 971, 24. 33. 973, 45. 976, 47.* *notatur* d.: s(alutem) d(icit). i(ure) d(icundo). d(ixit). *de significatione*: NON. p. 280 indicare. DIFF. Suet. 313, 13 garrire vitii est, loqui naturae, -ere vel facundiae (*p. 970, 26*) est vel iudicantis (*p. 970, 77. 971, 6*) aut criminantis. DIFF. gramm. VII 522, 2 -ere quod volumus, loquimur invicem, narramus quod ignoratur. ISID. diff. 1, 152 -it qui semel idem pronuntiat, memorat ... qui saepius idem ... facit. GLOSS. εἴπω. ἐρῶ. λέγω (*cf.* PLVT. Marcell. 24 τὸ λέγειν δίκερε Ῥωμαῖοι καλοῦσιν). -o, -is aio, ais. -it asserit, ait. -c εἰπέ. λέγε. -ito λέγε. -ite εἴπατε. -ere ferre, referre. -am λέξω. -xi εἶπον. -batur autem ἐλέγετο δέ. -ier dici constitui. -ctum est ἐλέχθη. εἴρηται. qui -it ὁ λέγων. qui -xit ὁ εἰπών. qui -itur ὁ λεγόμενος. qui -ctus est ὁ λεχθείς. si -am ἐὰν εἴπω *etc.* -ens λέγων. λέγων, οὐχ ὁ λέγων (*contra usum v. l. 1 et p. 989, 63*). -entes φάσκοντες. -entibus τοῖς λέγουσιν. -ctu τῷ λέγεσθαι. *dub.* IV 54, 32 -atur inperitur (*vel* inpertitur). *legitur per totam latinitatem.* [*dub.*: VERG. georg. 2, 106 Libyci ... aequoris discere (*testatur etiam* COLVM. *et* AMM., dicere *M V*) quam multae zephyro turbentur harenae. OV. fast. 1, 317 quattuor adde dies ductos (*Leid. al.*, dictos *R*, dictis *V*) ex ordine nonis.] [*val.* zicere, *it. francog.* dire, *hisp.* decir. *M.-L.*]

i. q. verbis (tam voce conceptis quam scriptis) indicare, verba facere, loqui, disserere, affirmare (*opp.* negare), *saepe etiam i. q. respondere (v. p. 969, 7. 982, 38; i. q. -endo efficere v. p. 974, 38, rarissimo i. q. interrogare, v. p. 983, 56); raro de sonis non articulatis, v. p. 989, 18. 21.* *subiectum est persona; bestiae et res aliquid dixisse dicuntur p. 989, 18 sqq.* *materiei digestio sumitur ex constructione*:

I ***absolute.*** **A** *generatim (p. 968, 81—970, 25) i. q. loqui; subiunguntur locutiones adhortantis* tibi -o (*p. 969, 29*), *orationem concludentis (p. 969, 40), deprecantis* pace -xerim *etc. (p. 969, 44), supinum (p. 969, 58).*

B *speciatim (p. 970, 26—971, 40).* **1** *i. q. orationem habere, publice loqui (etiam i. q. declamare) p. 970, 26.* **2** *i. q. sententiam -ere p. 970, 80.* **3** *i. q. testimonium -ere p. 971, 15.* **4** *i. q. opponere p. 971, 21.* **5** *sacramento -ere p. 971, 38.* *sequuntur (p. 971, 41—973, 59) exempla adverbiorum genus loquendi accuratius indicantium, ex quibus seorsum positae sunt (p. 973, 29 sqq.) locutiones per parenthesin orationi insertae* ut vere -am *etc.*, ut -xi *sim.*

II *seq.* ***obiectum*** *(p. 973, 60—982, 33).* **A** *i. q. -endo aliquid exprimere (obi. quod dicitur interius).* **1** *generatim.* **a** *obi. est substantivum p. 973, 61.* **b** *adiect. et pron. p. 974, 48.* *adduntur exempla enuntiati relat. praeter constructionem inserti p. 975, 14.* **2** *speciatim.* **a** *i. q. certum vocabulum eloqui p. 975, 20; hic quaeras locutiones excusantis se vel corrigentis atque monentis*: ut ita -am *sim. p. 975, 82*, prope -am *sim. p. 976, 47*, ne -am *p. 976, 58*, non -o *sim. p. 976, 77.* **b** *i. q. vocabulum fingere, derivare p. 977, 26.* **c** *i. q. pronuntiare p. 977, 55.* **d** *i. q. canere p. 977, 65.* **e** *i. q. statuere, edicere p. 978, 4, promittere p. 978, 77, indicere p. 979, 1.* **f** *salutem -ere p. 979, 6.*

B *i. q. -endo tractare, enarrare, exponere (praedicere p. 979, 22).* **1** *aliquid p. 979, 23.* **2** *aliquem p. 980, 22.* *seorsum ponuntur exempla relativi attracti p. 980, 74 et verbi -o ad vocabulum accuratius definiendum additi, i. q. scilicet p. 980, 83.*

C *accedit alter accusativus.* **1** *i. q. vocare, appellare p. 981, 17, nomine significare p. 981, 75*, qui -itur *p. 982, 2.* **2** *i. q. creare p. 982, 16.*

III *seq.* ***enuntiatum*** *(p. 982, 34—987, 46).* **A** *oratio (et interrogatio) directa p. 982, 34.*

B *interrogatio indirecta p. 983, 34.*

C *acc. c. inf. (-o sq. nom. c. inf. p. 985, 58, passive nom. c. inf. p. 984, 80).* **1** *in enuntiato affirmativo p. 984, 16.* **2** *interrogativo p. 985, 62.* *quae vulgo pro acc. c. inf. ponuntur coniunctiones p. 985, 79.*

D ut, ne *p. 986, 69.* ut *omissum p. 987, 20, cuius loco ponitur infin. p. 987, 32.*

iuncturae ad I—III praepositionales p. 987, 47.

IV ***varia:*** *nolui enim per constructiones seponere locos*: **A** *quibus vocabulo -ere proverbium affertur (p. 988, 75).* **B. C** *quibus aut bestia aut res subiectum est (p. 989, 18. 21).*

I ***absolute:*** **A** ***generatim*** *i. q. verba facere, loqui, affirmare*: PLAVT. Amph. 576 quid hoc sit hominis? **:** equidem decies -xi. 725 tu me ... vidisti? **:** ego, inquam, si vis decies -ere. 743 tace: tu -c (*saepe opp.* tacere, *ex. gr. p. 991, 22* MARCIVS carm. frg. 1 postre-

mus -as, primus taceas. CIC. Att. 5, 10, 3 epist. 12, 13, 1. ad Q. fr. 1, 2, 3 [reticere]. HOR. epod. 5, 49 VAL. MAX. 7, 2 ext. 6 CVRT. 7, 1, 37. *cf.* SALL. Iug. 19, 2 silere). PLAVT. Amph. 762 neque edepol dedi neque -xi. 803 perge porro -ere. 1089 sine me -ere, ut scias *eqs.* (*cf.* Curc. 13). Aul. 764 neque edepol ego -xi neque feci. Bacch. 742 -c modo (Capt. 570). Cist. 454 sine -am (TER. Hec. 744). Curc. 453 immo etiam porro, si vis, -am. 635 ego -am (*in responsione* [*cf. infra l. 19*]. TER. Eun. 951 *al.* SEN. epist. 124, 12 quod autem hoc bonum? -am: liber animus *eqs.*). Merc. 159 quid id est igitur quod vis? :: -am. :: dice. Persa 207 quom, ut digna es, -o, bene non male loquor. Poen. 1155 -o, ne -ctum neges: ... despondeas. *et saepe.* TER. Andr. 29 Sosia, adesdum: paucis te volo. :: -ctum puta. Eun. 951 -am. *al.* CIC. nat. deor. 1, 10 ipse -xit (αὐτὸς ἔφα). Cato 54 quid de utilitate loquar stercorandi? -xi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi. VARRO ling. 6, 55 contra quam -xit fecit. CAES. Gall. 1, 47, 6 conantes -ere prohibuit. SALL. Catil. 8, 5 optimus quisque facere quam -ere ... malebat (SEN. epist. 20, 2 facere docet philosophia, non -ere). LIV. 1, 40, 6 iussi invicem -ere *litigantes. al.* *cum dativo personae passim, ex. gr.*: NAEV. com. 11 quo modo? :: -am tibi (*sim. in responsione*: PLAVT. Capt. 646 Curc. 437 *al.*). PLAVT. Amph. 197 meditabor quomodo illi -am. 619 quis istic Sosiast? :: ego, inquam. quotiens -endumst tibi? Asin. 783 tibi -at. Most. 1029 sic -xit mihi. Persa 168 satis fuit indoctae immemori insipienti -ere totiens. *al.* VARRO rust. 2, 1, 2 ut semigraecis pastoribus -am graece. PROP. 1, 20, 4 crudelis Minyis -xerit Ascanius (*i. testis erit*). LIV. 3, 70, 7 haud surdis auribus -cta. SEN. dial. 2, 16, 3 viro ..., qui sibi possit -ere *seq. or. dir.* (nat. 1 praef. 8 sibi ipse -xit. epist. 18, 5 -as tibi. 98, 12 -c tibi. PS. SEN. mon. 78 PERS. 3, 42. *cf.* SEN. PETRON. *p. 974, 56*). epist. 98, 14 fortunae. tibi -o *sim. in appellatione, invocatione*: PLAVT. Bacch. 999 tibi -o. :: quid est? Curc. 516 heus tu, tibi ego -o. :: eloquere, quid vis? Men. 378. 696. Mil. 217 tibi ego -o ... heus te alloquor. Poen. 1305 Pseud. 244. Rud. 830 sed vobis -o: heus, heus vos *seq. interr. dir.* TER. Eun. 337. *cf.* CIC. de orat. 2, 118 vobis hoc ... -o (LIV. 45, 8, 6 vobis hoc praecipue -o, iuvenes). OV. epist. 19, 153 tibi, Nesse biformis, -imus. PRIAP. 45, 4 heus, inquit, tibi -imus, cinaede. SEN. epist. 89, 21 nunc vobis loquor ... vobis -o *seq. or. dir.* PETRON. 64 tibi -o, Plocame, nihil narras? ITALA Matth. 9, 6 (Tert. pudic. 22) tibi -o paralytice, surge et ambula (λέγει τῷ παραλυτικῷ, VVLG. ait paralytico). VVLG. Luc. 7, 14 adulescens, tibi -o, surge. CARM. epigr. 443, 2 ito procul et linque nefas, tibi -o, viator. *in fine narrationis, orationis*: PLAVT. Aul. 682 -xi tibi. Cist. 527 -xi quod volui. TER. Phorm. 437 (*cf.* DON. *ad l.* '-xi' solent -ere peracta causa). 439. 452 Hec. 612 *cf.* LVCIL. 282. CIC. Verr. 1, 56 -xi (*cf.* PS. ASCON. *ad l.* p. 152). PAPYR. Berol. 611 III 22 APVL. apol. 103. *saepe inseritur orationi potentialis, deprecationem exprimens*: PLAVT. Mil. 679 nam mihi, deum virtute -am, ... licuit (*cf.* Persa 390 deum virtute -am et maiorum meum. Pseud. 581 Trin. 346). LVTAT. epigr. 2, 3 pace mihi liceat, caelestes, -ere vestra (*cf.* SEN. Tro. 276 nat. 3, 11, 4 PETRON. 2 PLIN. nat. 34, 108. 35, 8. IVV. 11, 196 mihi pace immensae ... licet si -ere plebis). CIC. Mil. 103 pace tua, patria, -xerim (Marc. 4 hoc affirmo et pace -am tua. de orat. 1, 76 pace horum -xerim. Tusc. 5, 12 fat. 5. off. 3, 41 pace vel Quirini vel Romuli. epist. 7, 17, 1. LIV. 10, 7, 12 pace -xerim deum. 38, 46, 11. VELL. 1, 7, 4 pace diligentiae Catonis -xerim. 1, 17, 3. 2, 129, 3). de orat. 1, 242 bona venia huius optimi viri -xerim (leg. 3, 34 bona tua venia [AMM. 20, 8, 7]. LIV. 28, 43, 7 bona venia tua). STAT. silv. 2, 1, 82 fas mihi sanctorum venia -xisse parentum. AMM. 16, 12, 12 pace dei sit -ctum (*cf. p. 975, 18*). *saepe legitur supinum additum adiectivo* (*subst. et verb. l. 61. 73. p. 970, 14. 16. 24*): ENN. ann. 240 malaque et bona -ctu (CIC. Tim. 12 -ctu melius et verius [ὀρθότερον]). PLAVT. Pseud. 824 formidulosas -ctu, non esu modo. TER. Haut. 941 sed ita -ctu (-cto δ) opus est. Phorm. 300 nihil est -ctu (-cto *A*) facilius (CIC. leg. agr. 2, 6 facillimum. LIV. 2, 34, 11 facile. 7, 8, 4. 31, 38, 3 -ctu quam re facilius [40, 35, 13]. PAVL. FEST. p. 59 CVRT. 3, 6, 17 COLVM. 3, 1, 4 *al.*). RHET. Her. 3, 8, 15 ut non sint necessariae -ctu (PLIN. nat. 11, 79). CIC. Verr. 2, 32 turpia -ctu (leg. 1, 52 off. 1, 159 OV. Pont. 2, 3, 7 TAC. dial. 28). 4, 129 incredibile -ctu est (5, 124. Cluent. 195 Phil. 2, 106 NEP. Hann. 6, 3 CVRT. 4, 7, 16. 8, 2, 36. 10, 5, 3 -ctu audituque. *al.* CVRT. 5, 13, 21 vix credibile -ctu. PLIN. nat. 18, 94). Manil. 42 difficile -ctu (65 Cluent. 26. 198 de orat. 3, 98 orat. 122 Tusc. 2, 19 *al.*). Planc. 16 perquam grave -ctu (carm. frg. 33, 1 o multa -ctu gravia, perpessu aspera [*Soph. Trach. 1046* λόγῳ κακά]. Phil. 9, 8 grave -ctu est, sed -endum tamen). Tusc. 5, 38 si hoc fas est -ctu (Tim. 6 [θέμις]. *cf.* Cato 13 nefas esse -ctu *seq. acc. c. inf.* VERG. Aen. 3, 365 novum -ctuque nefas ... prodigium. OV. Pont. 1, 9, 3). off. 2, 69 -ctu quidem proclive est. parad. 35 nec hoc tam re est quam -ctu inopinatum atque mirabile (VERG. georg. 2, 30. 3, 275. 4, 554 subitum ac -ctu mirabile monstrum [Aen. 2, 680. 3, 26]. Aen. 1, 439 mirabile -ctu. 2, 174. 4, 182. 7, 64. 8, 252 CIRIS 120 OV. met. 14, 406 LIV. 7, 26, 5. 9, 29, 10. 9, 41, 18 COLVM. 6, 27, 6 LVCAN. 5, 672 SIL. 7, 187 *al.* GLOSS. IV 56, 7 -ctu[m] mirabile mirificum. *cf.* GRATT. 443 -ctu mirum atque alias ignobile [*i. ignotum*] monstrum [PLIN. nat. 6, 162 mirum -ctu. 8, 128. 169. 9, 63. 15, 124. 17, 74 *al.* SIL. 16, 386]. SIL. 3, 685 admirabile -ctu). VERG. Aen. 3, 621 *Cyclops* nec visu facilis nec -ctu affabilis ulli (QVEROL. p. 28, 24. *cf.* GLOSS. V 189, 42 -ctu effabilis sermone narrabilis). 4, 454 horrendum -ctu (8, 565). HOR. ars 107 severum *decent* seria -ctu. LIV. 1, 23, 7 si vera potius quam -ctu speciosa -enda sunt (CVRT. 5, 1, 8 non speciosa -ctu, sed usu necessaria. QVINT. inst. 8, 6, 8). LIV. 3, 68, 9 gratiora -ctu (PLIN. nat. 26, 4 alia multa -ctu grata atque iucunda). 4, 30, 4 nihil dignum -ctu (9, 43, 6. 10, 27, 7 *al.* PLIN. nat. 11, 270. 37, 195 rariorum genera digna -ctu). 5, 47, 8 rem -ctu parvam (9, 30, 5 *al.* 22, 1, 13 minoribus etiam -ctu prodigiis. CVRT. 4, 2, 10 PLIN. nat. 2, 24 *al.* PS. QVINT. decl. 13, 3 parva -ctu animalia). LIV. 21, 32, 7 cetera visu quam -ctu foediora (VELL. 2, 100, 2 SEN. nat. 1, 16, 3 epist. 17, 7. IVV. 14, 44 nil -ctu foedum visuque. PLIN. epist. 3, 14, 2. 4, 25, 1. 8, 18, 9 foedum miserandumque). 27, 15, 9 leve -ctu momentum. 34, 3, 9 honestum -ctu (APVL. apol. 34). VELL. 2, 114, 1 o rem -ctu non eminentem. VAL. MAX. 9, 13, 2 verba ... -ctu fastidienda sunt (PLIN. nat. 29, 61). PLIN. nat. praef. 12 iucunda -ctu aut legentibus blanda. 2, 16 -ctu magis pudenda (26, 61 QVINT. inst. 1, 2, 8. 6, 4, 7. *nota*: TAC. Agr. 32 pudet -ctu). 7, 186 frivolum -ctu. *al.* SIL. 1, 113 haud mollia -ctu. 1, 175 ferum visu -ctuque. 4, 767 infandum -ctu. 9, 502 flebile -ctu. STAT. Theb. 1, 395. 437 terribilem -ctu faciem. QVINT. inst. 1, 1, 37 res modica -ctu. *al.* IVV. 11, 56 pulcherrima -ctu. FLOR. epit. 1, 10, 6 immane -ctu. *al. saepius.* FRONTO p. 148, 17 N. sensum -ctu periculosum. AMM. 27, 7, 8 illud -ctu dirum et factu (31, 8, 7 factu -ctu visuque praedira). HIER. vita Pauli 3 quod -ctu scelus est (PRVD. apoth. 822). CYPR. GALL. Ios. 462 obscaenos -ctu ... artus. *cf. etiam* 2. dictus.

B *speciatim*: 1 *i. q. orationem habere, publice loqui* (*etiam de exercitatione oratoria i. q. declamare*): CATO ad fil. frg. 14 orator est ... vir bonus -endi peritus. TITIN. com. 62 numquamne mihi licebit hodie -ere. RHET. Her. 1, 1, 1 ut de ratione -endi conscriberemus. ... copia -endi ... sine assiduitate -endi. 1, 2, 3 certam viam rationemque -endi ... similes in -endo. *et passim.* CIC. *passim in libris rhetoricis, ex. gr.*: inv. 1, 1 in exercitatione -endi. de orat. 1, 102 qui ... ex magna hominum frequentia -ere iuberent, si quis quid quaereret. 1, 149 -endo homines, ut -ant, efficere solere. 3, 38 neque enim conamur docere eum -ere, qui loqui nesciat. *cf.* 3, 52 *partes* latine loquendi planeque -endi. Brut. 229 is *illis* consulibus primum in foro -xit (nat. deor. 3, 8. rep. 2, 53 in contione). orat. (*hunc librum* de optimo genere -endi *inscribit* CIC. epist. 12, 17, 2 Att. 14, 20, 3) 61 -endi autem, id est eloquendi, maxima vis soli huic (*sc. perfecto oratori*) conceditur. 132 -bat melius quam scripsit Hortensius. 136 nec quidquam est aliud -ere, nisi aut omnes aut certe plerasque aliqua specie illuminare sententias. 198 *syn.* oratio, *opp.* versus. 200 quaecumque etiam sine scripto -rent. 230 *opp.* scribere. 235 ut aut -at aut scribat utra voles lingua eo genere, quo illi volunt. opt. gen. 3 optimus est enim orator, qui -endo ... permovet. Quinct. 71 nisi tu ante novo more priore loco -xeris. Tull. 6 ut ita tibi multum temporis ad -endum sumas. Verr. 2, 103 qui meditati ad -endum paratique venimus. 5, 109 oratio mea aliena ... a cotidiana -endi consuetudine. Cluent. 140 homine in -endo vehementi et callido. rep. 2, 1 tantus erat in homine (*Catone*) usus rei publicae ... et modus in -endo (*i. q. modestia, aliter i. q. mensura*: Manil. 3 mihi non tam copia quam modus in -endo quaerendus est. TAC. dial. 38 modum -endo [*sic codd. praeter A qui habet* -endi] sibi quisque sumebat. PLIN. epist. 8, 14, 6 quod silendi tempus, quis -endi modus). *et saepissime in oratt. et philos.* Att. 4, 2, 2 si umquam in -endo fuerimus aliquid. epist. 12, 2, 1 omnibus est visus ... vomere suo more, non -ere. ad Q. fr. 2, 3, 6 -xi pro Bestia de ambitu apud praetorem Cn. Domitium in foro medio maximo conventu. AT. CAP. Gell. 4, 10, 8 *Cato* longa oratione utebatur eximebatque -endo diem. EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4 qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit cum declamat σαφῶς -ere, quae dicenda sunt, non video. LIV. 5, 7, 5 facta -endi potestate. 35, 31, 12 inter -endi contentionem. FEST. p. 286 cum pro aede Castoris -xit. SEN. contr. 3 praef. 1 in foro ... -entes (*syn.* declamare). 7 praef. 1 cum per totum annum quinquiens sexiensve populo (*dat., i. populo admisso*) -ret. *sim. saepius.* VAL. MAX. 8, 10 ext. 1 vim ardoremque -endi. QVINT. inst. *passim, ex. gr.*: 8, 5, 32 omnem hanc in -endo voluptatem. 10, 1, 68 *Euripides* -endo ac respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diserti, comparandus. 10, 7, 12 mihi ne -ere quidem videtur, nisi qui disposite, ornate, copiose -it, sed tumultuari. 10, 7, 29 ut describendo -amus facilius, -endo scribamus facilius. 11, 1, 30 ut vivat, quemque etiam -ere. IVV. 1, 44 Lugudunensem rhetor -urus ad aram. TAC. dial. 31 de bonis ac malis ... disputatur: haec enim est oratori subiecta ad -endum materia *eqs.* (*syn.* disserere). 35 *opp.* audiri. *et saepe.* PLIN. epist. 2, 10, 7 *silentio* ego, cum -o vel recito, non minus quam clamore delector. 3, 9, 21 quam haberem in -endo facultatem (SVET. Galba 3 modicae in -endo facultatis). *al.* *nota*: VARRO ling. 6, 61 iudex, quod iudicat ..., id est quibusdam verbis -endo finit; sic enim aedes sacra a magistratu pontifice praeeunte -endo dedicatur (*i. certis formulis dictis*).

2 *i. q. sententiam* -ere: CIC. de orat. 2, 260 -c de L. Manlio. leg. 3, 40 ut *senator* loco -at, id est rogatus *eqs.* Att. 1, 13, 2 secundus in -endo locus. 3, 12, 1 qua re in senatu -i nihil liceat. 3, 15, 6 *e lege Clodia* ne referri neve -i liceret *eqs.* 7, 1, 4 -c, M. Tulli (7, 3, 5. 7, 7, 7. 9, 5, 1 LIV. 9, 8, 2). 12, 21, 1 praetorio loco. epist. 11, 6, 2 si quid de

te honorifice -rctur. ad Q. fr. 2, 1, 1 -xit Milo. 2, 3, 1 -xit Marcellus a me rogatus. ad Brut. 1, 5 (9, 14), 1 eum de iis ... sententiis -rentur, -xit Servilius etiam de Ventidio et ut Cassius persequeretur Dolabellam. Liv. 9, 8, 3. Vitr. 7 praef. 6 sex una -xerunt (*sc. consentientes*). Plin. epist. 9, 13, 9 sententiae loco -es, si quid volueris. 9, 13, 13. *sim. de edictis magistratuum et imperatorum*: Varro ling. 6, 30 do -o addico (*sc. praetoris sententia*. Macr. sat. 1, 16, 14). Edict. Anton. lib. col. I grom. p. 246. Acta lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 155 xvvir(i) s(acris) f(aciundis) dic(unt) *seq. edictum* (Acta lud. saec. Sept. Sev. [Corp. VI 32327] 3, 28. 8, 11). Edict. imp. Claud. de Anaun. (Corp. V 5050) 6 Ti. Claudius Caesar Augustus ... -it. Corp. III 7251. Cod. Iust. 7, 62, 1 (*a. 209*) sententia data ... Severus A. -xit. 7, 26, 6 cum consilio collocutus -xit. 1, 3, 7 imp. Theodosius -xit. *al. cf.* Papyr. Arch. f. Papyrusforsch. I 298 *et Mommsen, Schriften IV p. 297.*

3 *i. q.* **testimonium** -ere: Cic. Cluent. 73 placuit repente pronuntiari '-xerunt'. Flacc. 10. 21 sine ullo studio. 90 quomodo igitur -it? Rab. Post. 36 -xerunt hic modo nobiscum ad haec subsellia. *cf.* Petron. 14 quis habebit -entibus fidem? Qvint. inst. 6, 3, 86 -e, M. Tulli, si quid potes, de Sex. Annali. 5, 7, 29. Ivv. 7, 13 quam si -as sub iudice 'vidi' quod non vidisti. *cf. p. 974, 1.*

4 *i. q.* **obicere, contra** -ere, *praecipue in oratione sibi ipsi aliquid opponentis, cf.* Qvint. inst. 9, 2, 36 est et incertā personā ficta oratio: 'hic aliquis' et '-at aliquis', *sed plerumque ponitur futurum* (*praeter l. 24. 33 sqq.*): Ter. Andr. 640 atque aliquis -at 'nihil promoveris' (Liv. 9, 4, 12 -at aliquis. *l. 23*). Haut. 72 enim, -es, ... paenitet (Cornelia epist. frg. 1 -es pulcrum esse inimicos ulcisci. Varro frg. Non. p. 425. Cic. S. Rosc. 94 -es '...', respondebo '...'. Q. Rosc. 8 'sunt duo iam menses' -es. Att. 2, 19, 1 *al.* Phaedr. 3 prol. 8 fortasse -es. Qvint. decl. 269 p. 99, 20 iam -es mihi. Plin. epist. 2, 3, 3. *cf.* Avg. serm. ed. Mai 107, 4 sed -urus es mihi forsitan). Rhet. Her. 4, 26, 36 -et aliquis (Cic. Verr. 3, 57. 5, 10 *al.* Sall. Iug. 31, 18 Liv. 21, 10, 11 Sen. clem. 1, 15, 5 Stat. silv. 1 praef. Plin. epist. 3, 9, 21). Cic. Sull. 38 -et fortasse quisquam. leg. agr. 2, 32 -xerit quispiam (off. 3, 100 Phil. 14, 13. Catvll. 67, 37 -xerit hic aliquis. Ov. ars 3, 7 -xerit e multis aliquis). off. 3, 76 -xerit quis (3, 102). Sen. frg. 32 hoc loco -it aliquis (Tycon. 3 p. 18, 9). Ivv. 1, 150 -as (-es *P pr*) hic forsitan. 8, 163 defensor culpae -et mihi '...'.

5 **sacramento** -ere: Liv. 2, 24, 7 ut sacramento -rent *milites*. 4, 53, 2. 8. 24, 8, 19 quibus *consulibus* sacramento liberi vestri -ant. 25, 5, 8. 41, 5, 11. Plin. epist. 10, 29, 2 sacramento militari.

iuncturae ad I: accedunt **adverbia** *(cf. etiam p. 996, 9): de argumento atque elocutione*: absurde: Tac. ann. 13, 14 haud absurde. accurate: Cic. de orat. 1, 150. 2, 291 Brut. 86. acerbissime: Caes. civ. 1, 2, 8. acriter: Tac. dial. 11 acrius et intento ore. acute: Cic. de orat. 2, 256. orat. 99 acute et veteratorie. alioversum: Plavt. Aul. 287 -xeram (*i. alio sensu intellegi volueram*). aliter: Cic. orat. 234 *opp.* hoc modo. ambigue: Cic. part. 51 *p. 972, 31.* amice: Plavt. Stich. 469 bene atque amice. ample: Cic. Brut. 201 *v. l. 59* (*aliter* Plavt. Asin. 203 non -o amplius). antique: Hor. epist. 2, 1, 67 si quaedam nimis antique, si pleraque dure -ere credit eos. aperte: Naev. trag. 63 Pacvv. trag. 6 Ter. Eun. 819 Rhet. Her. 4, 12, 17 Cic. Catil. 1, 3 Q. Rosc. 16. 43. Mil. 25 palam agere et aperte -ere. apposite: Cic. inv. 1, 6 ad persuasionem. apte: Cic. de orat. 3, 144. orat. 219 apte numeroseque. 232. 236 composite et apte sine sententiis. arroganter: Cic. de orat. 2, 339. Phil. 12, 21 arrogantius. aspere: Cic. de orat. 2, 339. Brut. 164 multa in illa oratione graviter, multa leniter, multa aspere, multa facete -cta sunt. orat. 127 *opp.* leniter. attenuate: Cic. Brut. 201 oratorum bonorum ... duo genera sunt: unum attenuate presseque, alterum sublate ampleque -ntium. Attice: Cic. Brut. 284 *al. v. vol. II p. 1134, 81.* audacter: Plavt. Capt. 401. 630 Men. 52 Merc. 726 Most. 916. Cic. S. Rosc. 31 audacter libereque. Q. Rosc. 16 audacter et aperte. 17. de orat. 1, 193 audacius. *al.* belle: Cic. Quinct. 93 fatetur se non belle -ere, non ad voluntatem loqui posse. de orat. 2, 253. bene: Plavt. Asin. 745 bene -ite (*i.* εὐφημεῖτε. *cf.* Aul. 787 Cas. 346). Stich. 714 melius -is. Truc. 128 cena detur. :: bene -is benigneque vocas. *aliter*: Cic. inv. 2, 4 optime. de orat. 1, 21 professio ipsa bene -endi. 1, 51 -et melius et ornatius. 2, 5 bene -ere ... est scienter et perite et ornate -ere. 3, 57 recte faciendi et bene -endi magistra. Brut. 86. bene -ere *alicui vel aliquem v. sub* benedico *vol. II p. 1867, 9.* benigne: Plavt. Merc. 949 bene vocas, benigne -is (*recusantis formula*). Ter. Phorm. 1051. blande: Ter. Ad. 978 blande -ere aut benigne facere. breviter: Cic. inv. 1, 61 de orat. 1, 187. 214. 2, 215 orat. 236 (orat. 159 *de correpta syllaba*). celeriter: Cic. de orat. 3, 144. *cf.* Rhet. Her. 3, 14, 24 celeriuscule (*opp.* retardare). circumscripte: Cic. orat. 221. clare (*i. clara voce*): Ter. Andr. 754 Rhet. Her. 4, 10, 14. 4, 51, 64 Hor. epist. 1, 16, 59. commode: Cic. S. Rosc. 9. de orat. 1, 227 parum commode. composite: Cic. orat. 236. coniuncte: Rhet. Her. 2, 1, 1 (*i. simul*). contorte: Rhet. Her. 1, 9, 15 Cic. inv. 1, 29. contumeliose: Cic. Phil. 8, 22 dolenter hoc -am potius quam contumeliose. copiose: Cic. S. Rosc. 89. de orat. 1, 21 ornate copioseque (1, 62). 1, 59 copiose varieque. Qvint. inst. 10, 7, 12. cordate: Plavt. Mil. 1088 *p. 972, 10.* criminose: Cic. S. Rosc. 56 criminose ac suspiciose (Brut. 131). crudelissime: Caes. civ. 1, 2, 8. cupide: Rhet. Her. 2, 6, 9. **definite**: Cic. orat. 99 qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite definite, distincte facete -ere. diffuse: Cic. inv. 1, 98 res disperse et diffuse -ctae. diligenter: Cic. Brut. 86 multo diligentius meliusque. dilucide: Rhet. Her. 4, 12, 17 Cic. part. 19. directe: Cic. part. 24 *opp.* retro (*i. inverso ordine*). diserte: Cic. de orat. 2, 38. 39. disperse: *l. 3.* disposite: Qvint. inst. 10, 7, 12. distincte: Cic. inv. 1, 43. 2, 11 orat. 99 *l. 1.* diverse: Cic. inv. 1, 93 quod ab eodem de eadem re diverse -itur. divinitus: Cic. de orat. 1, 227. 2, 7. 3, 4. docte: Plavt. Epid. 404 docte et sapienter. Mil. 1088 -ito docte et cordate. Persa 551 verbum docte -ere. *cf.* Priap. 68, 1 indocte. dolenter: Cic. de orat. 2, 211 Phil. 8, 22 *p. 971, 80.* dubitanter: Cic. inv. 2. 10. dure: *p. 971, 50* Cic. Phil. 12, 25. **elate**: Cic. opt. gen. 10 ita fit, ut Demosthenes certe possit summisse -ere, elate Lysias fortasse non possit. eleganter: Cic. Brut. 86. eloquentissime: Cic. de orat. 1, 69. exigue: Cic. de orat. 3, 144 satis celeriter exigueque. **facete**: Plavt. Capt. 176 Poen. 637 (*v. sub* dictum). Cic. de orat. 1, 75 non tam graviter quam facete. Brut. 164 *p. 971, 56.* orat. 99 *l. 1.* facile: Cic. Brut. 221. falso: Naev. com. 3 *ille* -itur ... falso occidisse. Plavt. Amph. 902 hoc falso -i. Cic. inv. 1, 81. flagitiose: Cic. de orat. 1, 227 turpiter et flagitiose. frustra: Plavt. Merc. 658 Rud. 1134. **graviter**: Cic. de orat. 1, 75 *l. 17* Brut. 164 *p. 971, 56* orat. 22. 100. 101 parva summisse, modica temperate, magna graviter. part. 135 graviter vehementerque. **honeste**: Cic. Phil. 2, 47. humiliter: Cic. orat. 235 etsi humilius -ctum est *proverbium*, tamen simile est. **ieiunius**: Cic. Att. 12, 21, 1. imperite: Cic. Brut. 175 non imperite. impolite: Cic. de orat. 1, 214. impudenter: Cic. Caecin. 4 *opp.* fecisse. incise: Cic. orat. 212 quo pacto deceat incise membratimve -i. 224. inclementer: Plavt. Pseud. 27. Rud. 114 homini libero. Truc. 273 mi. 604 *al.* Ter. Eun. 4 qui -ctum in se inclementius existumavit esse. inconstanter: Cic. part. 51 ea, quae -cta sunt, si aut ambigue aut inconstanter aut incredibiliter -cta sunt aut etiam aliter ab alio -cta, subtiliter reprehenduntur. incredibiliter: *l. 32.* inepte: Cic. Brut. 284 si quis eos, qui nec inepte -unt nec odiose nec putide, Attice putat -ere. iniuste: Plavt. Bacch. 463 in illum. Pseud. 612 alteri. Stich. 344 mihi. **integre**: Cic. opt. gen. 12 qui subtiliter -ant, eos solos Attice -ere, id est quasi sicce et integre. **iocose**: Cic. de orat. 2, 289. *cf.* Plavt. Amph. 920 per iocum (963 Amph. frg. 7 Poen. 541. 1320 *al.* Priap. 44, 2 nolite omnia, quae loquor, putare per lusum mihi per iocumque -i). Amph. 964 ioco (Poen. 572. Merc. 993 ioculo [Stich. 23]). iuveniliter: Qvint. inst. 12, 6, 3. **late**: Cic. de orat. 1, 205 paulo latius. leniter: Cic. de orat. 1, 255 multo -is remissius et lenius quam solebas. Brut. 164 *p. 971, 56.* orat. 99 *v. supra l. 1.* 127 *opp.* aspere. lepide: Plavt. Most. 252 ne nequiquam tam lepide -xeris. 260 Persa 154. leviter: Rhet. Her. 4, 26, 36 ut, cum eam *rem* communi verbo appellaris, levius -xisse videaris. Cic. Phil. 12, 30 levissime. libere: Cic. S. Rosc. 3. *ibid.* liberius. Caes. Gall. 1, 18, 2. limatius: Cic. Brut. 93. litterate: Cic. de orat. 2, 253. **male**: Plavt. Poen. 569 optime itis, pessime hercle -itis. *alio sensu v. sub* maledico. membratim: Cic. orat. 212 *l. 28.* 222. 224. minaciter: Cic. Phil. 5, 21 num putatis ... -xisse eum minacius quam facturum fuisse? modice: Cic. leg. agr. 2, 2. **neglegenter**: Cic. inv. 1, 30 *opp.* ornate exponitur. Caecin. 40 neglegentius aut stultius. nequiter: Rhet. Her. 4, 20, 28 *opp.* turpiter facere. nervosius: Cic. orat. 127. nominatim: Plavt. Rud. 1134 ibi ego -am quidquid inerit nominatim. nove: Rhet. Her. 1, 9, 15. *cf.* Cic. de orat. 2, 127 novo quodam modo. numerose: Cic. de orat. 3, 176 orat. 219. 221. **obscure**: Acc. trag. 75 (*ex coni.*). Cic. inv. 1, 30 *opp.* dilucide exponitur. de orat. 1, 187. 2, 329 *opp.* planius. Priap. 3, 1. occulte: Rhet. Her. 1, 6, 9. odiose: Cic. Brut. 284 *v. supra l. 34.* oratorie: Cic. orat. 227 nihil enim est aliud ... pulchre et oratorie -ere, nisi optimis sententiis verbisque lectissimis -ere. ornate: Cic. de orat. 1, 21 *v. p. 971, 81.* 1, 36 a disertis ornateque -entibus *viris civitates* esse constitutas. 1, 51 *v. p. 971, 67.* 1, 62 *bis.* 2, 5 *v. p. 971, 68.* orat. 22. 228. Qvint. inst. 10, 7, 12. **parate**: Cic. de orat. 1, 150. partite: Cic. orat. 99 *v. supra l. 1.* perite: Cic. de orat. 2, 5 *v. p. 971, 68.* perturbate: Rhet. Her. 1, 9, 15 Cic. inv. 1, 29. perverse: Enn. scaen. 199 Cic. de orat. 1, 150. pie: Cic. inv. 2, 22 tam vere et pie. planius: Cic. Q. Rosc. 32. 43 atque apertius. de orat. 1, 187. 2, 303. 329 *opp.* obscurius. polite: Cic. Brut. 135. populariter: Cic. Brut. 164 (*i. ne populum offendat*). praeclare: Cic. inv. 2, 4 de orat. 2, 127. presse: Cic. Brut. 201 *v. p. 971, 58.* proprie: Cic. de orat. 2, 59 quam scienter, quam proprie de uno quoque *historico* -xit! Phil. 1, 18. pulchre: Ter. Eun. 376 Phorm. 302 Cic. orat. 227 *v. supra l. 62.* pure: Cic. Brut. 202 pure ac solute. putide: Cic. Brut. 284. **recte**: Plavt. Amph. 738 Asin. 471. 823 rectius. Men. 428 *al.* Lvcil. 1141. remissius: Cic. de orat. 1, 255 *v. supra l. 43.* ridicule: Cic. Brut. 172. *cf.* Caes. Gall. 1, 42, 6 non irridicule. **salse**: Cic. de orat. 2, 221 salsissime. 2, 275 subabsurde salseque. *cf.* 2, 274 cum sale. sapienter: Plavt. Epid. 404 *supra l. 10.* scienter: Cic. de orat. 2, 5 *v. p. 971, 68.* 2, 59 *v. supra l. 74.* secus: Plavt. Aul. 436 quid fecimus, quid -ximus tibi secus quam velles? Cic. de orat. 3, 141. Brut. 293 singularem virum — nemo -et secus —, sed oratorem? se-

ditiosissime: CIC. Att. 2, 21, 5, serio: PLAVT. Amph. 855. Asin. 29 Epid. 31 Poen. 160 Pseud. 340. sicce: CIC. opt. gen. 12 *v. p. 972, 37.* simpliciter: PRIAP. 38, 1. sincere: TER. Eun. 177. solute: CIC. Brut. 202 *v. p. 972, 76.* sordide: CIC. de orat. 2, 339. 352. stulte: PLAVT. Men. 1073 si quid stulte -xi atque imprudens tibi. CIC. de orat. 2, 274. 301 Caecin. 40. suaviter: CIC. Brut. 276. subabsurde: *v. p. 972, 80.* sublate: *v. p. 971, 58.* subtiliter: CIC. de orat. 3, 187 orat. 22. 100 opt. gen. 12 *p. 972, 37.* summisse: CIC. de orat. 2, 215 orat. 101 *v. p. 972, 23.* opt. gen. 10 *p. 972, 13.* suspiciose: *v. p. 971, 84.* temere: TER. Phorm. 802. temperate: CIC. Brut. 314 orat. 100. 101. timide: CIC. Caecin. 77 Phil. 12, 24. tranquille: CIC. orat. 99. turpiter: CIC. de orat. 1, 227. 2, 101. 339. varie: CIC. de orat. 1, 59 *v. p. 971, 82.* vehementer: CIC. part. 135. vere: ENN. scaen. 409 mulierem: quid potius -am aut verius quam mulierem? PLAVT. Curc. 479. TER. Eun. 175 ex animo ac vere. GRACCH. or. frg. Gell. 15, 12, 3 RHET. Her. 2, 7, 10. 4, 36, 48 CIC. inv. 2, 22. 174 *al. cf.* RHET. Her. 4, 22, 32 in veritate. versute: CIC. orat. 22. veteratorie: CIC. orat. 99. *de lingua*: PLAVT. Mil. 87 id *nomen* nos latine gloriosum -imus (CIC. de orat. 3, 49 Brut. 138. 161 *al.* opt. gen. 23 top. 30 PRIAP. 3, 9 *al.*). VARRO ling. 5, 131 osce. rust. 2, 1, 2 ut semigraecis pastoribus -am graece (Brut. 310 *al.*).

pro adv. ponuntur substantiva vel locutiones (*cf. l. 17. p. 972, 39 al. 974, 80*): PLAVT. Cist. 667 si mihi alia mulier istoc pacto -at, -am esse ebriam. Men. 228 non -am dolo (Trin. 90. 480 TER. Ad. 375. *cf.* 453 sedulo). Most. 552 ordine omnia (RHET. Her. 3, 7, 13). Poen. 439 bona fida. RHET. Her. 4, 4, 7 ex arte. CIC. Brut. 219 ex tempore (*al.*). orat. 127 Peripateticorum more (207 Isocrateo Theopompeoque more). 234 hoc modo. CAES. Gall. 4, 25, 4 voce magna. *et sim. saepe.*

locutio cum adverbio coniuncta saepe orationi inseritur: ut ... -am, *ex. gr.*: CIC. Cluent. 126 ne ipsi quidem, ut gravissime -am, quidquam aliud -ent *eqs.* 152 quales *iudices*, ut vere -am, vos estis (prov. 19 vere ut -am. Pis. 64 ut verius -am [Phil. 2, 65 SEN. epist. 30, 1]. 68 ut vere -am. *al.*). Catil. 3, 17 ut levissime -am (Mur. 87 Sest. 145 Phil. 12, 30). Tusc. 3, 51 ut honestius -am. *al.* SEN. epist. 26, 4 ut proprie -am. QVINT. decl. 340 p. 344, 3 ut parcissime -am (AMM. 16, 12, 9). *al.* PLIN. epist. 1, 5, 16 ut idem saepius -am. ut ... -xerim: PLIN. nat. 25, 16 ut verius -xerim (QVINT. inst. 2, 10, 5 ut vere -xerim. CASSIAN. inst. 3, 8, 3). TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 4 ut dignius -xerim. MIN. FEL. 32, 9 ut prope -xerim (PASS. Cypr. 1 multa aut ut prope -xerim paene cuncta. 11 MACR. sat. 5, 15, 18). CASSIAN. conl. 9, 25 ut proprius -xerim. ut ita -am *v. p. 975, 82.* -o, -xi, -am *sim. c. adv.*: PLAVT. Aul. 283 me quidem hercle, -am palam, non divides. CIC. Vatin. 33 levius -xi. Mil. 29 -am enim aperte. Phil. 7, 8 periculose -o. leg. 2, 4 vere -am (orat. 2, 15). LIV. 22, 23, 3 laeto verius -xerim quam prospero eventu (VAL. MAX. 7, 6 ext. 1). TAC. ann. 4, 34 tulere ista et reliquere, haud facile -xerim moderatione magis an sapientia. *cf. p. 977, 24.*

ut, quemadmodum, sicut -o, -xi: PLAVT. Amph. 63 proinde ut -xi (491 ut iam dudum -xi. Capt. 17 ut -xeram ante. Curc. 43 ita ut occepi -ere [Poen. 470 Rud. 1065. 1119. *sim. al.*]. CATO agr. praef. 3 ut supra -xi [*sim. passim*]. CIC. Verr. 2, 137 ut -o *et saepe.* CAES. Gall. 1, 41, 4 *al.* MELA 1, 60 ut Homero -ctum est ..., ut alii aiunt. *cf. Krebs-Schmalz, Antibarbarus I[7] p. 438.* *aliter se habent talia*: PLAVT. Amph. 526 facitne ut -xi? [*sc. per breviloquentiam, i. ut eum facturum esse -xi*]. Asin. 54 estne hoc, ut -o? scin, ut -am? *sim.*). CIC. Verr. 5, 53 sicut ipsum -ere audistis (5, 133 leg. agr. 3, 5 *al.*). CIC. S. Rosc. 21 quemadmodum ipse -it (91 Verr. 4, 24 *al.* COLVM. 12, 52, 4 quemadmodum -ximus [*hoc uno loco, passim* ut]). PETRON. 38 sed quomodo -unt, ... invenit.

II ***cum obiecto*: A *i. q. verbis aliquid exprimere, pronuntiare, declarare*: 1 *generatim*:** a *obi. est substantivum* (causam -ere *i. q. se defendere v. vol. III p. 693, 33 sqq. aliter v. p. 974, 10*): PLAVT. Amph. 198 mendacium (Bacch. 525. 957 Persa 102 NIGID. Gell. 11, 11, 1 *sq.* Q. CIC. pet. 47). 205 sententiam (Curc. 702 RHET. Her. 3, 2, 3. CEST. or. frg. Sen. contr. 9, 6, 12 ineptam sententiam. CIC. inv. 2, 176. Phil. 11, 15 graviorem sententiam. *et saepe*). Asin. 489 contumeliam (*opp.* facere. Bacch. 267 quotque innocenti ei -xit contumelias. *al. v. vol. IV p. 801, 44*). 898 uxori vitium -ere. Bacch. 447 itur illinc iure -cto (Capt. 907 Epid. 25. Stich. 726 bonum ius -is. VARRO frg. Non. p. 518 cum *praetor* ius -ret populo. CIC. Quinct. 41 et in provinciis ius -batur et Romae iudicia fiebant. 82 Verr. 1, 12 *et persaepe. v. s. v.* ius). PLAVT. Bacch. 1018 istaec verba ... omnia (Merc. 206. Truc. 757 unum aiebas [*sc. te velle -uram*], tria iam -xti verba. 931. TER. Haut. 1042 verbum turpe. SALL. or. Macri 25 verborum satis -ctum est. VERG. Aen. 4, 650 novissima verba [6, 231]. TIB. 2, 2, 1 *al.* OV. am. 1, 4, 19 verba superciliis [*abl. instr.*] sine voce loquentia -am. epist. 11, 69 precantia verba. ars 1, 709 *al.* ITALA Iob 2, 9 [Cypr. testim. 3, 14] -c verbum aliquod in dominum [εἰπόν τι ῥῆμα εἰς κύριον, VVLG. benedic deo]). PLAVT. Cas. 953 nugas. Truc. 213 naeniam. *al.* PACVV. trag. 380 iura iuranda. TER. Phorm. 15 *prologum.* Haut. 15 *orationem* (CIC. Planc. 74. ASCON. Pis. p. 1 *al. cf.* LIV. 3, 69, 3 contionem. PANEG. tit. *illius* panegyricus *illi* -ctus). CATO or. frg. 40, 5 iocos (LAEV. carm. frg. 14 ioca. GELL. 4, 20, 4). 41 testimonium adversus clientem nemo -it (CIC. Quinct. 58 *et saepe. cf.* PLAVT. Poen. 596 ut sciamus quid -amus mox pro testimonio. HIRT. Gall. 8 praef. 8). CIC. inv. 1, 27 tertium genus *narrationis*, quod delectationis causa non inutili cum exercitatione -itur et scribitur. 1, 99 tuam argumentationem. 2, 71 assumptiva *pars* tum -itur, cum *eqs.* orat. 188 versus saepe in oratione per imprudentiam -imus (Arch. 18 magnum numerum optimorum versuum de iis ipsis rebus ... -ere ex tempore. Deiot. 25 de Domitio versum Graecum. Tusc. 2, 60 versum ex Epigonis. div. 1, 52 off. 3, 82 VERG. ecl. 5, 2. AVSON. 196, 51 quam fatiloquo -cte profatu versus Horati). opt. gen. 16 Thucydidio genere causas in foro. top. 47 locus (*rhetoricus*) qui e contrario -itur. Planc. 83 miserabiliores epilogos (SEN. contr. 4 praef. 8). or. frg. A VI 5 logos qui ludis -cti sunt. CATVLL. 74, 2 si quis delicias -ret aut faceret. PVBLIL. D 4 -xeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem -xeris. G 9 crimen (OV. ars 3, 375 crimina. met. 1, 766 Pont. 4, 14, 29). CAES. civ. 1, 23, 5 milites Domitianos sacramentum apud se -ere iubet (2, 28, 2. HOR. carm. 2, 17, 10 non ego perfidum -xi sacramentum). SALL. Iug. 44, 5 quaecumque -i aut fingi queunt ... probra (OV. ars 3, 49 rem. 697. met. 1, 759 opprobria). VERG. georg. 2, 393 rite suum Baccho -emus honorem (*cf. p. 979, 5*). Aen. 3, 693 nomen *insulae* -xere priores Ortygiam (*cf.* VARRO frg. gramm. suppl. p. CCVI, 3. OV. epist. 20, 111 nomine coniugii -cto. ars 1, 227. LIV. 1, 1, 11 cui Ascanium parentes -xere nomen. *aliter p. 979, 29*). 11, 508 quas -ere grates quasve referre parem? MORET. 108 -it convicia fumo. TIB. 1, 3, 31 tibi -ere laudes (OV. ars 2, 739 trist. 5, 3, 4. Pont. 4, 13, 23 laudes de Caesare -xi. COLVM. 10, 316. BVC. Eins. 1, 15 Caesareas laudes. STAT. silv. 2 praef. 28 GELL. 10, 18, 5). OV. am. 2, 9, 45 modo blanditias -at, modo iurgia nectat (3, 7, 11 epist. 8, 92. 13, 154 *al.*). met. 3, 527 -cta fides sequitur. 10, 133 solacia (Pont. 4, 11, 17). LIV. 3, 58, 7 cum iniustae vindiciae a collega -rentur. SEN. contr. 1 praef. 18 declamationes. 1, 2, 23 controversiam. 1, 5, 1 eundem sensum -xit hoc adiecto *eqs.* 2 praef. 1 principia, argumenta, narrationes aride -bantur. 2, 1, 27 hunc colorem. *sim. saepe.* SEN. clem. 2, 1, 1 cum -retur *ea vox.* PETRON. 109 capillorum elegidarion -ere. 64 belle deverbia. PLIN. epist. 1, 13, 2 an *recitator* -xerit praefationem. *nota in computando*: PETRON. 46 iam quattuor partes -it. 58 partes centum -o ad aes, ad pondus, ad nummum. 75 decem partes -it. *i. q. -endo componere* (*sim. supra l. 5 et p. 991, 13*): RVFIN. Greg. Naz. orat. 1 praef. p. 4, 12 libellum hunc apologeticum -xit. *adde*: AMBR. hex. 1, 9, 33 bonus auctor ita lucem -xit (*i. -endo 'lux fiat' fecit*), ut *eqs.* *sim.* CARM. epigr. 55, 22 rogo, ut discedens terram mihi -as levem. DRAC. Romul. 9, 154 rupem complexa cruentam (*sc. cruore Hectoris*) oscula fixa dabit -ens de rupe maritum. *huc fere pertinet*: PLAVT. Poen. 734 centum nummis minus -etur (*sc. pro trecentis dicam ducentos*). SCHOL. Cic. Gron. p. 426, 26 quia oratoris est, minus -ere poenam rei (*i. minuere -endo, cf. Stangl, Wochenschr. f. klass. Phil. 1912, 29.* minus *i. q. non v. p. 987, 77*), ut -at exilium (*ad p. 975, 20 sqq.*).

b *obi. est pronomen vel adiectivum*: ENN. scaen. 290 hoc ego tibi -o. PLAVT. Amph. 21 pro imperio vobis quod -ctum foret (*cf.* Truc. 676 -c, impera mihi quidlibet quovis modo). 391 -c si quid vis (*ibid.* loqui. CIC. de orat. 2, 266 tum ut -ret si quid vellet, si nucem fregisset. div. 1, 47. PROP. 3, 6, 7 nunc mihi, si qua tenes, ... -ere ... incipe). Amph. 395 vera -o (562. 687. 736. 835. 855 -c mihi verum serio. Asin. 186 vera. Cas. 3 *al.* TER. Haut. 711. 766 Hec. 864 *al.* VARRO rust. 1, 2, 26 *et saepe. nota*: SEN. dial. 9, 1, 16 quis sibi verum -ere ausus est? PETRON. 47, 6). 435 falsum (755 Asin. 20 Cas. 686 TER. Andr. 788. CIC. inv. 1, 91 falsum quiddam. Q. Rosc. 43. 45 *al.*). 752 me illi ea quae illa autumat. 825 nescio quid istuc negoti -am. 1107 mira. Asin. 9 nunc quod me -xi velle vobis -ere, -am. Bacch. 753 aequom -is (Persa 543 aequa. TER. Ad. 803. Hec. 475 aequa de me. *cf.* Phorm. 637 si tu aliquam partem aequi bonique -xeris). Cist. 233 mala multa -i mihi volo (CIC. Att. 8, 5, 1 multa mala cum -xisset suo capiti, ut aiunt. CATVLL. 83, 1 mi ... mala plurima -it. 92, 1). Persa 729 -ctum sapienti sat est (TER. Phorm. 541). Poen. 1329 credibile. Rud. 1092 certum. TER. Eun. 221 abi, nihil -is, Parmeno (CIC. Tusc. 1, 15 cum igitur -is 'miser M. Crassus', aut hoc -is 'miser est Crassus' ... aut nihil -is omnino. 2, 45. 4, 46 *opp.* aliquid. fat. 32 *al.* APVL. apol. 58). TER. Phorm. 951 quod -ctum, indictum est (*i. non dictum*), quod modo erat ratum, irritumst. RHET. Her. 2, 11, 16 ne quid ambiguum -ant. 2, 26, 41 idemne tribuno militum -ret? CIC. Quinct. 8 quid hoc iniquius ... -i aut commemorari potest? Q. Rosc. 8 ego quae clara sunt consuetudine, diutius -ere non debeo. Verr. 2, 74. 5, 2 magnum. Mur. 22 quod sentio. *et persaepe* hoc, haec (*v. p. 975, 10*), id, illud, quod, multa *etc.* (*cf. p. 995, 59*). orat. 11 me saepe nova videri -ere intellego, cum pervetera -am sed inaudita plerisque. part. 22 aliquid aut inusitatum aut inauditum aut novum. 82 quae quisque senserit -xerit gesserit. Tusc. 1, 52 neque nos corpora sumus nec ego tibi haec -ens corpori tuo -o. fin. 1, 26 aliena -xit *Epicurus* in physicis. *al.* CAES. civ. 2, 35, 1 monere aliquid ... ac -ere. SALL. Catil. 3, 2 quae delicta reprehenderis, malevolentiā et invidiā -cta putant. Iug. 30, 4 decere existimavi unam ... orationem eius perscribere ac potissimum ea -am, quae ... disseruit. NEP. Cato 3, 4 haec omnia capitulatim sunt -cta. HOR. ars 334 simul et iucunda et idonea -ere vitae. TIB. 1, 5, 5 libeat ne -ere quidquam magnificum post haec. SIL. 12,

701 his -ctis. 15, 558 his -ctis abit. MART. 2 praef. quid hic porro -urus es, quod non possis versibus -ere? TAC. ann. 1, 76 non crediderim . . ., quamquam id quoquo -ctum est. ACT. ARV. a. 218 B 29 folicia -xerunt (a. 218 H 15 f). DIOM. gramm. I 459, 23 toto -cto pars intellegitur (*opp.* parte nominata). *nota*: PLAVT. Most. 666 quidquid dei -unt (*i. monent*), id decretumst -ere (*sim.* CIC. de orat. 1, 28 ut so abiceret in herba *Socrates in Phaedro Platonis* atquo ita illa, quae philosophi divinitus ferunt esse -cta, loqueretur). CATO orig. 95 id obiectantes, quod mihi . . . minime -i velim (*cf. p. 971, 21*).

haec ubi -cta (*sc. sunt*) *orationi directae postposita* (*cf.* haec ubi -cta dedit *p. 993, 79*): VERG. Aen. 1, 81. 5, 32. 315. 8, 175 HOR. sat. 2, 6, 97 LVCAN. 2, 500 VAL. FL. 2, 384. 7, 511 SIL. 16, 393 STAT. Theb. 8, 338. *cf.* VERG. Aen. 8, 337 vix ea -cta. SIL. 17, 182 haec postquam -cta. *enuntiatum relativum orationi insertum*: PLAVT. Amph. 522 verum, quod tu -is, ... non te mihi irasci decet. CIC. Att. 2, 4, 1 quod inter nos liceat -ere. LIV. 28, 41, 13 quod ... -ere etiam reformidat animus. PETRON. 62 sed, quod coeperam -ere *eqs.* QVINT. inst. 4, 2, 86 quod non arroganter -xerim. FRONTO p. 25, 21 N. quod bona venia pietatis tuae -ctum sit.

2 *speciatim*: a *vocabulum certum eloqui, certo vocabulo uti* (vale *v. p. 982, 43*): ENN. scaen. 408 mulierem: quid potius -am aut verius quam mulierem? PLAVT. Asin. 780 'te' ne -at. Truc. 680 -c mihi haben — :: marsipum te (parasitum et *codd.*) fortasse -ere? LVCIL. 229 quem *diem* plane hexametro versu non -ere possis (*cf.* HOR. sat. 1, 5, 87 oppidulo quod versu -ere non est. MART. 9, 11, 11 nomen *Earinum* versu -ere non rudi volebam *eqs.*). VARRO ling. 5, 4 recto casu cum -imus 'impos', obscurius est esse a potentia, qua⟨m⟩ cum dicimus impot[ent]em. 5, 96 ita enim (ὄϊς) antiqui dicebant, non ut nunc πρόβατον. 5, 131 id quod item -unt osce *et saepe sim.* rust. 1, 2, 1 aeditumo, ut -ere didicimus a patribus nostris. *cf.* 1, 2, 14 -untur, qui vecturis vivunt, velaturam facere. 1, 9, 3 quae proprio nomine -itur terra (1, 50, 1 messis). *al. saepe.* 3, 1, 6 in Sabinis . . . etiam nunc ita -unt (*sc. colles tebas vocantes*). 3, 9, 19 autiqui, ut Thetim Thelim -bant, sic Medicam Melicam vocabant. frg. Schol. Verg. Veron. ecl. 7, 33 (*ibid.* ponere). frg. Non. p. 216 qui oves duos, non duas -unt. frg. Serv. Aen. 12, 139 *v. p. 987, 82 al.* RHET. Her. 4, 19, 26 articulus -itur, cum . . . distinguentur. CIC. inv. 2, 28 'nomen' autem cum -imus, cognomen quoque intellegatur oportet. de orat. 2, 193 numquam illum 'aspectum' -bat, quin *eqs.* 3, 168 ut pro aedificiis cum 'parietes' aut 'tecta' -imus; ... ut cum unam turmam 'equitatum populi R.' -imus. orat. 155 *sq.* Quinct. 41 si neglegentiam -es, mirabimur, si bonitatem, ridebimus. Verr. 6, 96 cum in portum -o . . ., in urbem -o . . . venisse piratas. Mur. 27. Flacc. 13 qui comitatus ... comitatum -o? immo vero quantus exercitus! (*sim. saepe interrogative*: Mil. 76 vestras pecunias: pecunias -o? *al.* LIV. 21, 44, 7 in Africam transcendes: transcendes autem -o? 31, 7, 8. 32, 31, 13 SEN. dial. 1, 1, 5 APVL. apol. 85). CIC. Planc. 84 Phil. 2, 25. 70. 11, 20 cum -o 'mihi', senatui -o populoque Romano. 13, 39 'partes' . . . -untur in foro, in curia. fin. 2, 1 audax negotium, -rem impudens. 2, 14. 94 turpe putandum est, non -o dolere . . ., sed funestare (*sim.* LIV. 40, 27, 11). Lael. 1, 54 Antiocho, familiari meo: magistro enim non audeo -ere. *al.* Att. 6, 2, 4 nullus . . . sumptus factus est: nullum cum -o, non loquor ὑπερβολικῶς; nullus, inquam, ne terruncius quidem. LVCR. 1, 831 homoeomerian, quam Grai memorant nec nostra -ere lingua concedit nobis patrii sermonis egestas. CAES. anal. frg. Gell. 19, 8, 7 Pomp. gramm. V 199, 13. CORNIF. de Verg. 'hordea' qui -xit, superest ut 'tritica' -at. LIV. 38, 8, 6 (*in orat. obl.*) gentis quondam sociae, nolle -ere iniuriis, miseriis certe coactae insanire. PAVL. FEST. p. 1 quod nos cum praepositione -imus 'aspicio', apud veteres sine praepositione 'spicio' -batur. p. 2 affecta femina vel in bonam partem -itur . . . vel in malam. p. 4 emere enim antiqui -bant pro accipere. *al. passim. nota* p. 368 vestis generaliter -itur . . ., vestimentum pars aliqua. SEN. dial. 10, 9, 3 non optimam quamque 'aetatem', sed 'diem' -it *poeta.* benef. 2, 34, 2 pedem et nostrum -imus et lecti et veli et carminis, canem et venaticum et marinum et sidus. epist. 102, 15 nemo -it 'laudem' funebrem, sed laudationem, cuius officium oratione constat *eqs.* 117, 13 PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 118, 15 *al.* QVINT. inst. 1, 4, 14 *sq. al.* IVV. 8, 275 aut pastor fuit aut illud quod -ere nolo (*sc. latro*). PLIN. epist. 2, 11, 15 curam, nimium est enim -ere sollicitudinem. 3, 2, 2. 3, 5, 14. 6, 2, 1. SVET. Vesp. 22 plaustra potius quam plostra -enda. FRONTO p. 224, 24 N. CHAR. gramm. I 319, 20 nam fragrare quidem ablativo -imus casu (*sc. iunctum.* CLEDON. gramm. V 61, 16). VLP. dig. 4, 3, 1, 3 non fuit autem contentus praetor dolum -ere, sed adiecit malum. 50, 16, 195, 2 communi iure familiam -imus omnium agnatorum. PAVL. dig. 1, 1, 11 ius pluribus modis -itur *eqs.* 50, 16, 18 munus tribus modis -itur. *al.* MIN. FEL. 18, 11 cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam deum (o deus *Bähr.*) -unt et 'deus magnus est' *eqs.* TERT. scorp. 9 si diem -xeris, lucis rem ostendisti . . ., licet non -xeris lucem. orat. 21. PRISC. gramm. III 238, 21 'secuti simus . . .' imperative -cta inveniuntur. *locutiones excusantis se vel corrigentis atque monentis*: ut ita -am (*inde a* CIC.; *apud poetas non legitur; dedi omnes locos praeter* CIC. phil. *et* HIER. *vocabulo, ad quod pertinet, anteponitur praeter p. 976, 7. 17. 20. 23. 41. 46, cf. Hey, Archiv 15, 444*): CIC. de orat. 3, 165 si ... 'pupillum' senatum quis relictum -ret, paulo durius *est*; sin 'ut ita -am pupillum', aliquanto mitius. QVINT. inst. 8, 3, 37 si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis praemuniendum est: 'ut ita -am' 'si liceat -ere' (*cf. p. 977, 22*) *eqs.* CIC. de orat. 1, 260 in hoc uno opere, ut ita -am, noctes et dies urgeatur. Brut. 35 nihil acute ..., nihil ut ita -am subdole. 96 iam artifex, ut ita -am, stilus (*sic 16*ies *postponitur apud* CIC.). 121. 129. 160. 203. 285. orat. 27 verbum aliquod ardens, ut ita -am. 40. 255 scopas, ut ita -am, mihi videntur dissoluere. Sest. 114 Phil. 6, 19. 7, 8 ego igitur pacis, ut ita -am, alumnus. fin. 1, 39. 2, 11. 45. 3, 21 *al.* Att. 1, 17, 4 hanc agilitatem, ut ita -am, mollitiamque naturae. LIV. 9, 18, 2 novae fortunae novique, ut ita -am, ingenii. 34, 6, 5. EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4. VAL. MAX. 1, 7, 8. 2, 7, 7. 5, 3, 2a duris atque, ut ita -am, ferreis sententiis. 6, 3, 11. SEN. clem. 1, 1, 6. 2, 3, 1 benef. 3, 35, 1. 5, 7, 4. 6, 16, 7 pigrum iniecta, ut ita -am, manu extraxit. 7, 2, 4 dial. 1, 5, 1. 4, 3, 1. 6, 2, 3. 7, 8, 5. 10, 11, 2. nat. 1, 1, 5 collisus et, ut ita -am, frictus. 2, 1, 5. 2, 12, 1. 2, 28, 3 (*postponitur*) 3, 22. 6, 22, 3. 7, 1, 3. epist. 15, 4 ille, ut ita -am, saliaris, aut ut contumeliosius -am, fullonius. 17, 8. 38, 1. 52, 4. 58, 12. 66, 46. 71, 4 digito, ut ita -am, demonstrandum est. 72, 10. 81, 22. 84, 4 non sine quodam, ut ita -am, fermento. 86, 21. 88, 28. 89, 16. 90, 44. 95, 12. 99, 27. 109, 14. 119, 7. 122, 1. 18. SCRIB. LARG. 38 divulgatas et, ut ita -am, publicatas. 105 irrequiebili, ut ita -am, et inextinguibili siti. PETRON. 2. 118 QVINT. inst. 10, 1, 6 FRONTIN. aq. 64 PLIN. epist. 9, 2, 3 paneg. 39. 45 PS. HIL. c. Arrian. 13, 30. 32 VEG. mil. 2, 17 HIER. epist. 8, 1 in Ioel 2 p. 198 *al.* AVG. civ. 10, 15 p. 425. 11, 7 p. 470. 12, 26 p. 552. 553. 14, 2 p. 6. 22, 14 p. 591 OROS. hist. 7, 29, 18.

ut sic -am: CIC. inv. 2, 168 QVINT. inst. 1, 8, 9. 8 praef. 28. 11, 3, 32 FRONTIN. aq. 77. ut ita -xerim: QVINT. inst. 1, 12, 2. 9, 4, 61. 10, 2, 15 (ita *suppl. Halm*) PLIN. epist. 2, 5, 6 FLOR. epit. 2, 6, 27 FRONTO p. 139, 13 N. GAIVS inst. 3, 18 PAPIN. dig. 40, 7, 34 pr. APVL. Socr. 19 p. 165 flor. 2 p. 8 PS. APVL. Ascl. 18. 32 TERT. spect. 4 nat. 2, 2 bapt. 8 pudic. 14 anim. 3 resurr. 42 adv. Val. 7. 17 adv. Prax. 8 adv. Marc. 1, 3. 4. 2, 1. 27. 3, 5. 4, 7. 14. 5, 1. 13. 17 SOL. praef. 7 PACIAN. paraen. 3 *bis.* AMM. 20, 8, 9. 28, 1, 57 SCHOL. Germ. Sang. p. 105, 4 HIER. epist. 10, 1, 2 VEG. mil. 1, 1 AVG. civ. 5, 7. 9, 19. 14, 15. 17 MACR. sat. 7, 10, 3. 7, 12, 33 CASSIAN. conl. 8, 25, 6 CASSIOD. var. praef. 10. ut sic -xerim: QVINT. inst. 1 praef. 23 studiosos instruat et, ut sic -xerim, ius ipsum rhetorices interpretetur. 1, 6, 1. 5, 13, 2. 11. 6, 3, 93. 8, 3, 55. 9, 4, 134. decl. 268 p. 95, 5 nomen sapientiae facile atque avide, ut sic -xerim, dederunt. 269 p. 99, 10. 279 p. 138, 20. 332 p. 309, 6 TAC. dial. 34. 40 Agr. 3 (uti -xerim *trad.*) Germ. 2 ann. 14, 53 PLIN. paneg. 42. FLOR. epit. 1, 11, 11 cotidiani, ut sic -xerim, hostes. 3, 21, 3. 4, 2, 63 MARCELL. dig. 24, 1, 49. 36, 1, 46, 1 *bis.* APVL. mund. 2 AVG. civ. 7, 1. ut ita -ctum sit: HIER. epist. 55, 2, 3. ut prope -xerim: *p. 973, 39 sq.*

prope, paene -am: RHET. Her. 4, 49, 62 ut res prope -am manu temptari possit (CIC. Quinct. 44 molestia, prope -am non minore quam Quinctius. Verr. 2, 142. 4, 78 Planc. 20 Scaur. 45 de orat. 2, 140 APVL. Socr. 17 p. 157). CIC. S. Rosc. 68 paene -am, respersas manus sanguine paterno iudices videant oportet (Q. Rosc. 16 iudicia summae existimationis et paene -am capitis. Cluent. 193).

-xi: CIC. Att. 5, 20, 6 quam non minus amo quam tu, paene -xi, quam te. SEN. contr. 9, 6, 1. -xerim: QVINT. inst. 1, 5, 55 ex omnibus prope -xerim gentibus. TAC. dial. 32 sine honore, paene -xerim sine ingenuitate (PLIN. epist. 5, 6, 16 mollis et paene -xerim liquidus. POMPON. dig. 45, 1, 5 pr. VLP. dig. 39, 1, 5, 4 TERT. anim. 6 MACR. sat. 7, 8, 9). ne -am: TER. Ad. 375 est hercle inepta; ne -am dolo, absurda. CIC. Deiot. 2 crudelem Castorem, ne -am sceleratum et impium. Phil. 12, 9. 24 ipsi, ne -am mihi. 13, 12 fin. 5, 22 nat. deor. 1, 59 off. 2, 67 Lael. 82. Att. 9, 5, 2 qui *annus* nos, hoc non defendente, ne -am gravius, afflixerat. epist. 9, 16, 3. 12, 30, 3 HOR. ars 272 nimium patienter utrumque, ne -am stulte, mirati. OV. epist. 15, 285 nimium simplex Helene, ne rustica -am. LIV. 39, 28, 10. VAL. MAX. 4, 3, 5. 6, 5, 5 accusatorem etiam suo, ne -am diligendum, certe laudandum. CVRT. 9, 2, 28 alumnum commilitonemque vestrum, ne -am regem. COLVM. 1, 1, 20. 3, 2, 30 SCRIB. LARG. praef. p. 2, 6 QVINT. inst. 1, 12, 18. 5, 12, 20 PLIN. epist. 8, 12, 3 FRONTO p. 19, 7 N. TERT. anim. 28 adv. Marc. 3, 7 [4, 18 p. 478, 25 *add. Kroym.*]. 4, 23. 5, 7 HIER. epist. 13, 3 ALC. AVIT. carm. 1 prol. p. 201, 11. ut non -am: QVINT. inst. 12, 10, 35 ut non -am pinguioribus, fortioribus certe verbis. decl. 258 p. 53, 10 cedere te, ut non -am patri, seni. LACT. inst. 3, 13, 9 EPIPHAN. Hier. epist. 51, 4, 6 AVG. civ. 9, 3 p. 371 OROS. hist. 5, 21, 1. 5, 22, 12. -xerim: QVINT. inst. 10, 1, 77 Hyperides . . . minoribus, ut non -xerim utilior, magis par (OROS. hist. 5, 5, 14). TERT. spect. 5 ne -xerim (nat. 1, 7. 16 anim. 55 resurr. 22 adv. Val. 21 adv. Prax. 3 adv. Marc. 3, 6. 4, 10. 18. 27. 5, 13). non -o (-o *interrogative v. p. 975, 45*, -o *i. q. scilicet v. p. 980, 84*): CIC. Manil. 54 civitas ... non -o Atheniensium ..., sed. Scaur. 18 Mil. 38 Phil. 2, 9. 66. 8, 28. 12, 6 *al. saepe.* Att. 6, 6, 4 *al.* CATVLL. 15, 6. 16, 10 SEN. nat. 1 praef. 7. PLIN. epist. 2, 4, 2 qui non -o molestiores, sed diligentiores erant. APVL. apol. 84 TERT. adv. Prax. 24 doceat ... Christum ... non -o intellegi, verum vel aestimari potuisse. non -am: CIC. Verr. 3, 110 quem hominem? ... non -am amicum tuum. Mur. 23 p. red. in sen. 16 dom. 56. Mil. 34 cur

Milo, non -am admitteret, sed optaret. Pis. 95 Marcell. 4. 5 *al. saepe.* div. 2, 29 leg. 1, 22 Att. 4, 3, 2 *al.* VELL. 2, 6, 5 VAL. MAX. 2, 2, 1 FRONTO p. 197, 1 N. TERT. nat. 1, 9 PS. CYPR. sing. cler. 11. 18. 30. 33. vel -am: CIC. Cael. 75 qua ex vita vel -am quo ex sermone. Phil. 2, 30 stuporem hominis vel -am pecudis. Brut. 206. 246. fin. 1, 10 nobis, vel -am aut oratoribus bonis aut poetis. Att. 9, 7, 1 *al.* SEN. dial. 2, 18, 2. 6, 2, 4 SVET. Cal. 13 MACR. sat. 3, 16, 11. -am . . . an (*cf. l. 16*): CIC. Manil. 57 videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio -am anne Pompeio, an utrique? Cael. 71 o stultitiamne -am an impudentiam singularem! div. 2, 51 exaratum esse, deum -am an hominem. LIV. 31, 29, 4 licentiam, an levitatem -am. PLIN. epist. 1, 14, 5 huic nostrae ambitioni -am an dignitati. APVL. apol. 102 met. 1, 7 *nota*: TERT. spect. 30 hic est ille, -am fabri aut quaestuariae, filius. quid -am: CIC. Phil. 13, 18 hōc archipirata — quid enim -am tyranno? — . . . occupabantur. Att. 1, 17, 6 maxime deest — quid -am? in publica re . . . an in forensi labore . . .: an ⟨in⟩ ipsis domesticis negotiis? 12, 50 utilis — quid -am gratus? SEN. contr. 1 praef. 9 quis aequalium vestrorum, quid -am satis ingeniosus . . ., immo quis satis vir est? VAL. MAX. 9, 11, 7 quid -am . . . an. quid -o: CIC. Att. 4, 13, 1 volumus esse: quid -o volumus? immo vero cogimur. *adde*: CIRIS 137 sed -ere magnum est.

si fas est, licet, -ere (*cf. p. 976, 4*): CIC. Tusc. 5, 38 *v. p. 969, 73.* CIRIS 21 OV. Pont. 4, 8, 55. 4, 16, 45 EPICED. Drusi 129 *al.* IVV. 11, 196 si . . . licet (*v. p. 969, 49*). CYPR. epist. 39, 5 subtractos quadam, -xerim resurrectione (39, 40 magis -xerim). *cf. p. 973, 46.*

b *i. q. vocabulum fingere, aliquid novo vocabulo nominare* (SERV. auct. 3, 335 -xit nominavit): VARRO ling. 5, 8 a quo -ctum esset oppidum, vicus, via (ab: 5, 18 ab eo [*loco*] praeco -itur locare. *ibid.* ab eo quod. 5, 21 *al. saepe.* CIC. Tusc. 1, 19 animus ab anima -ctus est. 3, 20 NIGID. Gell. 9, 12, 6 VERG. Aen. 3, 335. 6, 235. 8, 332 HYG. frg. Gell. 10, 16, 3 PROP. 4, 2, 10 OV. epist. 18, 125 *al. saepe* VELL. 1, 2, 3. 1, 3, 2 SEN. dial. 2, 11, 2. 4, 11, 5 *al.* MART. 10, 29, 3 -ctis a Marte kalendis. *al.*). VARRO ling. 5, 18 caelum -ctum quod est caelatum (5, 28 Men. 179 *al.* CIC. inv. 2, 52 quia. nat. deor. 2, 68. 69. PROP. 4, 10, 48 quia. OV. trist. 3, 9, 33 fast. 6, 301 MANIL. 2, 276 CHAR. gramm. I 59, 2 *al.* GAIVS inst. 1, 184 *al.*). VARRO ling. 5, 32 qua regnum fuit Latini, universus ager -ctus Latius. 5, 34 ager -ctus, in quam terram quid agebant *eqs. sim. saepius.* 5, 43 Aventinum aliquot de causis -unt (VERG. Aen. 1, 277 Romanosque suo de nomine -et *Romulus.* 1, 533 [= 6, 166]. 9, 385 CIRIS 305 OV. met. 13, 648. 14, 434 MANIL. 1, 438 COLVM. 10, 182. 409 SIL. 8, 423. 12, 717). 5, 80 praetor -ctus qui praeiret (*al.*). 5, 109 elixum e liquore aquae -ctum (ex: frg. Non. p. 50 furem ex eo quod. CIC. fin. 2, 14 ex eo [*iuvare*] iucundum. Tusc. 1, 36 *al.* MANIL. 1, 354 MELA 1, 67 PLIN. nat. 11, 123 SIL. 9, 75 TAC. ann. 4, 65). 5, 144 propter loci naturam. frg. Serv. georg. 1, 186 curculio per antistoichon -ctum, quasi gurgulio (NIGID. Gell. 13, 10, 4 SERG. gramm. IV 426, 7 *al.* VLP. dig. 15, 1, 5, 3 *al.*). VERG. Aen. 3, 702 Gela fluvii cognomine -cta (7, 671). 6, 242 unde (OV. met. 14, 338. fast. 4, 899 hinc. *al.*). OV. met. 7, 474 Aeginam genetricis nomine (14, 90. 348 Pont. 1, 8, 14 fast. 4, 63 Graeco rem [*sc. Aprilem mensem*] nomine -i. 5, 427. *cf. p. 981, 45*). fast. 4, 631 forda ferens bos est fecundaque, -cta ferendo. PAVL. FEST. *passim.* PLIN. nat. 2, 8 caelum quidem haud dubie caelati argumento -ximus.

c *i. q. pronuntiare*: CIC. de orat. 1, 260 ut . . . litteram *r* non posset -ere (div. 2, 96 VAL. MAX. 8, 7 ext. 1. *cf.* QVINT. inst. 1, 4, 14). 3, 46 ut iota litteram tollas et e plenissimum -as. orat. 159 īndoctus -imus brevi prima littera, īnsanus producta *eqs.* 181 quod -itur in oratione numerosum, id utrum numero solum efficiatur *eqs.* 196 quae demisso atque humili sermone -untur. NIGID. Gell. 10, 4, 4 'vos' cum -imus. CATVLL. 84, 1 *sqq.* OV. fast. 2, 600 prima sed illi (*Larae*) -cta bis antiquum syllaba nomen erat (*sc. Lala*). VITR. 5, 4, 2 cum -amus 'sol, lux, flos'. FEST. p. 254 ita ut nunc -imus pronuntiari. SEN. nat. 2, 56, 2 -imus enim ut splendēre sic fulgēre *eqs.*

d *i. q. canere* (*cf. p. 989, 21*): CATVLL. 61, 39 agite in modum -ite 'o Hymenaee' *eqs.* 62, 4 iam -etur hymenaeus. 62, 18 -ere iam incipient, iam respondere decebit. VERG. ecl. 3, 55. 59 *al.* 6, 5 deductum -ere carmen (*al.* HOR. carm. 3, 4, 1 -c age tibia, regina, longum, Calliope, melos seu voce nunc mavis acuta seu fidibus citharaque Phoebi. 4, 12, 9 -unt . . . custodes ovium carmina fistula. ACT. ARV. a. 219, 3 carm(en) dic(entes) tripodaver(unt) [*cf. p. 654, 21*]. *al. v. vol. III p. 469, 58*). VALG. carm. frg. 2 Codrus⟨que⟩ ille canit . . . atque solet numeros -ere, Cinna, tuos. PETRON. 78, 5 -ite aliquid belli, *cornicines* (*sq.* classica consonuere. HYG. mun. castr. 20 ubi munera legionum -untur. 21 classica -entur. *cf.* GLOSS. IV 166, 43 sambucinarius ipse qui -it [166, 19 *al.* canit]. V 498, 2 liticen qui in lituis -it). APVL. met. 6, 24 ut . . . Saturus et Paniscus ad fistulam -rent (LAMPR. Heliog. 32, 8 ad tibias). ITALA exod. 15, 1 (Aug. loc. hept. 2, 76 p. 555, 11) tunc cantavit Moyses et filii Israhel canticum hoc domino et -xerunt -ere (εἶπαν λέγειν LXX *sec. Aug.*, εἶπαν τῷ λέγειν *Alex.*, εἶπαν λέγοντες *cett.*, VVLG. dixerunt). iud. 5, 3 (Lugd.) psalmum -am domino (ψαλῶ, VVLG. psallam. *cf.* ITALA I Cor. 14, 15 [Praedest. 1, 63 p. 609[B]] psalmum -am spiritu, psalmum -am et mente [ψαλῶ . . . ψαλῶ, VVLG. psallam . . . psallam]. ITIN. [Silv.] 4, 4 *al.*). psalm. 21, 23 (Tert. adv. Marc. 3, 22 p. 416, 8 hymnum tibi -am (ὑμνήσω σε, VVLG. laudabo te). CYPR. GALL. num. 568 haec ubi sidereo -xere cantica regi. BEDA gramm. VII 250, 33 cetera huiusmodi, quae cum melodia -untur.

e *i. q. verbis conceptis statuere, edicere*: NON. p. 280 constituere. denuntiare. destinare. *cf.* PAVL. FEST. p. 103 iubere ponebatur pro -ere *eqs. et p. 971, 6. 983, 40.* PLAVT. Asin. 594 mater supremam (*sc. diem huc veniendi*) mihi tua -xit, domum ire iussit. Bacch. 1202 quod semel -xi, haud mutabo. Merc. 1015 senibus legem (CIC. Verr. 4, 1 legem. 4, 18. 19 legum -endarum in locandis vectigalibus omnem potestatem permiserat. 4, 51 iniquam legem novamque. LEX Anton. de Term. [Corp. I 204] 2, 33 LEX Iul. munic. [Corp. I 206] 74 VERG. Aen. 11, 322. 12, 112 HOR. epist. 2, 2, 18. EPIST. Sapph. 81 sive ita nascenti legem -xere sorores. PLIN. nat. 35, 197 lex Metilia fullonibus -cta. STAT. silv. 5, 5, 60 legem fletibus. *et saepe*). TER. Andr. 102 hic nuptiis -ctust dies (LEX agr. [Corp. 200] 98 eique operei diem deicito. CIC. Verr. 2, 149 quadriennio postquam diem operi -xerat [2, 148 praestituit]. epist. 16, 10, 2 nostra ad diem -ctam fient. CAES. Gall. 1, 6, 4. 1, 42, 3 colloquio. *alio sensu*: PLAVT. Asin. 838 aeque esse maestum, ut quasi dies si -cta sit [*i. accusatus*]. Capt. 494 *al. saepe. v. s. v.* dies). TER. Haut. 942 me mea omnia bona doti -xisse illi (CIC. Flacc. 86 doti Valeria pecuniam omnem suam -xerat. VERG. georg. 1, 31 omnia protinus quae doti -bantur, marito serviebant). Eun. 946 quae futura exempla (*i. poenas, cf.* DON. *ad l.*) -unt in eum indigna. AFRAN. com. 355 inter nos nuptiae sunt -ctae. EDICT. Cic. Mur. 26 suis utrisque superstitibus praesentibus istam viam -o. VARRO rust. 2, 1, 9 multa etiam nunc ex vetere instituto bubus et ovibus -itur (frg. Non. p. 216 ei ego unum ovem multam -o. CIC. Phil. 11, 18 collegae multam, si . . . discessisset. rep. 2, 60 LIV. 2, 52, 5. 9, 16, 18. 25, 3, 13. 37, 51, 4 *al.* VAL. MAX. 1, 1, 2 PLIN. nat. 9, 78. LEX met. Vipasc. [Corp. II 5181] 31 usque ad HS cc. TAC. ann. 13, 28 PLIN. epist. 4, 29, 2. VLP. dig. 50, 16, 131, 1 multa ibi -itur, ubi specialis poena non est imposita. *al.*). CIC. Caecin. 73 deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore -xisset (Flacc. 86 quaecumque sine hoc auctore est -cta dos, nulla est. *cf.* AFRAN. com. 160 VARRO Men. 330. OV. fast. 6, 594 -ctas exige dotis opes. SEN. contr. 1, 6, 5 quidam -ctas non accepere dotes. MART. 12, 42, 5 VLP. reg. 6, 1. 2. 11, 20 PAVL. frg. Vat. 100 GAIVS inst. 3, 95[a] APVL. apol. 102). CAES. Gall. 1, 43, 1 eo, ut erat -ctum, ad colloquium venerunt (4, 13, 5 civ. 1, 85, 12. NEP. Att. 2, 4 neque longius quam -ctum esset, debere *pecuniam* passus sit). SALL. hist. frg. 2, 80 pecunias Appio -ctas coegit (PHAEDR. 4, 5, 46 et -ctam [edictam *P R*] matri conferent pecuniam). VERG. Aen. 6, 73 tuas sortes arcanaque fata, -cta meae genti (HOR. carm. 3, 3, 58 bellicosis fata Quiritibus hac lege -o, ne *eqs.* VAL. FL. 8, 445. *cf.* PHAEDR. 4, 11, 19 fatorum -cto tempore). 7, 370 sic -ere divos (poscere *M*[1]). 8, 344 Lupercal, Parrhasio -ctum Panos de more Lycaei (SERV. *ad l.* dicatum, consecratum. *cf. l. 57. 77. p. 963, 38*). 9, 266 praedae (*dat.*) -ere sortem (SERV. *ad l.* statuere; alii proprie 'ducere' legunt, quod est sortium). CIRIS 84 ausa . . . numen fraudare deorum et -ctam Veneri votorum ⟨a⟩vertere poenam (*i. voti damnata votum non solvit. aliter* TIB. 1, 6, 55 tibi nescio quas -xit . . . poenas. PAVL. dig. 50, 16, 244). HOR. carm. saec. 26 quod semel -ctum est. OV. met. 4, 95 pervenit ad tumulum -ctaque sub arbore sedit (*cf.* fast. 3, 205 conveniunt nuptae -ctam Iunonis in aedem). 11, 213 promissaque munera, -ctos poscit equos. trist. 3, 14, 9 est fuga (*sc. pro poena*) -cta mihi, non est fuga -cta libellis. fast. 2, 475 proxima lux (*i. dies*) vacua est, at tertia -cta Quirino (*i. dicata. cf.* TERT. spect. 5 Ecurria ⟨ab e⟩quis Marti Romulus -xit *et l. 46*). 3, 75 a te (*Marte*) principium Romano -imus anno. LIV. 29, 12, 13 condiciones pacis (30, 30, 24 *al.*). 45, 26, 15 hac formula -cta [in] Illyrico (45, 31, 1 Macedoniae). PHAEDR. 4, 25, 19 redit horā -ctā. PLIN. nat. 2, 121 ventis etiam et tempore et fine -cto (*l. 44.* GAIVS dig. 21, 1, 20. PALLAD. 3, 25, 10 cydoneis serendis plerique tempora -xerunt). CARM. epigr. 942, 2 (*Pompeis*) quae pretium -xit, non mea *puella*, sed populi est. VAL. FL. 2, 576 donaque -cta feram. 3, 671 tibi -cta manus *mea est.* STAT. Theb. 2, 393 si tibi plana fides et -cti cura maneret foederis. 6, 933 -ctae dare vulnera (*sc. sagittis*) destinat orno. TAC. ann. 3, 22 post -ctum repudium (TERT. idol. 6). PLIN. epist. 2, 4, 2 summam, quam pater tuus quasi de meo -xit. POMPON. dig. 18, 1, 6, 1 cum lege id -ctum sit (*cf.* PAVL. dig. 8, 2, 23 non enim hoc his verbis -i, ut . . . esset, . . . sed uti *eqs.*). PAVL. dig. 19, 1, 2 pr. si in emptione modus -ctus est et non praestatur. *et sim. saepe* ICTI. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 332, 7 hoc quidam diffidentiae -unt (*i. ascribunt*). CARM. epigr. 893 moenibus ipse (*Constantius*) locum -xit duxitque recenti fundamenta solo. GREG. M. epist. 7, 23 p. 468, 3 gravibus eos (*captivos*) pretiis -unt (*sc. ad redimendum*). *nota c. praedicativo*: VERG. Aen. 6, 138 ramus Iunoni infernae -ctus sacer (NON. p. 280 *et* SERV. *ad l.* dicatus. *cf. l. 46*). *hinc fere i. q. promittere* (NON. p. 280. *sed cf.* VLP. dig. 21, 1, 19, 2 -ctum a promisso sic discernitur: -ctum accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum est nudoque sermone finitur): CIC. Att. 2, 7, 3 alia legatio -cta erat, alia data est (*cf.* NEP. Eum. 2, 2 data est Eumeni Cappadocia sive potius -cta. *cf. p. 985, 3*). ad Q. fr. 2, 5, 3 ab eo petivi, ut . . . redderet: statim -xit. VERG. Aen. 3, 362 omnem cursum mihi prospera -xit religio. 10, 546 -xerat ille aliquid magnum (*sc. sibi promiserat*). 11, 353 *dona* plurima mitti Darda-

nidis -ique iubes. *i. q. indicere*: CINC. Gell. 16, 4, 1 ego populusque Romanus populo Hermundulo . . . bellum -o facioque. SERV. auct. Aen. 1, 632 simul divum templis indicit honorem: apud maiores nostros mos fuit, ut magistratus . . . in fine actus adderent 'dis honorem -o' (*cf. p. 974, 20*).

f salutem -ere (*in praescriptionibus epistularum passim* salutem -it): PLAVT. Bacch. 734 Mnesilochus salutem -it suo patri. Curc. 431. 524 Mil. 1316 Persa 501 Pseud. 982. Poen. 406 Veneri -ito multam meis verbis salutem. QVADRIG. hist. 41. CIC. Verr. 4, 154 Timarchides Verris accensus Apronio salutem -it. leg. agr. 2, 53 Att. 2, 7, 5. 2, 15, 4 *al.* epist. 7, 33, 2 ego vero multam salutem et foro -am et curiae. OV. met. 14, 11 -cta acceptaque salute (14, 271). trist. 3, 12, 33. CARM. epigr. 926 (*Pompeis*) littera Theorianis semper -ura salutem *eqs.* STAT. silv. 4, 9, 49 quid si, cum bene mane semicrudus illatam tibi -xero salutem, et tu me vicibus domi salutes? MART. 12, 11, 1 Parthenio -c, Musa, tuo nostroque salutem. FRONTO p. 47, 7 N. dominae meae matri tuae -c salutem. p. 57, 5 *al.* AMM. 17, 5, 3 Constantio salutem plurimam -o. 17, 5, 10. *cf.* ENNOD. epist. 2, 25, 3 p. 67, 20 ad scriptionis causam -cta humili salutatione . . . me confero.

B *i. q. verbis* **tractare, enarrare, exponere,** *demonstrare, describere, nominare, commemorare, loqui de* (*speciatim i. q. praedicere v. p. 980, 15. 70, i. q. carmine laudare l. 60. 69. p. 980, 7. 46 sq. 70*):

2 *praecipiunt homines*: a *generatim*: SEN. Ag. 291 quid voce blandiloqua mala consilia -as? SIL. 6, 693 -antes iura Latinos (CAPITOL. Aur. 11, 10 *praefectorum* auctoritate et periculo semper iura -vit. ENNOD. dict. 25, 4 p. 503, 15 -vimus matrimoniorum iura non sermone, sed gladiis. *cf.* GLOSS. iura -antes *νομοθέται et l. 29 sq.*). PLIN. epist. 2, 11, 22 de Regulo questus est *collega*, qui se in sententia, quam ipse -verat, deseruisset (*cf.* ENNOD. opusc. 3, 169 p. 375, 2 pleno pectore -a sententias. AVG. serm. ed. Mai 37, 2 iudex [*i. Christus*] ... -at uni *latroni* sententiam, alteri porrigit indulgentiam. CASSIOD. var. 5, 22, 5 multum facundior est, qui sententiam -at quam ille qui supplicat. PASS. Paul. 13 vade ad destinatum locum, ubi sententiam merito -atam [dictam *V*] suscipias). ANON. Vales. 16, 94 *ille* -vit praecepta ..., ut *eqs.* PRVD. c. Symm. 1, 462 seu nos procinctus maneat seu pace quietas -emus leges (*syn.* 1, 455 leges ac iura dare. *cf.* NOT. dign. or. 12, 4 leges -andae [= occ. 10, 4]. ENNOD. epist. 1, 5, 4 p. 10, 13. *v. etiam l. 35*). CASSIOD. var. 6, 19, 9 fas est ... nostrum ... in locum beneficii -are, quod nos ad gaudia salutis excruciet. compl. in Iac. 1, 2 p. 1377B sicut bonus medicus -at salutare remedium. NOVELL. Iust. 7, 9 pr. si quid tale -verit *quaestor* (*ὑπαγορεύσειε*). [*cf. absolute*: CASSIOD. var. 8, 13, 4 quod a nobis praecipitur, gratia -antis (*sc. quaestoris*) ornatus]. *huc pertinere videtur locus lacunosus*: MAXIMIN. c. Ambr. 128. *acced. dativ.*: SIL. 6, 362 remis sonitum. IVV. 11, 59 pultes coram aliis -em puero, sed in aure placentas. SIDON. carm. 5, 562 iura Getis (epist. 7, 9, 17 aut humanum aut divinum -are ius. CASSIOD. in psalm. 50, 13 p. 173D subiectis iura). 23, 330 voluptuosum -ant quadrupedantibus furorem. DRAC. laud. dei 2, 708 supplicium cunctis revocabile -as. ENNOD. epist. 7, 6, 1 p. 176, 8 contestor ... nec salvo pudore sententiam excessibus -are peccantem. opusc. 1, 69 p. 280, 11 praecepta Sirmiensibus. 3, 47 p. 342, 22 sibi beatus antistes proprio ore leges ... -vit. *nota*: DRAC. Orest. 31 maxima fulmineo -bat dona Tonanti, optima Iunoni scribebat munera magnae. *acced. gerundiv.*: STAT. silv. 5, 3, 291 sacra Numae ritusque colendos ... -bat nympha. CASSIOD. var. 11 praef. 2 cui iugiter incumbit responsum reddere et alteri expedienda -are (*de praefecto praetorio*). *seq. oratio recta*: PERS. 6, 66 neu -a: pone paterna (*sc. bona*) *eqs.* *seq. infinit.*: CORIPP. Ioh. 2, 246 populos excedere castris imperat, auxilioque suis succurrere -at. 4, 556. *absolute*: PASS. coron. 4 volo columnas ... abscidi, -antibus *illis*. *ibid.* -antes et dolantes coeperunt artifices quadratarii incidere lapidem. b *speciatim*: *t. t. agrimensorum* (*cf. p. 998, 80 sq.*): *absolute*: NIPS. grom. p. 285, 5. *aliquid*: FRONTIN. grom. p. 33, 2 metas (34, 10 HYG. grom. p. 193, 7) *sc. puero ponendas*. p. 33, 11 rigorem secundum proximo lateri (p. 33, 14 NIPS. grom. p. 285, 9. 11. 286, 1 *sq.*). NIPS. grom. p. 286, 21 duas cannas. p. 287, 7 incipies quattuor metis comprehensis -are limitem, in quam partem iturus es.

II ***nulla notione finali sublatente*** *i. q. dicere solere, dicere*: *aliquid*: SEN. nat. 5, 18, 4 quod de Caesare maiori vulgo -atum est et a T. Livio positum ..., dici etiam de ventis potest. GELL. 4, 1, 2 et 'hoc penus' et 'haec penus' et 'huius peni' et 'penoris' veteres -verunt. EPIST. pontif. Cassiod. var. p. 446, 9 ⟨si⟩ licuit laico homini anatbema ... -are aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere. ARATOR act. 1, 916 ter sonuit domini vox, quae -ata (*i. pronuntiata*) saluti est. *seq. acc. c. inf.*: GELL. 4, 11, 14 Pythagoram ... ipsum celebre est Euphorbum primo fuisse se -asse (fuisse dictitasse *VPR*; *et ita legendum videtur cf. p. 1008, 68*). *nota*: CAPITOL. Gord. 20, 2 ostendisse mathematicum constellationem ferunt et de libris veteribus -asse (*fort.* recitasse), ita ut probaret se vera dixisse.

syn.: *ad A 2 a*: dicere (HIER. epist. 34, 6). *A 2 b*: conscribere (SVET. Tit. 6, 1). *A 3 b*: imperare (CORIPP. Ioh. 2, 246). *opp.*: *ad A 2 a*: scribere (RHET. Her. 3, 17, 30 PLIN. epist. 9, 28, 3 *bis*. TREB. trig. tyr. 33, 8 HIER. in Is. 5 pr. p. 169/70 in Abd. 20 p. 386 ENNOD. epist. 8, 16, 4 p. 211, 18). ipsum scribere (CIC. Att. 7, 13b, 7. 13, 9, 1. ad Q. fr. 2, 2, 1), epistula sua manu dare (CIC. Att. 10, 3a, 1), sua manu scribere (TEST. porcelli p. 243, 3 AMBR. epist. 1, 47, 3 HIER. in Gal. 5, 2 p. 485/6), propria manu scribere (AMM. 15, 1, 3), sua manu ipsum conscribere (HIER. in Philem. 19 p. 759). excipere (SVET. Nero 52 ENNOD. opusc. 3, 9 p. 333, 9), tradere (OPTAT. 7, 1 p. 162, 5). dicere (SEN. epist. 40, 10).

deriv.: dictatio, dictator, dictatus, dictitare.

part. perf. pass. pro subst. pl. **dictāta**, -ōrum (*sing. v. p. 1014, 29 sq.* [*francog. vet.* ditié, *it.* dettato, *hisp.* dectado. *M.-L.*]). VARRO ling. 6, 61 hinc (*sc. a dicendo*) -a in ludo. GLOSS. -um *ὑπηγορία. ὑπαγόρευσις. ἅμιλλα. ἅμιλλαν. ἅμιλλα καὶ ἀναδεδομεναι και μαθηναι* (*ἀναδεδομένα τοῖς μαθηταῖς Ducange. ἀναδιδόμενον καὶ μάθημα Salmas.*). edictum. [*var. lect.*: AVG. retract. 2, 19 eorum nonnulla contra nos dicta ($D^1 E$, dicta [ta *ras.*] *C*, dictata *cet.*) vel scripta.]

1 *quae in ludo pueris a magistro dictantur* (*cf. p. 1009, 59 sq.*): CIC. fin. 2, 95 ista vestra 'si gravis (*sc. dolor*), brevis; si longus, levis' -a sunt. 4, 10 ne necesse sit isdem de rebus semper quasi -a decantare neque a commentariolis suis discedere. Tusc. 2, 26 *Dionysius Stoicus* quasi -a *admiscebat* nullo dilectu, nulla elegantia. nat. deor. 1, 72 ista a vobis quasi -a redduntur, quae Epicurus oscitans halucinatus est (*cf.* HOR. epist. 1, 18, 13 ut puerum saevo credas -a magistro reddere). ad Q. fr. 3, 1, 11 cum illam (*i. Calventi Mari orationem*) nemo lecturus sit, si ego nihil rescripsero, meam in illum pueri omnes tamquam -a perdiscant. HOR. epist. 1, 1, 55 haec Ianus summus ab imo prodocet, haec recinunt iuvenes -a senesque. PERS. 1, 29 ten cirratorum centum -a fuisse pro nihilo pendes? (*cf. p. 991, 17*). PORPH. Hor. epist. 1, 20, 19 qui (*i. librarii*) circum quartam vel quintam horam -a pueris praebere consueverint (2, 1, 69 ex libris *Livi Andronici* saevus Orbilius quondam librarius magister mihi -a praebebat. PS. ASCON. div. in Caec. p. 118). 2 *in certamine gladiatorio i. q. praecepta lanistae* (*cf. Friedländer, Sittengeschichte II⁸ p. 384*): PETRON. 45, 12 unus alicuius flaturae fuit Thraex, qui et ipse ad -a pugnavit. SVET. Iul. 26, 3 ut disciplinam singulorum *gladiatorum* susciperent (*sc. equites et senatores*) ipsique -a exercentibus darent. TERT. mart. 1 gladiatores perfectissimos non tantum magistri et praepositi sui, sed etiam idiotae et supervacue quique adhortantur de longinquo, ut saepe de ipso populo -a suggesta profuerint (HIER. in Ezech. lib. 13 praef. p. 507/8 facile est dare -a de populo et singulos ictus calumniari ... et ubi vulnus infigi debuerit, imperiti lanistae more disserere). SCHOL. Iuv. 6, 249 *matrona* universa efficit -a vel tantum curat in exercitio quantum gladiator. 3 *in arte scissoria*: IVV. 5, 122 structorem ... saltantem spectes et chironomunta volanti cultello, donec peragat -a magistri omnia.

nota sing.: CARM. epigr. 219, 18 *notarius* voce erili coeperat ad omne -um (*i. epistulam*) volans aurem vocari ad proximam (*v. Bücheler ad l.*). *Graeber.*

dictoaudiēns *v. p. 993, 68.*

dictoaudientia, -ae *f.* [*a* dicto audiens *derivatum. Th.*]. *i. q. oboedientia*: ITALA I reg. 15, 22 (Lucif. reg. apost. 2 Ps. Aug. spec. 29 p. 442, 3) et ecce (quia Ps. Aug.) -a melior est quam sacrificium (malo -am magis quam holocausta. ITALA Rufin. hom. Orig. in lev. 4, 5: *ἀκοή*, VVLG. oboedientia. *cf. etiam l. 46*). Rom. 5, 19 (cod. d Pacian. epist. 14 bapt. 5 Aug. c. Fort. 22 p. 105, 23) sicut enim per inobaudientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, sic per -am (*ὑπακοῆς*, VVLG. oboeditionem) unius iusti constituentur multi. PS. CYPR. mont. 6. IREN. 4, 41, 2 secundum autem -am et doctrinam non omnes filii dei sumus.

dictobolāria *v.* dictabolaria.

dictooboedientia, -ae *f. a* dicto oboediens (*cf. p. 993, 72*). *i. q. oboedientia*: ITALA I reg. 15, 22 (Legion. in marg.) ecce -a melior est quam sacrificium (*cf. l. 37*). PS. RVFIN. in Am. 5, 9 p. 1077B dicto-obaudientia.

dictor, -ōris *m.* [*a* dicere. *Th.*]. CONSENT. gramm. V 340, 17 a dico -r. *is qui dicit, orator*: SCHOL. Hor. ars 132 si non in isdem verbis sensibusque verseris, quae ab aliis dicta sunt, ne magis interpres fias quam verus -r. CLAVD. DON. Aen. 1, 495 est summi -is res breves late disserere. HIER. adv. Pelag. 2, 4 tam involutus -r est (*cf.* involute dicta *p. 996, 25*) et nimio verborum squalore coopertus, ut *eqs.* AVG. c. Faust. 16, 26 o hominem se cogitantem -em et alium non cogitantem contradictorem! c. Cresc. 1, 16, 20 ut -r potius (*sc. honestiore appellatione*) quam disputator vocetur (*sim. ibid. bis*). 3, 19, 22 dictator vel -r illius sententiae. doctr. christ. 4, 10, 25 nihil interest, utrum ... -r vel lector sit. 4, 15, 32 ut orando pro se ac pro illis, quos est allocuturus, sit orator ante quam -r. 4, 19, 38 cum doctor iste debeat rerum -r esse magnarum. conf. 4, 14, 21 CASSIAN. c. Nest. 6, 10, 5. SALV. epist. 9, 15 (*opp.* dictio. ENNOD. epist. 5, 7 p. 130, 4). FVLG. RVSP. serm. 9, 1 *opp.* auditor. GLOSS. II 577, 17 dicentarius -r causarum vel iudex. *f.*: CLEDON. gramm. V 37, 8 -r facit dictrīx.

dictum, -ī *n. v. p. 989, 93.*

dictūra, -ae *f. a* dicere. *i. q. dictio*: VIRG. gramm. epist. 3 p. 148, 24 -ae caput. 6 p. 170, 16 '*e*' '*t*' *in* '*et*' sub una -a dicuntur.

dicturio, -īre [*a* dicere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 501, 6 regulam supini sequuntur ... meditativa ... ut ... dictum -o. EVTYCH. gramm. V 449, 3. *i. q. dicere velle*: MACR. sat. 2, 3, 16 perge, ne ultra te -entem retardem. 7, 2, 7 quam fortiter a se facta semper -unt *milites*.

1. dictus, -a, -um *v. p. 989, 81.*

2. dictus, -ūs *m. a* dicere. *i. q. dictio*: STAT. Theb. 4, 145 quis numerum ferri gentesque et robora -u aequarit? CORP. XIV 2846 (*Praeneste, in lamina ahenea*) Esculapio -u et factu Isochrysus. NON. p. 300 exultare est gestu vel -u iniuriam facere. DON. Ter. Ad. 325 hic plus gestu quam -u agitur. PS. AVR. VICT. epist. 14, 7 referre carmen carmini, -um -ui. PRISCILL. tract. 10, 133 si -ūs verborum formis et rerum parabolis approbaret *scriptura*. COMM. apol. 81 Caesaris -ūs obaudit. HYMN. Ambros. II 35, 6 magna rerum corpora, -u iubentis vivida. PASS. Theclae 8 p. 20, 22. dictu *supin. v. p. 969, 58.*

δικτυοῦχος **dictyārius** GLOSS. III 173, 27 *inter ea quae in amphitheatro sunt.* *i. q. retiarius.*

dida, -ae *f.* [*vox infantium, cf. Heraeus, Archiv 13, 165. Th.*].

GLOSS. III 12, 50 μαστοί mammae ζειζιν -a. *i. q. mamilla, ubera*: SORAN. p. 12, 21 -as habent inflatas. p. 17, 1. 15. 37, 23 ad -am applicare infantem. p. 38, 7. 13. 24. 39, 2. 42, 21. DIOSC. 1, 35 -as pendentes. 1, 123 tumores -arum. 5, 175. 176. 178. *i. q. nutrix*: SORAN. p. 40, 3 aliae -ae tradendus est *infans*, quae eum vario strepitu sonorum ... mulceat. *dub. quo pertineat*: CORP. I² 379 (*Pisauri*) Matre Matuta dono dedro(nt) matrona M'. Curia, Pola Liva d e d a.

didascalia, -ae *f.*, διδασκαλία. *i. q. index dramatis*: SCHOL. Ter. p. 94, 23 -a (*servatae sunt* DIDASC. Plaut. *et* Ter. *titulo hoc non praemisso*). DIDASC. apost. *v. sub* doctrina.

didascalicus, -a, -um, διδασκαλικός. *i. q. ad docendum idoneus, doctrinam continens*: SYMM. epist. 1, 31, 2 aliquod -um seu protrepticum nostro quoque nomini carmen adiudica. AVSON. 407, 5 (= Symm. epist. 1, 32, 5) ut ad te -um aliquod opusculum aut sermonem protrepticum mitterem. SERV. georg. praef. p. 129, 9 et hi libri -i sunt, unde necesse est, ut ad aliquem scribantur, nam praeceptum et doctoris et discipuli personam requirit. CANON. Migne 56, 519ᴮ (= EPIST. pontif. 286 [Innoc. I] Migne 20, 470ᴬ) regularem hunc librum quasi -um atque monitorem . . . insinuare. ENNOD. opusc. 2 p. 305, 18 -i libelli vestri . . . argutias. 6 p. 401, 17 pagina . . . concinnationis -ae. *subst. f.* didascalicē: DIOM. gramm. I 483, 1 -e est *species poematis exegetici vel enarrativi*, qua comprehenditur philosophia Empedoclis ... et his similia. *subst. n.* didascalica, -ōrum: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 14 primum -is quibusdam me imbue, quibus expositores . . . ut discipulorum animos docibilitate quadam assuescant, utuntur. *in titulo libri* ACCI: -ōn *citat* CHAR. gramm. I 220 PRISC. gramm. II 92. 253 NON. p. 178 (*var. lect.* -co, -lo). p. 194 (-co *var. lect.*). -ōrum: CHAR. gramm. I 141 NON. p. 514. in primo -co: GELL. 3, 11, 4. *cf.* NON. p. 341 -co libro I. p. 165 -co libro II.

didascalium institutio doctrinae GLOSS. V 287, 44 (didasculum *trad.*). *cf.* V 424, 25 -lum doctorale. διδασκάλιον.

didascalus, -ī *m.*, διδάσκαλος. GLOSS. doctor. -orum magistrorum. CORP. VIII 9088 Axius Victoricus -us. COD. Theod. 16, 9, 3 (*a. 415*) Anati -o et maioribus Iudaeorum (16, 8, 23 *a. 416*). PS. MATTH. euang. 31, 2 Iesus autem dixit ad -um. 39, 2 accepit librum de manu -i docentis legem.

? **didātim** divisim GLOSS. diditim *de Vit; cf. Funck, Archiv 7, 494.*

didia dilectus, amabilis GLOSS. V 496, 55. *ad hebr.* יְדִידְיָה II reg. 12, 25, *v. vol. I p. 1806, 60 sqq.* (ITALA Legion. Iedidia).

didimus *v.* didymus. **didintrio** *v.* drindro.

dīditim *v.* didatim.

dīdo, -didī, -ditus, -ere [*cps. ex* dis- *et verbo* dare *sive eo verbo, quod continent vocabula* abdere (*q. v.*), condere, subdere, *cf. gr.* διαδιδόναι *et* διατιθέναι. *Th.*]. VEL. gramm. VII 65, 1 non est a de praepositione, sed ⟨dis⟩ *eqs.* *in codd. saepe scribitur* ded-. d i s d i d i: CATO *l. 55.* dididi: LVCR. 6, 2. *cf.* diduor.

i. q. distribuere, dividere: GLOSS. -e διάδος, μέρισον. -ita διαδοθέντα. PLAVT. Merc. 58 *pater conclamat* ratione pessima a me ea ... in amoribus diffunditari ac -ier (diedere *codd. i. profundere cf.* CIC. Cael. 37 [*ex Caecilio comico, verbis, ut videtur, non accurate repetitis*] -e ac disice: per me licet. si egebis, tibi dolebit). Mil. 707 mea bona in morte cognatis -am, inter eos partiam. Persa 757 inter participes -am (dividam *codd., recte?*) praedam et participabo. CATO or. frg. 2 nunquam ego argentum ... inter apparitores atque amicos meos disdidi. LVCR. 6, 2 primae frugiparos fetus mortalibus aegris -erunt . . . Athenae. HOR. sat. 2, 2, 67 servis munia. CYPR. GALL. gen. 1108 metatas -ere sedes. 1480 cunctis praemia. HIL. gen. 65 condens pater astra polo ac lumina -ens. *i. q. diffundere, digerere, proprie et translate*: GLOSS. divulgo. didit dispersit, divulgavit, ut (*Verg. Aen. 8, 132*). -itur divulgatur. -itus divulgatus. -itum divulgatum, percrebratum. LVCR. 2, 1136 nec facile in venas c i b u s omnis -itur ei (*ibid.* dispargere. 3, 703. 4, 629. 631. 955). 3, 245 sensiferos motus quae *natura* -it prima per artus. 3, 477 in venas discessit -itus ardor *vini*. 3, 707 quasi p e r c a u l a s omnes -untur in artus particulae (*cf.* 4, 621). 4, 240 in cunctas iaciuntur -ita partes *simulacra rerum*. 5, 20 ex quo (*Epicuro*) nunc etiam per magnas -ita gentes dulcia permulcent animos solacia vitae. 5, 268. 1093 inde (*ex fulmine*) omnis flammarum -itur ardor. 6, 1167 per membra sacer dum -itur ignis. VERG. Aen. 7, 145 -itur hic subito Troiana per agmina rumor. 8, 132 tua terris -ita f a m a (SIL. 1, 186 hinc fama in populos iurati -ita belli. TAC. ann. 11, 1 per provincias). AVIEN. Arat. 789 -ita ... late ... incendia. MART. CAP. 5, 566 nonnulla promet quae vetustas praeterit, -itaque fient quae vetustas praeterit.

didrachmum, -ī *n.*, δίδραχμον. *scribitur etiam (praecipue in codd.* ITALAE) -em-, -g(h)m-, -gchm-, -g(c)him-, -g(c)ham-. dedr- VVLG. *pars codd.* GLOSS. didrachma, -ae *f.*: *p. 1016, 1* ITALA exod. 39, 2 (Lugd. Monac.) deut. 22, 29 (Monac.) Matth. 17, 24 (codd. b c ff² g¹ q) VVLG. II Macc. 4, 19 HIL. in Matth. 17, 11 *sq.* AVG. serm. 155, 7 in psalm. 137, 16 epist. 83, 5 PS. AVG quaest. test. I 79 HESYCH. in lev. p. 1158ᶜ. *plur.* didragchimi: ITALA lev. 27, 5 (Lugd.). didrachma, -atis *n.*: AMBR. off. 2, 26, 129 apol. Dav. I 8, 42 (*pars codd.*). SEDVL. carm. pasch. 3, 316 op. pasch. 3, 26. *cf. p. 1016, 18.* EPIPHAN. de mensur. 33 stater vero, qui est medietas unciae, duas -as habet (*cf.* HIL. in Matth. 17, 12 AVG. serm. 155, 7 EVCHER. instr. 2 p. 158, 15 GLOSS. V 152, 17). ITALA exod. 30, 13 (Lugd.) dimidiam partem -i quod est secundum -um sanctum XX oboli (δίδραχμα, VVLG. siclus. *cf.* lev. 27, 25 EPIPHAN. de mensur. 36 HESYCH. in lev. p. 1158ᶜ). EVCHER. instr. 2 p. 158, 11 -gma dragmae duae. GLOSS. -um δίδραχμον. scripuli sex. duae mensurae. *ubi* ITALA *habet* -um, *in* LXX *est* δίδραχμον, VVLG. siclus, *nisi alia adnotantur.*

nomen nummi: ITALA gen. 23, 16 (Hier. epist. 57, 10, 2 *cf.* LIB. geneal. chron. I p. 177, 353) quadringentis -is argenti. 24, 22 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 36, 25) et tulit vir inanrem auream, -um pondus eius (ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς, VVLG. inaures appendentes siclos duos). exod. 21, 32 (Lugd. Sulp. Sev. chron. 1, 18, 4) 30, 15 (Lugd.) 39, 2 (Lugd. Monac.) -a (δραχμή) una capitis dimidia pars sicli (*om.* VVLG.). lev. 27, 3. 4. 5. 6. 7. 16. 25 (Lugd. *cf.* AMBR. in psalm. 48, 16). num. 3, 47 (Lugd.) secundum -ghimum sanctum (δίδραχμον, VVLG. ad mensuram sanctuarii). deut. 22, 29 quinquaginta didragchama argentea (Lugd., didragmas argendi Monac., didragma argenti Aug. quaest. hept. 5, 34 [-gmas *T*, -gmata *V*². *cf.* AMBR. apol. Dav. I 8, 42]). Ios. 7, 21 (Lugd. Lucif. non parc. 3 p. 214, 22 *cf.* AMBR. off. 2, 26, 129) CC argenteos (*leg.* -a) didragchma et ligulam unam auream L -orum. VVLG. II Macc. 4, 19 argenti -as trecentas (δραχμάς. 10, 20). Matth. 17, 24 accesserunt qui -a (τὰ δ.) accipiebant ... magister non solvit -a? (*cf. de hoc loco* HIL. in Matth. 17, 10 *sqq.* AMBR. in psalm. 48, 14 HIER. *ad l.* p. 135 AVG. serm. 155, 7 in psalm. 137, 16 epist. 83, 5 PS. AVG. quaest. test. I 79 LEO M. serm. 61, 1 SEDVL. carm. pasch. 3, 316 op. pasch. 3, 26 MAR. MERC. Cyr. resp. p. 301). *L.*

ᴹ**dīdūco**, -dūxī, -ductum, -ere [*a* dis- *et* ducere. *Th.*]. SERV. Aen. 11, 381 'dis' separantis est, unde et '-ere' et 'distrahere' dicimus. DIFF. gramm. VII 526, 26 -ere a ducendo. *in codd. saepe confunditur cum* deduco, *q. v.* *de significatione*: SERV. Aen. 1, 224 deduco est prosequor, -o vero divido. AGROEC. gramm. VII 115, 15 deduco de amico producendo, -o autem est distraho (ISID. diff. 1, 156 *cf.* 1, 175 BEDA gramm. VII 269, 25). GLOSS. διάγω ἐπὶ τῷ διελθεῖν. παράγω. -ere distrahere. *legitur inde a* CATONE, *singulis locis*: BELL. Hisp. SALL. GERM. CVRT. SCRIB. LARG. PERS. CALP. ecl., *vocem apud antiquiores auctores satis raro usurpatam* (*ex. gr.*: CIC. 9ⁱᵉˢ, CAES. 5ⁱᵉˢ, LIV. 7ⁱᵉˢ), *frequentant* CELS. (55ⁱᵉˢ) *et* SEN. phil. (48ⁱᵉˢ), *deest ex. gr.*: RHET. Her. CATVLLO PVBLIL. NEP. TIB. GRATT. PHAEDRO ASCON. VAL. FL. MART. FLORO APVL. FRONTONI VVLG. [*loci dubii*: MANIL. 3, 285 tertiaque *hora* in quartas partes -itur (*Iacob*, sic dicitur *codd.*). 3, 396 -at (de- *al.*) proprias noctemque diemque per horas.]

I ***proprie (et in imagine) de motu atque partitione***:

A *i. q.* ***separare, segregare, dissociare***: **1** ***aliquem***: **a** *generatim, i. q. aliquem aliorsum ducere, abstrahere*: BELL. Hisp. 41, 6 -bantur nostri. VERG. Aen. 5, 581 agmina terni -ctis solvēre choris. HOR. carm. 3, 9, 18 redit Venus -ctosque (de- *B 2*) iugo cogit aeneo (*cf.* PROP. 2, 7, 3 -ere amantes non queat invitos Iuppiter). SEN. contr. 2, 2, 5 vivi non -rentur. 9, 3 (26), 3 pueri, non -am vos. SEN. dial. 5, 43, 3 interventus ferae latronem viatoremque -it. COLVM. 7, 6, 5 nec in pastione separatim laciniae *capellarum* -antur. QVINT. decl. 320 p. 256, 4 eventus nos -xit. PS. QVINT. decl. 2, 7 uxor est, quam iungit, quam -it utilitas. *sim.* QVINT. decl. 257 p. 50, 15 copulatos iam diu -is a n i m o s. PS. QVINT. decl. 9, 3 -ctas d o m o s *inimicitiis*. *in imag.*: OPT. PORF. schol. carm. 22, 1 mixta per amfractus -unt carmina Musae. *accedit abl. instrumenti*: LIV. *v. l. 66.* SEN. contr. 2, 2, 6 etiamsi repudio -cta fuerit. COLVM. 9, 9, 8 compluribus velut uberibus -ctum fuerit examen *apium*. STAT. Theb. 6, 415 spatio quo quisque valebat -cti. SIL. 9, 610 it fera . . . et laxo -it limite turmas. QVINT. decl. 259 p. 56, 7 nulla causa, nullo -ctus (de- *A B*) est loco. *quo*: VARRO rust. 2, 6, 5 pleriqne (*asini*) -untur ad molas aut ad agriculturam (FRONTIN. aq. 117 amplum numerum utriusque familiae solitum ambitione aut neglegentia praepositorum in privata opera -i). SEN. dial. 10, 12, 2 qui inmentorum suorum greges in aetatium et colorum paria -it? COLVM. 8, 11, 7 mares -untur in sua quisque saepta cum feminis. *unde*: CIC. inv. 1, 109 disiunctio ... cum -aris ab eo. LIV. 6, 15, 9 *turbam* -iis (de- *S*) a me singuli beneficiis. OV. met. 4, 372 nulla dies ... me -it ab isto. EDICT. imp. Claud. de Anaun. (Corp. V 5050) 28 *genus Anaunorum* -i ab is (*sc. Tridentinis*) . . . non possit. SEN. epist. 75, 8 qui proficit, in numero quidem stultorum est, magno tamen intervallo ab illis -itur. SIL. 14, 526 *socios* paribus pelago -ere ab armis. QVINT. decl. 259 p. 55, 29 eam -i a se. 335 p. 318, 25 a filio meo -ctus sum. PS. QVINT. decl. 14, 6 per quod maritos a coniugum caritate -as, per quod iuvenum mentes abiungas ab aliis fortasse meretricibus. ITIN. Alex. 88 satrapas . . . irritamentis a sese -rent.

b *t. t. rei militaris*: α *i. q. copias dividere, diversis viis ducere*: CAES. Gall. 3, 23, 7 Crassus animadvertit suas c o p i a s propter exiguitatem non facile -i (*Iuntina*; de- *codd.*). 6, 34, 5 dimittendae plures manus -endique milites. civ. 3, 40, 2 *Pompeius* simul ex terra scalis et classe moenia oppidi temptans, uti adversariorum manus -ret (de- *O f*). SALL. Iug. 25, 9 sperans -cta (ducta *P*) manu hostium . . . sese casum victoriae inventurum. LIV. 26, 41, 21 trifariam exercitum distraxere . . . et -xere exercitus, quae patri patruoque meo causa exitii fuit. SIL. 9, 645 in certamina Paulo avia -cto. 15, 187

trinis ... agmina castris. FRONTIN. strat. 1, 8, 5 ne su⟨b ex⟩spectatione proelii -rent vires. 2, 6, 4 Hannibal . . . -ctis ordinibus fecit eis (*sc. Romanis inclusis*) potestatem abeundi. Ps. FRONTIN. strat. 4, 7, 31 ne . . . -cto exercitu vires minueret. TAC. hist. 4, 46 *Vitellianos*.
β *i. q.* *explicare copias ad pugnandum*: CAES. civ. 3, 111, 2 simul enim -ctis copiis pluribus viis pugnabatur. LIV. 5, 38, 1 tribuni militum ... instruunt aciem -ctam in cornua (21, 55, 5 -cta [*Madvig*, deducte *P*] propere in cornua levis armatura est). 28, 14, 17 ita -ctis cornibus (31, 21, 14 extenuatam mediam -ctis cornibus aciem Gallorum vidit. LVCAN. 7, 506 toto -xit cornua campo ... eques). LVCAN. 3, 580 Romana ratis robore -cto dextrum laevumque tuetur ... latus. FRONTIN. strat. 2, 3, 8 -ctis in latera viribus. 2, 3, 12 -xit ordines (TAC. Agr. 35 -ctis ordinibus, quamquam acies porrectior fuerat). TAC. hist. 3, 16 -ctis in latera turmis vacuum medio relinquit iter. 3, 25 Vitellianorum aciem, ut quos nullo rectore suus quemque impetus vel contraheret -retve (*Lipsius*, duceretve *codd.*). PANEG. 10, 24 -cta acie irrevocabilem impetum hostis effundis. *sim. in pugna navali*: CAES. civ. 2, 6, 2 -ctisque (ded- *Ofh*) nostris paulatim navibus. LVCAN. 3, 547 iam -ctis extendunt cornua proris. γ *i. q.* *distrahere acies*: SEN. contr. 1, 8, 5 invadere hostes iubet, obstantes cuneos gladiis -ere (de- *O*). TAC. ann. 2, 11 Stertinius et ... Aemilius distantibus locis invecti, ut hostem -rent (*Rhenanus*, de- *M*).

2 *aliquid i. q.* *avellere, subtrahere*: a *absolute*: CELS. 4, 15 cataplasmata primum quae reprimant, deinde quae -ant.
b *c. obi.*: CELS. 6, 18, 3 immature crustas -xit (6, 7, 7). 7, 7, 4 *unguem* manubriolo scalpelli -ere. 7, 18 nervosas tunicas *inguinum* (7, 19 digito manubriolove scalpelli -ctam inferiore parte tunicam. 7, 21, 1). 7, 25, 1 *cutis* -i deorsum usque ad pubem manu potest. SEN. dial. 8, 5, 5 quae ratio mersa et confusa -xerit. 11, 13, 1 quid artificiose ista -is quae singula sustineri possunt, collata non possunt? benef. 5, 6, 5 ista sidera hoc et illo -et (*vulg.*, deducit *N*) velocitas sua. 6, 6, 2 non separo illa nec -o, sed iniurias et beneficia ad eundem iudicem mitto. COLVM. 3, 13, 12 *ciconia* litem domini et conductoris sine iniuria -it. 7, 4, 5 *ovis* lana -enda (7, 5, 6).
nota: SEN. dial. 5, 19, 2 scelera sua tot locis ac temporibus -cta. 11, 2, 4 ne saevitiam suam fortuna leviorem -endo faceret.
c *unde*: CELS. 5, 28, 1 crusta (*v. l. 25*) undique a viva carne -cta. 7, 6 *tunicam* a cute et carne. 7, 7, 3. 8 ab inferiore parte -cti pili sursum spectent. 7, 20 pollex atque index venam et arteriam et nervum tunicamque eorum a superiore tunica -unt. 7, 25, 1 *cutem* ab interiore cole. 7, 29. 31. 8, 4. Ps. RVFIN. in Ioel 2, 12—14 a pectoribus vestimenta. *nota in imag.*: CELS. 7 praef. p. 262, 20 *haec pars medicinae* -cta ab aliis habere professores suos coepit (SCRIB. LARG. 200 partes medicinae ... nullo modo -i sine totius professionis detrimento possint). SEN. dial. 2, 19, 2 exteriora -ere (*Gertz*, de- *A*) a se. 3, 7, 3 ratio ... tamdiu potens est quamdiu -cta est ab affectibus. 7, 7, 1 negant posse voluptatem a virtute -i. epist. 49, 11 minimum esse, quo ⟨a⟩ morte vita -itur. 78, 10 vir magnus ac prudens animum -it a corpore. QVINT. inst. 1, 4, 20 ipsum adhuc vocabulum ab appellatione -ret. 1, 5, 40 haec tria genera quidam -unt a soloecismo.
speciatim i. q. *disiungere partes corporis*: CELS. 1 pr. p. 7, 30 *saeptum* membrana quadam superiores partes ab inferioribus -it (4, 1 *saeptum* a praecordiis uterum -it). 7, 9 *lineae* citeriorem partem ab ulteriore ex toto -ant. 7, 18 p. 295, 37 pondere . . . intestinum . . . nervosas tunicas . . . -it. 8, 1 p. 323, 19.

B *i. q.* *aperire, pandere, res corporeas inter se cohaerentes distrahere* (*cf.* GELL. 15, 15, 3 'passis manibus' et 'velis passis' ... significat '-ctis' atque 'distentis'): 1 *generatim*: PROP. 4, 1, 149 tremefacta cavo tellus -at hiatum (*cf.* OCTAVIA 725 -cta subito patuit ingenti mihi tellus. SEN. nat. 6, 2, 8 *humus* -itur et . . . rumpitur. TAC. ann. 2, 47 -ctis [de- *M*, *quod defendit Pfitzner*] terris hauriebantur *homines*). OV. met. 13, 264 vestemque manu -xit (*N*², de- *M et plerique codd., cf.* 2, 698 deducta veste). *cf.* CALP. ecl. 3, 30 ambas -xi tunicas. SEN. nat. 1, 3, 2 vestimenta tendiculis -cta (*i. distenta a fullone*). MANIL. 1, 718 num se -ctis (de- *codd., corr. Scaliger*) conetur solvere moles segminibus. SEN. Herc. f. 281 orbe -cto redi. CELS. 7, 12, 6 *sermo* rimas (*labrorum*) cum dolore -endo sanguinem citat. PETRON. 26 per rimam improbe -ctam applicuerat oculum. 60 -ctis (*Scheffer*; de- *H*) lacunaribus (TAC. ann. 12, 69 foribus palatii repente -ctis. EVTR. 9, 18, 2 -ctis lecticulae palliis. *cf.* Ps. QVINT. decl. 10, 5 subito ante me -ctis constitit tenebris. 15, 10 cuncta priscae noctis caligine operta -xerit). COLVM. 5, 11, 7 cuneum, quo -atur *truncus*, inserito. PLIN. nat. 17, 251 *corticem* perpetuis incisuris -unt (de- *codd.*) ac veluti cutem laxant. GELL. 15, 16, 3 immissis in cavernas arboris digitis -ere et rescindere quercum conatus est. 15, 16, 4 quercus . . . in duas -cta partes. CELS. 7, 15 recens vulnus paulum -ctum patitur (7, 16 oras vulneris leniter -ere manibus. 7, 27). VITR. 1, 6, 6 circino -cto ad punctum (*cf.* 1, 6, 12 a centro ubi est A -cto [de- *GH*] circino ad id signum umbrae ubi est B, circumagatur linea rotundationis. 3, 5, 7 circini centrum ... alterum -atur ad extremum cymatium *eqs.* 9, 7, 2 -cto [de- *GH*] circino ab eo centro ad lineam planitiae. 9, 7, 3. 5. 6 circini centrum collocandum est eo . . . et -endum [de- *GH*] ad eum locum). *sim. de lineis a centro quodam ad diversa ductis*: CELS. 7, 5, 4 ab eoque foramine ad speciem litterae V contra telum os excidere sic, ut lineae, quae -untur, ad telum spectet. PERS. 3, 56 quae Samios -xit littera (*sc. Y*) ramos.

2 *speciatim*: *membra corporis*: *os sim. alterius*: VARRO rust. 2, 9, 10 vehementius -untur malae (COLVM. 6, 2, 7 -ctis malis educito linguam). HOR. sat. 1, 10, 7 (*in imag.*) non satis est, risu -ere rictum auditoris. COLVM. 7, 3, 17 *agni* -ctum os. PLIN. nat. 32, 36. SVET. Tib. 53 per vim. Ps. QVINT. decl. 17, 17 recusantis ora. 19, 11 miseri senis ora -is (*i. loqui cogis*). SOL. 4, 4 *herba Sardonia* -it (de- *codd.*) rictu ora, ut qui mortem oppetunt, *multi* intereant facie ridentium. SCHOL. Pers. 3, 15 commanducatos cibos -cto earum (*sc. avium*) rostro inserunt. *sui ipsius*: SEN. clem. 2, 6, 4 semper arridere ridentibus et ad omnium oscitationem ipsum quoque os -ere. PETRON. 73 usque ad cameram os ebrium. SIL. 3, 194 immani faucis hiatu. IVV. 10, 230 rictum. GELL. 5, 9, 2 -xit adulescens os clamare nitens. ARNOB. nat. 2, 21 nec in sermonis alicuius similitudinem ora et labra -at nutrix. *labra*: SEN. benef. 2, 24, 3 vix labra -xit et ingratior, quam si tacuisset, fuit. QVINT. inst. 9, 3, 81 labra et porriguntur male et scinduntur et astringuntur et -untur. PLIN. epist. 6, 17, 2 labra. QVINT. inst. 9, 3, 80 *nares* impulso subito spiritu excutere et -ere. *oculos*: TVBERO hist. 9 palpebras, ne conivere posset, sursum ac deorsum -ctas insuebant (CELS. 7, 7, 4 palpebram a ministro -i oportet. *ibid.* -endus cotidie oculus, ne cicatrice inter se palpebrae glutinentur. 7, 7, 5. 6). CVLEX 185 qua -cta genas pandebant lumina gemmis (STAT. Theb. 10, 607 -cta putares lumina *Tiresiae*). SEN. epist. 122, 2 -ant oculos hesterna graves crapula.
bracchia, pedes: VARRO frg. Gell. 16, 16, 4 bracchiisque -ctis. CIC. orat. 113 cum *digitos* -xerat (de- *A*) et manum dilataverat. PROP. 2, 22, 5 aliquis molli -it (de- *codd.*) candida gestu bracchia (STAT. silv. 3, 5, 66 molli -it bracchia motu). MANIL. 5, 425 aequore mersas -et (de- *al.*, dicutet *al.*) palmas (*sc. in natando*). CELS. 7, 32 *digiti* scalpello -untur. 8, 22 in diversa pede et crure -ctis. *varia*: CELS. 1 pr. p. 7, 30 *uterum* spirante homine posse -i (*cf.* Ps. QVINT. decl. 8, 20 egesta saepe vitalia, pertractata, -cta sunt). 5, 26, 23 ubi satis -ctum est, medicamentum imponendum est. 7, 5, 2 caro -i debet ferramento. 7, 7, 9 cute -cta. 7, 7, 15 -ctisque per retusos hamos oris *cutis et saepe sim.* SEN. dial. 5, 14, 3 pectus filii in duas partes -ctum et cor sub vulnere palpitans (*cf.* PETRON. 111 ne perseveraret in dolore supervacuo ac nihil profuturo gemitu pectus -ret. SEN. Herc. O. 1669 mater in luctum furens -xit avidum pectus). Ps. QVINT. decl. 8, 22 membra -cta composui.

C *i. q.* *discerpere in partes, partiri* (se -ere *v. l. 57, saepe* in *vel* ad, *abl. v. l. 56 al., dat. v. p. 1019, 15*): 1 *res corporeas*: *liquidas*: CATO agr. 155 cum pluere incipiet, familiam . . . aquam -ere in vias . . . oportet. OV. trist. 1, 2, 21 quantae -cto subsidunt aequore valles (LVCAN. 3, 632 aequora discedunt mersa -cta carina. AVIEN. orb. terr. 224 -cto pontus distenditur aestu). SEN. nat. 4, 2, 8 initio -itur *Nilus*, deinde continuatis aquis . . . stagnat (PLIN. nat. 6, 120 Euphratem Gobaris praefecti -ctum esse ubi diximus findi, ne praecipiti cursu Babyloniam infestaret. QVINT. inst. 5, 13, 13 si vel maxima flumina in rivos ⟨-antur⟩ [*add. P*²]. TAC. ann. 1, 79 amnis Nar . . . in rivos -ctus). FRONTIN. aq. 20 inde in usum urbis fistulis -untur. 21 rectus ductus ... intra portam Esquilinam in altos rivos per urbem -itur. 23 per quot castella quibusque regionibus -atur (de- *codd.*) *copia aquarum*. ANTH. 471, 5 -ctos potat levis area fontes. *in imag.*: CIC. de orat. 3, 23 rivis est -cta oratio, non fontibus. *nota* se -ere: MELA 3, 69 *Indus* ad laevam dextramque se -ens. AVIEN. Arat. 1468 (*in imag.*) se fusa supinato -at lumine in auras *Cynthia*. *solidas*: *aerem, nubes*: CIC. Arat. 202 opacam nubem ... subitis auris -xerit Ara. LVCR. 6, 215 ventus eas (*sc. nubes*) leviter -it euntes dissoluitque. SEN. nat. 1, 2, 6 qui stat aer, impelli et -i potest (*in imag.*: SEN. nat. 2, 7, 1 quidam aera discerpunt et in particulas -unt). 2, 18 aeris -entis se corruentisque iactatio. 2, 28, 2 *nubes* in . . . aspera saxa et eminentia ita -untur. 5, 6 *aer* modo spissat se, modo expandit et . . . alias contrahit, -it ac differt. PANEG. 3, 9 -ctis nubibus ad itinera vestra derecti solis radii sequerentur.
humum, terram: VERG. georg. 2, 354 seminibus positis superest -ere (*i. q. subvertere*) terram saepius ad capita. OV. met. 8, 588 fluctus *Acheloi* marisque continuam -xit humum. LIV. 44, 33, 3 vix -cta summa harena erat (de- *V*). IVV. 10, 153 -it scopulos et montem rumpit aceto. *i. q.* *dividere in*: COLVM. 1, 9, 8 si latior est ager, in regiones -endae sunt classes. PORPH. Hor. sat. 2, 6, 55 Triquetra: Sicula quod in tres partes, id est promunturia -cta sit et separata. *aedificia*: SEN. nat. 6, 30, 4 -ctis aedificia angulis vidimus moveri iterumque componi. epist. 30, 2 in putri aedificio omnis iunctura -itur. PETRON. 124, 266 omnis regia caeli in partes -cta ruit. *vestem*: CELS. 2, 6 si manibus quis in febre . . . in veste floccos legit fimbriasve -it. 8, 8, 1 ne fascia -atur. QVINT. inst. 2, 15, 9 *corpus* speciosissimum alioqui -cta nudaverit tunica. IVV. 13, 132 vestem -ere summam. COMM. instr. 2, 32, 8 vestimenta -is (*in plangendo*). *cf. p. 1017, 62*. *corpora*: CELS. 7, 26, 2 sedilia et interiora crura inter se deligantur, ne -i possint. PLIN. nat. 11, 157 *cilium* vulnere aliquo -ctum non coalescit. SOL. 1, 56 applicita tabe -itur (de- *multi codd.*) paulo ante corpus unum *bitumen* (*in imag.*: QVINT. inst. 3, 11, 23

nec corpus orationis in parva momenta -endo consumet). *herbas*: LVCR. 2, 395 non tam -cta reponte inter se possint primordia *olivi* ... permanare. OV. Ib. 609 robur -ere fissile. COLVM. 3, 11, 3 quaecunque gignuntur ... *radices* per summa terrae dispergunt atquo -unt (*Vollmer*, dicuntur *SA*, deducunt *vulgo*). 4, 1, 1 geminis materiis unius seminis -ctis. 5, 6, 36 validam vitem in ramos -ere (de- *codd.* 5, 7, 3 in ramos). 12, 7, 4 flores, ne sint immodici, -i et partiri oportebit. *cibi*: CELS. 1 pr. p. 4, 22 crudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne -i. 3, 4 p. 81 ab integro corpore potissimum -retur. *adde*: QVINT. inst. 5, 13, 12 flamma ... -ctis quibus alebatur concidet. *vias*: MANIL. 2, 724 -xitque vias *natura*. CELS. 8, 1 p. 324 iter, procedendo flexuosum, iuxta cerebrum in multa et tenuia foramina -itur (*cf.* 5, 28, 12 *fistulae* an in plures partes -antur, cognosci potest ex modo puris). *varia*: LVCAN. 3, 535 *animam posse* cunctis sensum -ere membris. LVCAN. 5, 543 Phoebi -cta luce. PETRON. 22 -ctam fregerunt lagoenam. ARNOB. nat. 6, 16 Capitolinos Ioves (*i. statuas*) -ere in membra resolutos. SEN. nat. 5, 9, 4 *lux* densa -it ac tenuat. 6, 14, 4 *ventus* quidquid intravit -at ac dissipet. *nota*: OV. met. 2, 560 Aglauros nodosque manu -it (*i. q. explicare*). COLVM. 4, 17, 6 iugum in stellam decussari et -i (*i. q. flectere*). IVLIAN. dig. 37, 4, 13 hereditas in tres partes. GAIVS inst. 3, 121 in tot partes -itur inter eos obligatio.

2 *res incorporeas*: PROP. 1, 13, 19 non ego complexus potui -ere vestros (*cf.* SEN. contr. 2, 5, 1 nuptias tyrannicidium -xit, quas non -it tyrannus. SEN. dial. 4, 29, 2 amicitias cohaerentes. SVET. Otho 3 -cto matrimonio). CELS. 3, 21 -enda ratio curandi est. SEN. epist. 32, 2 -imus illam (*sc. vitam*) in particulas ac lancinamus. PLIN. paneg. 66 eandem speciem laudis -ere atque spargere. ARNOB. nat. 1, 3 novitas, quae tenorem perpetuum rerum dissociata continuatione -xerit. LACT. opif. 10, 3 acies oculi utriusque -itur et singuli videre incipiunt separatim. *i. q. disponere* (*in libris*): FRONTIN. aq. 2 ad universam rem pertinentia ... in ordinem et velut corpus -cta. strat. 1 praef. in tres libros (*ibid.* discreta). *aliter*: QVINT. inst. 4, 2, 82 quaedam argumenta turba valent, -cta (*i. scorsum considerata*) leviora sunt. *cf.* 5, 13, 12 quae turba valebant, -enda erunt (*syn.* dissolvere). *nota*: CIC. ac. 2, 19 intervalla aut contrahimus aut -imus (*i. q. aut minora aut maiora putamus*). *t. t. arithmeticae i. q. dividere in partes*: HOR. ars 326 longis rationibus assem discunt in partes centum -ere (SCHOL. Vind. *ad l.* id est diverso modo partiri assem longis rationibus). MANIL. 2, 294 licet in totidem partes -ere cuncta. 2, 697 bis senis numerus -itur omnis. MART. CAP. 7, 752 cuiusque numeri membra nominabo solidos numeros in quos is -i poterit, ut in duodecim fiunt.

II *translate de voluntate et qualitate*: A *i. q.* **abripere,** *auferre in diversa studia, factiones*: 1 *cum solo obi.*: SEN. contr. 2, 3, 8 multi me affectus -unt. 2 *in c. acc.*: VERG. Aen. 5, 720 in curas animo -itur omnes. CARM. de bell. Aeg. 34 partes animum -ctus in omnes. CVRT. 9, 1, 20 orta seditio in diversa consilia -xerat volgus (*cf.* PETRON. 41, 1 in multas cogitationes -ctus sum [de- *trad.*]. AMM. 20, 11, 24 imperator in varia sese consilia -ens et versans. 21, 13, 1 in rationes -batur ancipites. 26, 6, 14 in cogitationes varias. 31, 16, 1 in varias consiliorum vias). SEN. Med. 939 variamque nunc huc ira, nunc illuc amor -it (SIL. 6, 268 alternasque ferum -it in iras. TAC. hist. 2, 68 in studia. 4, 6). COLVM. 9, 9, 6 procerum seditione plebs in partes -itur (PETRON. 108 turbam -it in partes PLIN. epist. 2, 19, 2 -ctumque in partes audientium studium. IVST. 15, 4, 23 in duas factiones). QVINT. inst. 10, 7, 9 in tam multiplex officium -ere animum. IVST. 41, 4, 2 -ctis Macedonibus in bellum civile. 3 *c. abl.* (*v. l. 54*): TAC. ann. 4, 17 -ctam civitatem ut civili bello. AMM. 26, 5, 9 curis -batur ambiguis. 29, 5, 7 sollicitudine -batur ancipiti. 4 *inter*: PS. QVINT. decl. 17, 1 inter tam varia tristissimaque fata consilio -ctus sum.

B *apud rhetores et grammaticos*: 1 *de partitione atque definitione* (*cf. l. 31 et p. 1017, 43*): CELS. 1 pr. p. 2, 20 in tres partes medicina -cta est. SEN. epist. 89, 9 in panciora philosophiam et qui in plura -rent. CIC. inv. 2, 50 *loci* in contrarias partes -entur. SEN. dial. 10, 10, 1 quod proposui, si in partes velim et argumenta -ere. QVINT. inst. 6, 3, 17 *nomina* si -as, suam quandam propriam vim ostendent (7, 10, 1 in duas partes -atur intellectus nominis). 7, 10, 5 causa universa in quaestiones ac locos -enda est. 7, 10, 6 qui controversiam in haec -xerit, an ... an. SCHOL. Cic. Bob. p. 77, 9 -ens in utramque personam coniecturalem disceptationem, quae dividetur secundum artis oratoriae legem. BOETH. anal. pr. 1, 5 hanc huius orationis sententiam nullus in multas significationes -ere poterit. CELS. 5, 26, 31 genus *cancri* a Graecis -ctum in species est. SEN. epist. 71, 4 in particulas illud -ere. QVINT. inst. 2, 14, 5 omnia rursus -untur in species. 5, 10, 61. 94. GAIVS inst. 1, 188 in quot genera hae species -antur. 2, 2 summa itaque rerum divisio in duos articulos -itur (3, 88 [= INST. Iust. 3, 13, 1] *obligationum* summa divisio in duas species -itur. INST. Iust. 3, 13, 2). 3, 182 ex contractu obligationes in quattuor genera -antur. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 7 non solum genus ab specie, verum etiam a ceteris -unt et disterminant. in top. Cic. 1 p. 274, 16 -itur tota ratio disserendi in duas partes. *adde*: ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 7 in quot formas statusque res p(ublica) nostra -cta sit. FRONTIN. aq. 117 familia in aliquot ministeriorum species -itur. *nota*: QVINT. inst. 4, 5, 24 divisionem in digitos -ctam (11, 1, 53 argumenta).

2 *de pronuntiatione*: CIC. part. 23 verbum in plura verba -itur (de- *codd.*). de orat. 3, 172 verba ... neve aspere concurrant neve vastius -antur. CHAR. gramm. I 275, 6 hyperbaton est dictio -cta verbis non suo loco positis. 275, 13 dialysis est cum ordo orationis interposita sententia -itur. FAV. EVL. p. 16, 19 diplasius ... sub exemplo senarii ac duodecimi numeri demonstret⟨ur⟩, quae inter se summae ... longius -untur. *de diremptione syllabarum*: SCAVR. gramm. VII 12, 5 significat ... 'nescio' 'non scio' -ctis in verbum et adverbium syllabis. VLT. SYLL. gramm. IV 263, 2. 21 diaeresis est ... cum in duas syllabas una -itur ut 'pictai'. MAR. VICTORIN. gramm. VI 147, 30 concxa -as ut Phaëton. FAV. EVL. p. 15, 3 *opp.* solvere.

part. perf. pass. pro adi. **dīductus,** -a, -um. 1 *i. q. solus, separatus ab aliis*: a *de animantibus* (*c. praep.* ab *v. l. 19*): SEN. epist. 55, 9 cum -i sumus. 102, 6 *homines*, per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohaerent, natura -i et singuli sunt. 113, 4 alter ab altero debet esse -us, ut duo sint. COLVM. 9, 8, 7 complura capita rivorum -as *apes* faciunt rariores (9, 9, 8). TAC. ann. 4, 2 lascivire militem -um (de- *M, ibid.* dispersas per urbem cohortes). PLIN. nat. 11, 64 subtrahitur itaque -ae multitudini (*sc. quae diversa abiit*). PS. QVINT. decl. 5, 2 filios ... in totam dissimilitudinem vitae quoque genere -os. 8, 13 quid non -i separatique fecerunt. b *de rebus i. q. sparsus, separatus*: LVCR. 3, 287 calor ac ventus seorsum seorsumque potestas aëris interemant sensum -aque solvant. CELS. 2, 8 magis mixtos neque inter se -os colores habet *sputum*. SEN. dial. 8, 4, 2 continua sit omnis et plena materia ... an -a. PANEG. 10, 27 quae -a ferre nequeas, his congregatis. AMM. 16, 10, 8 laminarum circuli ... per omnia membra -i. 2 *i. q. dissitus, spatio separatus* (inter *v. l. 38*): LVCR. 2, 316 quae possimus cernere, celent saepe tamen motus spatio -a locorum. VERG. Aen. 3, 419 pontus ... urbes litore -as angusto interluit aestu (GLOSS. IV 438, 22 *ad l.* divisas). SEN. dial. 3, 8, 3 separatas sedes -asque. benef. 6, 22, 1 intervallibus -a et in custodiam universi disposita. nat. 7, 12, 5 *stellae* sint ingenti regione -ae (*de stella Martis*: PLIN. nat. 2, 60 primus et secundus nonagenarius -us ab utroque exortu). MELA 3, 54 triginta sunt Orcades angustis inter se -ae spatiis. LVCAN. 2, 294 -ique fretis alio sub sidere reges (AMM. 22, 8, 33 a quibus per varia regna -i itineribus modicis Tauri). SIL. 1, 199 Herculeo dirimente freto, -a propinquis Europes videt arva iugis. CLAVD. 17, 51 nostro -a *Britannia* mundo. 3 *i. q. distentus, patulus* (*c. acc. graec. v. l. 46*): *de corporis membris*: GERM. 188 stat post Cynosuram -o passu (QVINT. inst. 11, 3, 159 aequi et -i paulum pedes. 11, 3, 160 stare -um, vel rigidum vel supinum. *cf.* AVIEN. Arat. 445 -a pedes tantum mensura seniles dividit). NEMES. cyn. 112 canis -a coxas. AVIEN. Arat. 467 *Andromeda* -a ulnas. *adde*: MANIL. 1, 341 *Cycnus* -as volitat stellatus in alas. *de aedificiis*: VITR. 3, 3, 1 incolumniorum spatiis ... rarius quam oportet inter se -is araeostylos *aedes*. QVINT. inst. 11, 2, 18 domum forte magnam et in multos -am (*i. apertam*) recessus. *de animo distento*: ARNOB. nat. 5, 23 -um, pallidum, saucium.

syn.: *ad I A*: dividere, distrahere, abiungere, separare. *ad I B*: aperire, rumpere, dilatare, pandere, distendere, dispellere, rescindere. *ad I C*: discerpere, findere, dissolvere, discindere, dissipare, partiri, lancinare, spargere. *ad II B*: disterminare, distendere, dividere. *opp.*: *ad I*: cogere, iungere, coniungere, contrahere, componere, conferre, continuare, comprimere, reprimere (CELS. 4, 15), impellere (SEN. nat. 1, 2, 6). *ad II*: conectere, colligere. -i: concurrere, corruere.

deriv.: diductio.

dīductio, -ōnis *f.* *a* diducere. GLOSS. διαγωγή. παράστασις (de-?). παραγωγή. disputatio aut diminutio. *legitur inde a* CIC.

1 *generatim*: *i. q. divisio*: SEN. nat. 2, 9, 1 velocitas *spiritus* et -o. 3, 13, 2 in -e rerum. *i. q. distortio*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 64 diversa membrorum -o atque saltus. *i. q. diminutio*: CAEL. AVR. chron. 5, 11, 138 elimatio carnis atque -o. 2 *speciatim apud rhetores et grammaticos*: *i. q. divisio causae*: CIC. inv. 1, 18 ex hac -e rationis illa summa nascitur controversia. 1, 19 non potest ex -e rationis nasci iudicatio. *i. q. divisio vocabulorum et syllabarum*: CAPER gramm. VII 96, 11 si maiestas scribis, 'stas' in -e vocis esse debet non 'tas'. SCAVR. gramm. VII 16, 8 syllabarum -o ut 'pictai' pro 'pictae'. MAR. VICTORIN. gramm. VI 147, 25 -em syllabarum ad unitatem revoces. CHAR. gramm. I 275, 10 diacope est -o compositae dictionis interposito extrinsecus verbo (*cf.* DIOM. gramm. I 460, 31).

Rubenbauer.

?**diduor** *inter verba deponentia enumerat* PROB. app. gramm. IV 203, 38 (*conicitur* dignor). *cf.* NOT. Tir. 94, 29 diduit (*seq.* induit, perduit) *et* dido.

didymus, δίδυμος. *i. q. geminus*: PRISCILL. tract. 3 p. 44, 12 Iuda apostolus ... ille -us domini. *cf. etiam nom. propr.* *nomen herbarum in* GLOSS. (didimus *vel* -os): auricula leporis. dictamnus. solago. *cf.* MISC. Tir. p. 67, 4 tidimo.

diēcula, -ae *f.* [*a* dies *deminutive. Th.*]. CHAR. gramm I 110, 13

qui vero feminino (*sc. genere dicendum putaverunt* 'dies'), catholico utuntur... quod deminutio eius -a sit non dieculus (PRISC. gramm. II 158, 13 *cf.* EVGRAPH. Ter. Andr. 710). *sed* SERV. Aen. 2, 324 '-a' nihil praeiudicat *de genere voc.* 'dies', quia multa deminutiva recedunt a nominibus, ut 'scutum' 'scutula' *eqs.* (*cf.* GLOSS. Plac. V 62, 1). DON. Ter. Andr. 710 et est ὑποκοριστικῶς '-a', hoc est tempusculum et sumitur ab eo quod est haec dies. -a mora et quasi dies parva. PS. ASCON. Verr. p. 128 dies feminino genere tempus et ideo deminutive -a dicitur breve tempus et mora. GLOSS. ἡμερίδιον ὑποκοριστικῶς. *i. q. brevis dies, mora*: PLAVT. Pseud. 503 illud *malum* erat praesens, huic erant -ae. TER. Andr. 710 tibi -am addo, quantum huic promoveo nuptias. CIC. Att. 5, 21, 13 commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, cum -am duxerit. APVL. met. 1, 10 Medea unius -ae a Creone impetratis indutiis . . . deusserat. 6, 16. 7, 27 DON. Ter. Andr. 603. Hec. 127 nec aliquam -am vel dilationem videt ad nuptias. PRVD. cath. 7, 98 paenitendi...datur -a. VEN. FORT. Mart. 3, 95.

(**diēculus**) *v. l. 2.*

diēgēmaticos, -on, διηγηματικός. PROB. Verg. ecl. praef. p. 329, 10 omne carmen in tres characteres dividitur: dramaticum in quo personae tantummodo loquuntur, -on in quo solus poeta, micton in quo promiscue et poeta et persona (*cf.* FORTVN. rhet. 3, 9 p. 126, 9 EXPLAN. in Don. gramm. IV 487, 17). DON. Ter. Andr. 221 mire a -o ad mimeticum transit. Hec. 131. 805. διήγημα *graece*: DON. Ter. Hec. 148.

diēgēsis, διήγησις GLOSS. II 276, 49. FORTVN. rhet. 2, 16 p. 112, 5 species narrationis ... prima -is, quae narratio est principalis; est et antidiegesis *eqs.* *cf.* GLOSS. II 576, 59 desides (*vel* degesis) narratio. *graece*: SCHOL. Cic. Bob. p. 74, 16. 84, 6 DON. Ter. Ad. 42.

dielaeum *n. a* δι' ἐλαίου. INSCR. ocul. (Corp. XIII 10021) 211 -um len(e) ad siccam lipp(itudinem).

diēlectrum *n. a* δι' ἠλέκτρου. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 166 quod *medicamen* appellatur -um.

dielia *f. nomen herbae hyoscyami*: PS. APVL. herb. 5 Daci *vocant* -an (DIOSC. 4, 68 W. διέλλειναν, *v. l.* διέλειαν).

diennium biennium GLOSS. *a* di- *et* annus.

diēnōnī *etc. v. sub* dies. **dieo**, -ēre *v.* diesco.

ardea et **dieperdulum** hragra (*anglosax.*) GLOSS. *nomen avis.*

diephēbus NOT. Tir. 81, 91 (*antecedit* ephebus).

dīrēctus, -a, -um [*orig. inc. quominus ex *dir-e-rectus dissimilatione factum putemus, quantitas vetat primae syllabae. Vossio (Etymologicon ling. lat. s. v.) placet sic dici quasi* sub dio erectum *i. e.* in crucem actum. *Th.*]. *pro trisyllabo habetur*: PLAVT. Capt. 636 [Trin. 457]. PAVL. FEST. p. 69 -um dicebant per antiphrasin, volentes significare malum diem. NON. p. 49 -i dicti cruci fixi, quasi ad diem erecti. PLAVT. Capt. 636 quin quiescis? ⟨i⟩ -um cor meum, ac suspende te. Cas. 103 abi rus, abi -us tuam in provinciam, *vilice.* Curc. 244 lien -us⟨t⟩. :: ambula, id lieni optumum est. Men. 442 ducit lembum -um navis praedatoria. Merc. 184 in (*i.* isne) hinc -us? 756 abin -us? Most. 849 abin -a? Poen. 160 abi -us. Rud. 1170 quin tu i -a. *subst. n.* dīērēctum: VARRO Men. 133 apage in -um a domo nostra istam insanitatem. *adv.* **dīērēctē**: PLAVT. Bacch. 579 recede hinc -e. Most. 8 abi rus, abi -e, abscede ab ianua. Poen. 347 i -e in maxumam malam crucem. *dub.*: Trin. 457 abin hinc -e? (derecte *P*).

diēresis *v.* diaeresis. **dierme** *v.* deformis. *L.*

***diēs**, -ēī *m. et f.* [*idem vocabulum esse potest mutata flexione ac dei nomen* Dies-piter (*et* Iuppiter), *quod primo* 'caelum' *vel* 'caelum lucidum' *significasse docet ind.* dyauḥ 'caelum', *acc.* dyām = *lat.* diem (*umbr.* Dei 'Iovem'), *cf. c.* dīus, nu-dius, diu, bi-duum (*v. Solmsen, Stud. zur lat. Lautgeschichte 191 sqq.*). *duas stirpes distinguendas esse censet Kluge (Zeitschr. f. deutsche Wortforsch. 8, 145 sq.), alteram* diu- *cum significatione lucendi, alteram* di-, *quae subsit vocabulis* dies *et* nun-dinae *necnon theodisc.* zīt *anglosax.* tīd, tīma *island.* tími 'tempus', *got.* sinteins 'cottidianus', *ind.* sa-dyáḥ 'eodem die', 'modo', adyá 'hodie'. *cf. osc.* zicolom 'diem', iíkúlús *vel* ⟨d⟩iíkúlús *acc. plur.* 'dies', *hibern.* die *cambr.* dydd 'dies'. *et v. Johansson, Bezzenbergers Beitr. zur Kunde der idg. Sprachen 18, 10. Th.*]. VARRO ling. 6, 4 duo motus ⟨...⟩ casu venit, quo tempus id ab hoc deo dies appellatur. (*de lacuna explenda v. Götz-Schöll ad l. et adn. p. 260.*) PAVL. FEST. p. 74 -es dictus, quod divini sit operis, sive ab Iove, eius ut putabant rectore, qui graece Δία appellatur, sive quod aer diurnus dehiscat in candorem. MACR. sat. 1, 15, 14 cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde ... et Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant, ipsi quoque Romani Diespitrem appellant ut -ei patrem. GRAMM. suppl. 240, 15 -es dicitur a diis. CASSIOD. in psalm. 1, 2. *de significatu*: AVG. conf. 11, 23, 30 -es dicitur non tantum mora solis super terram, secundum quod aliud est -es, aliud nox (*v. sub I A*), sed etiam totius eius circuitus ab oriente usque ad orientem (*v. sub I B*), secundum quod dicimus 'tot -es transierunt'. ISID. nat. 1, 1 -es gemine appellari solet: proprie a solis exortu, donec rursus oriatur, abusive a solis ortu, usquequo veniat ad occasum. GLOSS. ἡμέρα καὶ ἡμέραι. -ei ἡμέρας. -es pluraliter ἡμέραι. soles (*cf.* sol *et* VERG. Aen. 3, 203. GRAMM. suppl. 112, 20 quando ...'soles' in plurali numero dicuntur, -es significat. *cf.* CORP. III 737 ἡλίοις ἐν τριάκοντα δύω). προθεσμία (*v.* -es statutus). cum multa significet, significat etiam tempus plerumque generale, quod et -es et nox comprehendatur.

de formis, scripturis, notis: PROB. cath. gramm. IV 5, 14 unde -es genere feminino declinanda est, quoniam nullum nomen Latinum invenitur generis masculini ablativo singulari producto terminatum. CHAR. gramm. I 31, 12 *quintae declinationis ordo* profertur per -es velut hic et haec -es, huius -ei (*cf.* EXC. Bob. gramm. I 547, 19). DIOM. gramm. I 304, 32 GRAMM. suppl. 90, 6. 117, 8. 244, 6 tetraptota, quattuor casus habentia, ut -es. PS. ASPER gramm. suppl. 45, 2 sic (*sc. ut facies*) declinandum est -es. GLOSS. Plac. V 62, 2 ablativus casus producta e littera terminatur, ut ab hac -e. PORPH. Hor. carm. 1, 15, 34 'Vlixei'... ad similitudinem ... -ei. *genet. sing.*: diei: ENN. ann. 236 PLAVT. Asin. 253 Capt. 800 Poen. 217 TER. Haut. 168. 212 LEX repetund. (Corp. I 198) 65 LEX Vrson. (Corp. II 5439) 2, 1, 10. *passim.* dies: ENN. ann. frg. 413 CIC. Sest. 28 (*secundum* GELL. 9, 14, 6 [VERG. georg. 1, 208 *v. infra l. 22*]) ITALA Mal. 4, 5 (Priscill. tract. 6, 109) CYPR. ad Donat. 16 VEN. FORT. Mart. 4, 100 CORP. III 44. die: CAES. anal. frg. (Gell. 9, 14, 25) C. Caesar in libro de analogia secundo 'huius -e'... dicendum putat (*cf. poetarum locos p. 1020, 52 sqq.*). RHET. Her. 2, 4, 7. SALL. Iug. 52, 3 (-ei *B al.*). 97, 3 (GELL. 9, 14, 26 *P*, -ei *codd. plur.*). VERG. georg. 1, 208 (= AVSON. 368, 31 *cf. ad l.* GELL. 9, 14, 7 PROB. cath. gramm. IV 3, 16 ROMAN. Char. gramm. I 126, 31 PRISC. gramm. II 366, 9) OV. fast. 5, 682 LIV. 9, 37, 4 *pars codd.* 21, 47, 7. 26, 14, 5 *cod. P al.* CARM. de resurr. 41 PANEG. 10, 6 CAPITOL. Alb. 5, 8 AVSON. 361, 14 AMM. 20, 7, 5. 24, 2, 11 CORP. III 12036. *adde locat.* dze: INSCR. Dueni (Corp. I² n. 4) *cf. Bücheler, Rhein. Mus. 36, 237.* die: PLAVT. Men. 1156 -e septimi. Most. 881 Persa 260 CATO orig. 86 or. frg. 19, 7 CAEL. hist. 25 POMPON. Atell. 77 RHET. Her. 4, 51, 64 GELL. 10, 24, 1. 3. 5. 8. 9. 10 MACR. sat. 1, 4, 2 *sqq.* dii: GELL. 9, 14, 4. CAEL. hist. 24 a (*incertum, utrum genet. an dat.*). VERG. Aen. 1, 636 (*cf.* SERV. auct. *ad l.*) AVSON. 371, 7. 12. 383, 2. *dat. sing.*: die: PLAVT. Amph. 276 (*testatur* SERV. georg. 1, 208, -ei *codd.*). 546 (-ei *trad.*). Capt. 464 (-ei *trad.*). Merc. 4 (-e *codd.*, dii SERV. auct. Aen. 1, 636). Trin. 843 (-ei *AP*). OV. fast. 5, 682 (ς, *traditur pro ablativo*) PANEG. 2 (10), 6, 5 p. 268, 6 Bähr.² CORP. VIII 9323. diei: INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 65. *acc. sing.*: diee: CATO frg. inc. 61. diae: CARM. epigr. 1319, 4 (*Venafri*). *abl. sing.*: ζie: TAB. devot. Audollent 253, 10. 18. 20 *al.* diae: COMPVT. cod. Col. prol. 4 p. 229 *al.* CORP. V 4489, 6 (*Brixiae*) *al.* 5685ᴬ (*a. 466*) sub dīaē. 5685ᴮ (*a. 547*). VI †32949. X 5654, 6 *et passim.* INSCR. Nuovo bull. crist. X 1904 p. 84. *genet. plur.*: diaerum: CORP. III 9887 (*in Dalmat.*) diae⟨rum⟩. X 623 (*Salerni*). *acc. plur.*: diaes: CORP. V 4410, 6 (*Brixiae*). VI 31951. XIII †7526 (*in Germ. sup.*). XIV 1793 (*Ostiae*). 1892 (*ibid.*). INSCR. christ. Kraus I 61. diis: INSCR. christ. Rossi I 749 (*a. 450*). dis: CORP. V †1691 (*Aquileiae*). VIII †23570. des: CORP. V 6244, 9 (*Mediol.*). dees: CORP. XII 1694 (*a. 496*). INSCR. christ. Leblant II 482 (*saec. V*). diens: CORP. XIII 5270 (*Augustae Raur.*). XIII †8485 vixit...⟨d⟩iens quattor. XIV 471 (*Ostiae*). zies: CORP. VIII 11099 (*in prov. Byzac.*). INSCR. Notiz. degli scavi 1888 p. 708 INSCR. christ. Rossi I 400 (*a. 392*) zi⟨es⟩. zis: CORP. VIII 23566. zis (*i.* -es sex): INSCR. Revue archéol. 4 sér. VIII 1906 p. 476. *adde*: CORP. III 2225, 8 (*Salernis*) et ies *tot.* V †1667 (*Aquileiae*) z(ies) n(umero) VII. XI 6794 m(enses) III z(ies) XXIII. *abl. plur.*: diaebus: CORP. III 7148, 8 (*in Caria*). IX 1851 (*Beneventi*). XIV 1195 (*Ostiae*). dibus: CORP. VI 35548ᵃ dib(us) VIII. VIII 24759. 24934 INSCR. Ephem. epigr. VIII (*ad* Corp. X) p. 257, 4 INSCR. christ. Rossi I p. 282 (*a. 379*). debus: CORP. VI 32022. INSCR. Notiz. degli scavi 1908 p. 339 deb(us) XXII. zebus: INSCR. apud Mabill. p. 572 CORP. VI 23646. VIII 20786 z(ebus) V. XIV 1137 (*Ostiae*). *adde*: CORP. III 9173 (*Salonis*) die(bus) V. XII 2731 (*in Gall. Narb.*). XIV 603 (*Ostiae*). 1692 (*ibid.*). INSCR. christ. Rossi I p. 443 (*a. 397*) Ƀ Mercuri. *formae Graecis litteris scriptae*: CORP. X 719, 5 (*Surrenti*) ΔΕΙ Η *i. di(es) VIII.* CORP. X 2145, 5 (*Puteolis*) ΔΙΗϹ *i. dies.* INSCR. christ. Rossi I p. 11 (*a. 269*) δεῖε Βένερες. *ibid.* μορτουα αννουωρωμ VI εδ μησωρων XI δευρων X. TAB. magica Revue archéol. 4 sér. II 1903 p. 175 ομνιβους διηβους. *ibid.* αδ διεμ μορτις. TAB. devot. Audollent 231, 2 ε⟨ξ⟩ αχ διη. 231, 30 τωτα διε. 253, 10 *v. supra l. 39.* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357ᴬ ἰν δίεμ. *apices*: CARM. epigr. 1262, 4 (*Romae*) te festínans apstulit atra diés. CORP. V 4489, 12 díebus Parentalior(um). VIII 24787 dece coniunctis bis ter cum fine díebus. X 1761 (*Cumis*) diébus. 6009, 7 (*Minturnis*) supremus fécit iúdicium diés. XIV 1692 (*Ostiae*) ⟨di⟩é(bus). INSCR. Notiz. degli scavi 1906 p. 147 (*Romae*) ⟨vixit m⟩ens. IIII diés XXIIII. *notatur passim* d.

de genere: *de plurali semper masculino* (*sed v. p. 1023, 68 sqq.*): CHAR. gramm. I 31, 13 sciamus pluraliter feminine 'hac -es' et 'has -es' non oportere nos dicere, quamvis singulariter feminine dicamus. DIOM. gramm. I 304, 32. PRISC. gramm. II 365, 13 -es ... in singulari numero tam masculini quam feminini generis invenitur, ut (*LVCAN. 2, 98 VERG. Aen. 4, 169. 2, 324*), in plurali vero semper masculini invenitur 'hi -es'. III 475, 21 GRAMM. suppl. 130, 20. 133, 23 -es festi *Vergilius* dixit masculino genere, non festae (*Aen. 2, 324*).

de singulari: VARRO frg. Char. gramm. I 110, 15 Varro autem distinxit, ut masculino genere unius -ei cursum significaret, feminino

autem temporis spatium. Non. p. 522 -em volunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare; masculino -em ipsum. nos contra invenimus. Ps. Ascon. Verr. p. 128 -es feminino genere tempus et ideo deminutive diecula dicitur breve tempus et mora. -es horarum xii generis masculini est, unde 'hodie' dicimus quasi 'hoc -e'. Serv. auct. Aen. 2, 554 -es si tempus longum significat generis feminini est. 2, 324 '-es'... si feminino genere ponatur, tempus significat, ut (*5, 783*) 'quam nec longa -es'; si masculino, ipsum -em. et de masculino genera tria observanda sunt: in qualitate, numero, adverbio; in qualitate 'serenus -es' dicitur...; numero (*126*) 'bis quinos silet ille -es'...; adverbio 'hodie', non 'hac -e'. ceterum diecula nihil praeiudicat *eqs.* (*cf.* Gloss. V 62, 2). 5, 783 'quam nec longa -es' id est longum tempus: de quo licet melius feminino genere dicamus, tamen et masculino dicimus. nam de certo -e masculino tantum utendum est. *cf.* 10, 467. *aliter*: Prob. inst. gramm. IV 89, 19 item quaeritur, -es cum per omnes casus ad e productum pertinere reperiatur, qua de causa Vergilius -em et masculino genere pronuntiarit. quare hoc monemus, quod sint aliqui, qui hoc asseverandum esse senserunt, quod -es ideo feminino genere pronuntietur, quod in deminutione diecula facere inveniatur: item hac de causa -es masculino genere asseveretur, quoniam in numero plurali melius sonare reperitur, ut puta optimi, non optimae -es. nunc nos hoc monemus, quoniam quaecumque nomina in nominativo casu numeri singularis per unam mutam sonare audiuntur, ... haec et generi masculino subiecta esse reperiuntur. *aliter*: Prob. nom. gramm. IV 210, 6 observabimus *de genere -ei* secundum veteres hanc differentiam, qui spatium diurnae lucis significantes τὴν ἡμέραν masculino genere dixerunt, ut (*Verg. Aen. 2, 248*); feminino autem genere absolute tempus (*Aen. 5, 783*); -es cum praesens tempus significat, generis est masculini, cum praeteritum aut futurum, feminini, ut (*Aen. 6, 745*). *aliter*: Serv. auct. Aen. 1, 732 quidam volunt masculini generis '-em' bonum significare, feminini malum. Isid. diff. 1, 279 -es masculini generis bonum tempus apud veteres indicabat; feminini malum, velut in Iob (*Vvlg. Ier. 20, 14*) 'maledicta -es' (= Gloss. V 190, 1). *aliter*: Serv. gramm. IV 434, 13 -es secundum regulam tantum feminini generis est..., quod autem dicimus genere masculino, ratio persuasit adverbii: nam hodie dicentes quasi hoc -e significamus *eqs.* *cf.* Dvb. Nom. gramm. V 577, 23. Cledon. gramm. V 46, 17 haec regula quintae declinationis feminini generis est, ut haec -es magis feminino genere declinanda sit, quam masculino, licet Vergilius utrumque dixerit. Pomp. gramm. V 190, 30 -es debet secundum definitionem generis esse feminini, sed legimus etiam hic -es *eqs.* Prisc. gramm. II 158, 12 in 'es' productam, si sint quintae declinationis, feminina sunt. excipitur unum '-es'.... in plurali vero semper masculinum invenitur: non enim incertum tempus videtur significare, quod plerumque in feminino genere invenimus numeri singularis. ideo autem diximus 'plerumque' quod invenitur in usu et pro certo tempore femininum et pro incerto masculinum e contrario (*sequuntur Verg. Aen. 2, 324 Lvcan. 3, 138 Stat. Theb. 1, 638*). *aliter*: Prop. cath. gramm. 4, 1 excepto uno communi duum generum, masculini et feminini, hic et haec -es, huius -ei. Don. gramm. IV 375, 33 sunt ... nomina incerti generis inter masculinum et femininum, ut ... -es. Diom. gramm. I 327, 11 Ps. Asper gramm. suppl. 40, 2. Gramm. suppl. 84, 24. 245, 17 *al.* Char. gramm. I 110, 8 -es communis generis est. qui masculino genere dicendum putaverunt, has causas reddiderunt, quod -es festos auctores dixerunt, non festas; et quartum et quintum kalendas ...; et cum hodie dicimus, nihil aliud quam hoc -e intellegitur. qui vero feminino, catholico utuntur, quod ablativo casu e non nisi producta finiatur *eqs.* 110, 16 (*ex Varrone, v. p. 1022, 83 sqq.*) secundum distinctionem dixit Vergilius (*Aen. 2, 324*) 'venit summa -es' i. e. tempus et (*Aen. 4, 169*) 'ille -es primus leti' pro uno -e. tamen et feminino genere -ei spatium significat, cum ait (*Aen. 5, 104*) 'expectata -es aderat'. Consent. gramm. V 345, 25 nam inter masculinum et femininum sunt haec nomina, ... -es: utroque enim genere lecta inveniuntur, quamvis in quibusdam certa observatio sit, ut alterutro genere enuntientur. Ps. Asper gramm. suppl. 46, 24 feminini generis saepe ... -es: ... †nuptiae: nam singularem numerum non habent. *in universum per totam latinitatem certa norma de generibus investigari nequit. in plurali semper masculinum ponitur his paucissimis exceptis locis: titulo orationum Catonis* (Roman. Char. gramm. I 199, 28 M. Cato -erum dictarum de consulatu suo [202, 23 *al.*]). Iren. 2, 24, 5 haberent *menses* praefinitas tricenarias -es. Paneg. 7 (6), 9 longissimae -es et nullae ... noctes. *feminino omnes fere scriptores significant tempus* (*v. p. 1032, 50 sqq. excipiuntur ex. gr.*: Tvrpil. com. 158 Lvcan. 3, 139 Stat. Theb. 1, 639 Calp. decl. 2), *itemque optimi scriptores omnes et posteriorum plerique -em forensem vel temporis punctum negotio alicui gerendo praestitutum atque spatium temporis, quod usque ad id est, nec non saepius -em in epistulis, tabulis sim. additum (v. locutiones et iuncturas huc pertinentes). reliquas vocis -ei notiones hi masculino significare solebant, sed ita ut etiam interdum femininum adhiberent, id quod multo etiam frequentius fecerunt poetae dactylici scriptoresque posterioris aetatis (cf. E. Löfstedt, Kommentar zur Peregrinatio Aetheriae 1911 p. 192 sqq.). de singulis scriptoribus subiunxi conspectum. (in numerando omissae sunt et pluralis numeri formae et omnes loci ad fastos pertinentes, in quibus utrisque paucissimis exceptis semper masculinum positum est. [de plurali v. p. 1023, 68 sqq., in fastis legitur femin.*: Prosp. chron. I p. 479, 1352 -e undecima kalendarum Maiarum. Corp. VIII 9642 una -e kalendarum Ianuariarum.]).

	masc.	*fem.*
Lex XII tab.	2	—
Liv. Andr.	2	—
Enn.	6	—
Naev.	1	—
Plavt.	105	10
Ter.	28	1
Cato	12	2
Varro	79	2
Cic. orat. rhet. phil. carm. frg.	384	46
„ Att. epist. ad Q. fr. ad Brut.	279	29
Catvll.	7	1
Lvcr.	—	5
Caes.	133	17
Hirt. Bell. Alex. Afr. Hisp.	64	1
Sall.	29	2
Nep.	24	1
Verg.	17	20
Ciris Moret. Aetna	2	3
Hor.	24	5
Tib.	4	7
Prop.	17	12
Ov.	44	105
Liv.	805	143
Manil.	12	10
Vitr.	23	—
Pavl. Fest.	50	2
Sen. rhet.	40	5
Germ.	—	2
Vell.	15	8
Val. Max.	36	2
Cels.	191	—
Phaedr.	7	—
Sen. phil.	260	20 (*non epist.*)
Octavia	9	3

	masc.	*fem.*
Cvrt.	90	4
Scrib. Larg.	21	—
Ascon.	30	5
Lvcan.	31	27
Petron.	22	5
Lavs Pis.	—	2
Calp. ecl.	—	2
Plin. nat.	241	20
Val. Fl.	15	13
Sil.	22	20
Homer.	2	3
Stat.	34	47
Mart.	24	6
Qvint.	39	4
Ivv.	6	4
Tac.	126	31
Plin. iun.	82	1
Svet.	96	6
Flor. epit.	21	—
Apvl.	37	24
in Italae *triginta locis, quos praesto habeo, legitur masc. 21ies, fem. 9ies, qui loci plerumque genus* Italae *oppositum habent in* Vvlg.		
Min. Fel.	2	2
Tert. vol. I. III	25	19
Comm.	8	5
Sol.	27	6
Script. hist. Aug.	38	53
Itin. [Silv.]	9	90
Avien.	11	13
Avson.	20	14
Amm.	66	2
Veg. mil.	7	3
Hier. epist.	9	12
Vvlg.	343	615
Avg. civ.	84	2

de mensura: formae bisyllabae per correptionem ponuntur apud scaenicos: Plavt. Amph. 549 Aul. 380 Cas. 320 Men. 155. 1156 Mil. 743 Persa 260. 402. 768. 773. 780 Poen. 497. 758. 1180 Pseud. 165. 234 Rud. 380 Trin. 581. 843 Ter. Andr. 705 Hec. 185 Pompon. Atell. 77. *formae bisyllabae apud poetas scaenicos* (*cf. p. 1022, 20*): Plavt. Capt. 800 diei (*versum iteravit paululum immutatum* Ter. Eun. 801). *cf.* Poen. 1207 diebus. *tres syllabae servatae sunt*: diēi: Plavt. Asin. 253 Poen. 217 (*cum elisione*). Ter. Haut. 168. 212. diērum: Ter. Haut. 909. diēbus: Plavt. Capt. 168 Men. 36 Most. 238 Truc. 643 Ter. Andr. 104 Hec. 143. *apud poetas dactylicos* diei *pro iambo legitur*: Q. Cic. carm. frg. 2 noctisque -eique. Avson. 153, 72 Pavl. Nol. carm. 5, 72 Ven. Fort. carm. 7, 21, 13. *pro anapaesto*: Ven. Fort. Mart. 3, 433.

legitur inde ab Inscr. Dueni. *v. etiam nom. propr.* Dies. [*loci incerti*: Cato agr. 150, 2 Bell. Hisp. 2, 1 Plin. nat. 2, 90. *falso legitur*: Plavt. Most. 823 Titin. com. frg. 147 Nep. Att. 4, 5 Plin. nat. 1 ind. 33.] [*val.* zi, *it.* dì, *francog. vet.* di, *hisp.* dia. *M.-L.*]

dispositio materiae:

I *certum temporis spatium.* **A** *strictiore sensu* (*opp.* nox). **1** *proprie infra l. 77.* **2** *translate:* **a** *solis splendor sim. p. 1027, 56.* **b** *aether, caelum p. 1028, 51.* **c** *animi habitus p. 1028, 68.* **B** *latiore sensu i. q. dies* xxiv *horarum.* **1** *generatim p. 1028, 74.* **2** *speciatim:* **a** *-es forensis p. 1031, 14.* **b** *-es epistulae p. 1031, 53.* **c** *-es natalis p. 1031, 73.* **d** *-es hebdomadis p. 1031, 75.* **e** *vitae -es p. 1032, 9.* **f** *-es mortis p. 1032, 32.* **g** *-es febris p. 1032, 47.*

II *i. q. tempus, aetas.* **A** *generatim p. 1032, 51.* **B** *speciatim i. q. vitae tempus p. 1033, 14.*

III *iuncturae p. 1033, 31.* **IV** *structurae p. 1052, 5.*

I ***certum temporis spatium*: A *strictiore sensu: id temporis spatium, quod sole illustratur*** (*opp.* nox). **1 *proprie*:** Svet. frg. p. 149 -es est solis praesentia. Hyg. astr. 4, 19 p. 120, 13 -em nobis definierunt quamdiu sol ab exortu ad occasum perveniat. Iren. 2, 22, 1 de -e quae duodecim horarum habet spatium. 2, 22, 2. 2, 24, 5 *-es* a novem horis usque ad xv ascendit. Lact. inst. 7, 14, 12 *p. 1027, 39.* Hil. in Matth. 5, 13 -em esse labentium temporum cursum luce solis illuminatum, quem nox interiecta discri-

minat et interventu suo -ei -em subrogat. AMBR. Noe 13, 43 AVG. gen. ad litt. 1, 12 p. 18, 11 ISID. nat. 1, 1 orig. 5, 30, 1. LEX XII tab. 1, 6 (Varro ling. 7, 51 Paul. Fest. p. 305) solis occasu -ei suprema tempestas esto (-ei *omiserunt reliqui testes; cf.* VARRO ling. 6, 5 suprema *est* summum -ei, id est a superrimo *eqs.*). ENN. ann. 236 magnam cum ... -ci p a r t e m fuisset de summis rebus regundis consilio indu foro (VARRO frg. Serv. Aen. 2, 268 *sunt* -ei *partes secundum Varronem hae*: mane ortus meridies occasus [*cf.* MACR. sat. 1, 3, 11. *v. infra l. 21*]. BELL. Afr. 18, 4 LIV. 22, 29, 7. 26, 14, 5. 31, 39, 2. SEN. dial. 10, 12, 2 maiorem -erum partem. nat. 1, 8, 6 TAC. ann. 13, 39. SVET. Nero 41 reliquam. PAVL. dig. 50, 16, 2, 1 APVL. met. 9, 12. 11, 23 duabus -ei partibus transactis. AMM. 24, 2, 11 *al.* SERV. Aen. 6, 37 AVG. civ. 20, 7 *al.* pars *anteponitur*: LEX repetund. [Corp. I 198] 65 maiore parte -ei. LEX Vrson. [Corp. II 5439] 70, 9 *al.* CIC. Verr. 5, 54 epist. 7, 1, 1 CAES. Gall. 5, 9, 8. 5, 35, 5. 5, 58, 2 BELL. Afr. 30, 1 LEX Iul. munic. [Corp. I 206] 16 SALL. Iug. 97, 3 NEP. Eum. 4, 1 VERG. Aen. 9, 154 HOR. sat. 1, 9, 35 LIV. 10, 12, 5. 23, 7, 11. SEN. dial. 12, 6, 4 somnum ... extendere in partem -ei. MELA 3, 53 PLIN. nat. 2, 35 *al.* SIL. 16, 225 TAC. ann. 5, 7 PLIN. epist. 9, 36, 5. paneg. 48, 1 magnam partem -erum. 46, 4. 77, 2 reliqua. SVET. frg. p. 151 partes. CENS. 23, 8. ISID. nat. 1, 1 partes ... -ei tres sunt: mane, meridies et suprema. *cf. supra l. 8. v. etiam p. 1029, 77*). PLAVT. Amph. 276 ita statim stant signa, neque nox quoquam concedit -e[i] (*v. p. 1022, 32* [546; *cf.* OCTAVIA 714 laeta ... -es sideribus atris cessit]). Asin. 198 -em aquam solem lunam noctem, haec argento non emo. 253 ad hoc -ei t e m p u s dormitasti (TER. Haut. 168. CAES. Gall. 7, 16, 2 in singula -ei tempora. 7, 35, 4. 7, 68, 2 [*aliter* BELL. Hisp. 15, 5 eius -ei insequenti tempore]. BELL. Hisp. 16, 1 huius -ei extremo tempore. PAVL. FEST. p. 71 extremum. CVRT. 3, 5, 1 fervidissimum. 4, 16, 18 praeceps in noctem. COLVM. 8, 11, 2 -ei certo tempore. PLIN. nat. 9, 25. QVINT. decl. 301 p. 188, 11 in aliud -ei tempus. SVET. Aug. 44 insequentis -ei matutinum tempus. PORPH. Hor. carm. 3, 27, 9. CENS. 24, 1 plura noctis et -ei tempora. tempus *anteponitur*: TER. Haut. 212 ut tempus est -ei. VARRO ling. 7, 77 *de crepusculo* dubium, tempus noctis an -ei sit. CIC. de orat. 1, 26 usque ad extremum tempus -ei. CAES. Gall. 7, 11, 5 HIRT. Gall. 8, 15, 5 BELL. Afr. 78, 3 MANIL. 3, 182 TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 434, 2. AVSON. 371, 7 tempora noctis atque dii). PLAVT. Asin. 516 ecqua pars orationis d e -e dabitur mihi (*cf.* HOR. epod. 13, 4 rapiamus ... occasionem de -e. carm. 1, 1, 20 partem solido demere de -e. PLIN. epist. 9, 40, 3 nihil de -e perdunt). Bacch. 700 *esse* noctem qui nunc est -es. Capt. 417 nox -em adimat. Curc. 352. Merc. 4 nocti aut -e (dii *D ante corr.*; SERV. auct. Aen. 1, 636) aut soli aut lunae miserias narrant suas. Poen. 217 usque ab aurora ad hoc quod -ei est (*cf.* APVL. apol. 59 quid sit -ei). TER. Andr. 705. TITIN. com. 100 noctem facere ... de -e. VARRO ling. 5, 11. 66 Di⟨e⟩spiter ..., id est dies pater. 5, 68 ut ex eo *Sole* -es sit. 6, 4 -ei p r i n c i p i u m mane, quod *tum manat -es ab oriente (PAVL. FEST. p. 122 mane principium -ei). 6, 5 quod crepusculum -es etiam nunc sit an iam nox, ... dubium. 6, 8 dicta bruma, quod brevissimus tunc -es est. *ibid.* -es aequus fit ac nox. 9, 73. 10, 41 ut est ... meridies ad -em, sic media nox ad noctem. RHET. Her. 2, 4, 7 qua -e, qua noctis h o r a (LIV. 3, 69, 8 quarta -ei hora. 9, 37, 6 *bis.* 21, 59, 5 *al.* PAVL. FEST. p. 110 COLVM. 2, 10, 30 *al.* PLIN. nat. 2, 127 *al. apud* ICTOS. GLOSS. III 509, 66 -ei hora ἁμέρα. hora *anteponitur*: CIC. dom. 41 hora fortasse sexta -ei. Phil. 2, 76 epist. 15, 4, 8 CAES. Gall. 4, 23, 2. 5, 46, 1. 5, 53, 1 civ. 1, 64, 8. 1, 80, 3 [1, 82, 1 *add. Wölfflin*] BELL. Alex. 10, 5 BELL. Afr. 19, 4. 61, 1. 69, 5 LEX Iul. munic. [Corp. I 206] 57 LEX Vrson. [Corp. II 5439] 102, 25 LIV. 8, 38, 10. 23, 35, 16. 23, 44, 6. 44, 36, 1 SEN. nat. 1, 8, 6. 7, 17, 2 CVRT. 8, 6, 17 COLVM. 8, 4, 5 PLIN. nat. 2, 94 *al. cf.* MANIL. 3, 512 horasque -erum. TAC. hist. 3, 16 ann. 2, 18 PLIN. epist. 6, 20, 6 SVET. Aug. 100 AVR. Fronto p. 68, 3. 69, 11 N. *apud* ICTOS. APVL. apol. 58 LAMPR. Heliog. 15, 6 Alex. 61, 3 ITIN. [Silv.] 36, 5 AMM. 26, 1, 10. 27, 3, 1 *al.*). CIC. inv. 1, 86 si -es est, lucet (ac. 2, 143 PS. APVL. herm. p. 272). Verr. 6, 26 -ei b r e v i t a s (*opp.* noctis longitudo. Att. 1, 17, 9. VITR. 9, 7, 1 menstruae -erum brevitates *itemque dilatationes. PAVL. FEST. p. 31 COLVM. 11, 2, 91). Pis. 53 nonne tibi nox erat pro -e? Planc. 99 o reliquos omnes -es noctesque, quibus *eqs.* rep. 3, 3 dinumerationibusque noctium ac die⟨rum⟩. leg. 2, 16 -erum noctiumque vicissitudines (Tusc. 1, 68 nat. deor. 2, 132 AVG. civ. 22, 24). 3, 30 longitudo -ei (SEN. nat. 5, 11, 2). Tusc. 1, 97 quam multi -es reperiri possunt, qui tali nocti (*sc. morti*) anteponantur? Tim. 32 nox ... et -es ... ob has generata causas unum circumitum orbis efficit. 37 terram ... -ei noctisque effectricem. 52 -es noctesque oculis cognitae, tum mensum annorumque conversiones ... machinatae sunt *eqs.* nat. deor. 1, 21 -erum noctiumque n u m e r o (CAES. Gall. 6, 18, 2 spatia ... temporis non numero -erum, sed noctium finiunt. TAC. Germ. 11 *opp.* noctium. *cf. p. 1029, 70*). 2, 69 quia *Diana* noctu quasi -em efficeret (*cf.* 2, 95 *et* 102 *sol* oriens et occidens -em noctemque conficit). 2, 101 mari finitimus aer -e et nocte distinguitur. off. 1, 33 qui cum *tot* -erum essent cum hoste indutiae factae, noctu populabantur agros, quod -erum essent pactae, non noctium indutiae. Q. CIC. carm. frg. 2 curriculumque Aries aequat noctisque -eique (APVL. mund. 1 -erum noctiumque curriculis. 22 AVSON. 382, 2). LAEV. carm. frg. 22, 2 Venus ... mihi quae -em serenum praepandere cresti (*cf. p. 1028, 8*). LVCR. 1, 10 simulac species patefactast verna -ei. 1, 1067 noctes pariles agitare -bus. 2, 578 nec nox ulla -em ... secutast. 4, 83 omnia ... correpta l u c e -ei (LIV. 31, 42, 7 AVSON. 364, 20). 4, 201 puncto ... -ei. 5, 700 radiatum insigne -ei. *al.* CAES. Gall. 2, 11, 6 tantam eorum multitudinem ... interfecerunt, quantum fuit -ei s p a t i u m (VITR. 9, 3, 1 -erum et horarum spatia. 9, 3, 3. 9, 8, 3 SEN. dial. 6, 18, 2 PLIN. nat. 6, 212 *al.* TAC. Agr. 12 APVL. met. 8, 11. spatium *anteponitur*: VITR. 9, 3, 1 PHAEDR. 2, 8, 10 SEN. nat. 5, 11, 2. *cf. p. 1030, 5*). CAES. civ. 3, 13, 2 properans noctem -ei c o n i u n x e r a t (*cf.* SEN. contr. 1 praef. 14 iungebantur noctibus -es [VAL. MAX. 8, 13 ext. 1 HIER. epist. 22, 7, 3]. OV. am. 3, 6, 10 nocti conseruisse -em). BELL. Afr. 42, 1 praesertim cum milites a m a n e -ei ieiuni sub armis stetissent (*cf.* ITALA Mal. 4, 5 [Priscill. tract. 6, 109] priusquam -es [*v. p. 1022, 17*] domini mane veniat [πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου, VVLG. -es domini magnus et horribilis]. VVLG. lev. 22, 30 in mane alterius -ei). SALL. Iug. 21, 2 -ei extremum erat (*seq.* plerumque noctis. AMM. 19, 2, 13 ad extremum usque -ei. 19, 7, 8. *cf.* 27, 2, 6 -ei extimum [29, 5, 48]). 51, 2 m u l t u m -ei processerat (*cf.* LIV. 3, 2, 8 cum haud multum -ei superesset. 5, 39, 7. 7, 33, 14. 9, 44, 11 in multum -ei. 10, 32, 6 ad multum -ei. 22, 45, 1. 27, 2, 9 CVRT. 8, 14, 28. VVLG. gen. 29, 7 [ITALA Lugd. de -e multum, Aug. loc. hept. 1, 108 p. 523, 15 -es multa. ἡμέρα πολλή]). Iug. 52, 3 et iam -e (-ei *C*) vesper erat. 72, 2. hist. frg. 1, 149 -ei m e d i o (LIV. 27, 48, 1. medium *anteponitur*: LIV. 26, 48, 8. 37, 29, 2. PLIN. nat. 2, 129 medio -ei aut noctis. SIL. 11, 41 medioque -erum. TAC. hist. 1, 62 medio -ei [3, 11 ann. 12, 69. 14, 2]. ann. 11, 21 per medium -ei [14, 59]). VERG. Aen. 3, 201 -em noctemque ... discernere (*cf.* SEN. nat. 5, 15, 3 noctium -erumque discrimen). 5, 42 postera ... stellas ... f u g a r a t ... -es (10, 257 noctem). 7, 149 postera cum prima lustrabat lampade terras orta -es (*cf.* 12, 113). 8, 94 remigio noctemque -emque f a t i g a n t (VAL. FL. 5, 598). 10, 215 iamque -es caelo concesserat (*cf.* TERT. anim. 43 p. 371, 13 *nocti* -es cedit. AMM. 31, 7, 15 cedens vespero -es). 10, 807 exercere -em (*i. operando transigere; cf.* FRONTO p. 228, 15 N. noctes -esque negotiis exercebant). MORET. 2 excubitorque -em cantu praedixerat ales (*v. p. 1050, 37*). HOR. epod. 17, 25 urget -em nox et -es noctem (*cf.* SEN. epist. 24, 26 -em nox premit, -es noctem. *v. etiam p. 1030, 20*). TIB. 1, 4, 28 quam cito non segnis stat remeatque -es! PROP. 4, 6, 86 donec iniciat radios in mea vina -es. OV. am. 1, 5, 1 mediamque -es exegerat horam. epist. 4, 160. 7, 26 Aenean animo noxque -esque refert. 18, 34 pulso ... -e (fast. 6, 472). ars 2, 348. 3, 723 iamque -es medius tenues contraxerat umbras. met. 1, 683 euntem ... detinuit sermone -em. *al.* fast. 5, 548 iubar aequore tollit candida ... -es (*cf.* LVCAN. 5, 456 nocte fugata laesum nube -es iubar extulit). LIV. 3, 62, 5 reliquum -ei (7, 39, 9. 25, 38, 23. -ei reliquum: 22, 51, 1. 22, 59, 4. 24, 14, 10 *al.*). 7, 8, 5 serum erat -ei (7, 10, 28 in quam maxime serum -ei. 26, 3, 1. TAC. ann. 2, 21 sero -ei. AMM. 31, 15, 14 ad serum usque -ei). 7, 35, 5 cum -ei t a n t u m superesset (*cf.* 33, 18, 19 quantum -ei superfuit. 45, 37, 6 PLIN. nat. 31, 73). 7, 36, 6 luce ac -e opus est. 10, 39, 10 -em ad proficiscendum nuntius habuit. 10, 40, 1 moram -ei noctisque (MANIL. 3, 349 parva -erum ... mora). 21, 59, 7 si extendi *pugnam* -es in longum spatium sivisset. 31, 41, 10 *cum* per ... vinum ... -es noctibus aequarent (MANIL. 1, 267 aequato ... -e cum tempore noctis. *al. cf.* PLIN. nat. 2, 81 aequata nocte -ei). 31, 42, 7 si s a t i s -ei superesset (44, 42, 9). MANIL. 1, 190 circumque feratur aeterna cum luce -es. 3, 235 *in* variis ... -erum umbrarumque modis. 3, 239 summa (*i. spatium*) -erum. 3, 301 mensura -erum umbrarumque (3, 448 mensura -ei. PLIN. nat. 18, 264). 3, 365 hic (*sc. sub polo arctico*) erit una -es per senos ... menses. 3, 479 tolluntur (*i. minuuntur*) -es. 3, 650 *Aries* exuperare -em iubet et succumbere noctes. 3, 682. 5, 699 sub extrema promittunt iura -ei. VITR. 9, 3, 2 -ei magnitudinem (PLIN. nat. 6, 216. 36, 72 -erum ... ac noctium magnitudines). 9, 8, 7 correptiones -erum aut crescentiae. PAVL. FEST. p. 24 nox -ei potius quam -es nocti adnumerari debet. p. 147 SEN. contr. 1, 5, 9 GERM. 498 VELL. 2, 42, 2. SEN. Ag. 909 stat ... Titan dubius emerito -e, suane currat an Thyestea via. Herc. f. 8 recenti vere laxatur -es (*i. frigus hibernum. cf. p. 1028, 5*). 60 viso labantem Cerbero vidi -em pavidumque solem. 941. Herc. O. 45 intra *Herculis* substitit metas -es. Med. 728 dum parat Phoebus -em. Phaedr. 315. 1091 Solique falso creditum ... -em. Thy. 677. 991. Tro. 170b vicerat noctem -es (*cf.* epist. 27, 3 nubes -em vincunt. LVCAN. 4, 59 *de -bus post brumam crescentibus*). benef. 5, 25, 6 *aciem oculorum* lumen -ei (diis *trad.*) *oculis* immissum ad ministeria sua evocat. nat. 1, 15, 2 *opp.* tenebrae. 6, 1, 11 haec nox aut hic ante noctem -es. CVRT. 4, 7, 22 sub ipsum -ei o r t u m (VVLG. Iudith 10, 11 circa ortum -ei. *cf.* AVIEN. orb. terr. 1028 in ... -ei ... exortum. AMM. 24, 4, 20 -ei occasu). COLVM. 4, 29, 4 tepentibus iam -bus (MART. 6, 5, 9). 4, 29, 5 -em ... silentem ... a ventis. 7, 4, 5 -ei apricitas (8, 15, 4). *al.* LVCAN. 1, 16 -es medius ... aestuat. 2, 412 -em pronum ... ducens ... Phaethon. PETRON. 41 -es ... nihil est. PLIN. nat. 1 ind. (2, 17) -erum inaequalitatis ratio. nat. 2, 81 in auctum (*subst.*) -ei. 2, 100 ut -ei species nocte luceret. 2, 181. 6, 211 qua cuique *regioni* cognatio -erum ac noctium sit. CORP. IV 5174 ven⟨atio athle⟩tae sparsiones, qua -es patientur, erunt. VAL. FL. 1, 275. 3, 37 -em ... solisque cubilia. SIL. 7, 283 labore -erum (*i. diurno*). 10, 376 cum quinta -em nox ... tulisset (*cf.* 15, 809 -em nox abstulit). 12, 9 spondente -e. HOMER. 49 decimusque -es patefecerat orbem.

118. STAT. Theb. 1, 647 squalente -e. 4, 283 *Arcades olim* feruntur ... occiduum ... Titana secuti desperasse -em. *al.* silv. 1, 1, 94 dum Romana -es *erit* (*pro imperio Romano*). 1, 2, 229 vixdum emissa -es. 5, 1, 106 Fama ... praegressa -em. MART. 8, 21, 12 *al.* QVINT. inst. 5, 8, 7. 12, 6, 5 -erum ac noctium studio. PS. QVINT. decl. 2, 16. 12, 28 sideribus ac -ei *nos* graves *sumus.* IVV. 1, 127. TAC. Agr. 38 proximus -es faciem victoriae latius aperuit (hist. 4, 29. AVSON. 361, 40 tot species ... una -es aperit: conficit una -es). Germ. 11 nox ducere (*i. anteire*) -em videtur. hist. 4, 64 lucem -emque omnibus hominibus ... natura aperuit. ann. 1, 49. 68 donec ... -es permansit. 2, 39 obscuro -ei. PLIN. epist. 6, 16, 17. 6, 20, 16 non -es ..., sed adventantis ignis indicium (*de aurora*). 9, 36, 3 ut -es (*sc. mitior*) suasit. paneg. 45, 2 in lucem ac -em proferebant. HYG. astr. 4, 9. SVET. Vit. 8 neque -ei neque temporis ratione habita (FRONTO p. 70, 11 N. -ei rationem ... magistro reddo. *cf. p. 1029, 34*). CARM. epigr. 880, 2 (*in statua Memnonis, a. 134*) horam cum primam ... sole ... prolata Oceano luminat alma -es *eqs.* (*cf.* AVIEN. orb. terr. 63 illuminat). FRONTO p. 26, 3 N. ut solem ut -em ut vitam diligo. APVL. flor. 6 p. 22 a lucis ortu ad illud -ei. met. 1, 14 nox ibat in -em. 2, 1 sol novus -em fecit. 11, 5 -em, qui -es ex ista nocte nascetur, aeterna mihi nuncupa⟨v⟩it religio. 11, 25 nec -es nec quies. *al.* mund. 11 austros medius -es mittit. Plat. 1, 10 -es ... cum noctibus mensium spatia complere. Socr. prol. p. 110 quibus coloribus inter se nox cum -e differunt. 1 p. 117 -ei opificem lunamque. MIN. FEL. 19, 1 talem esse mortalium mentes, qualem parens omnium -em induxerit. TERT. anim. 10 p. 314, 21 quid enim, si -em aliud haberi velis, aliud lucem, quae accedat -ei, cum -es ipsa lux sit? 51 p. 383, 28 non magis vitae miscebitur mors quam -es et nox. ieiun. 2 p. 275, 28 ultra supremam -ei *sc. horam* (suprema iudicii *trad.*). adv. Marc. 3, 24 p. 420, 1 de profectu -ei (*i. cum -es cresceret*). orat. 25 -ei interspatia. ITALA gen. 2, 4 (Aug. gen. ad litt. 5, 1 p. 137, 2) hic est liber creaturae caeli et terrae, cum factus est -es (*cf.* AVG. *ad l., aliter* LXX *et* VVLG.). Ios. 10, 13 (Tert. ieiun. 10 p. 288, 10) *sol* accedebat in occasum et (Lugd. non est progressus ad o. in) finem -ei unius (VVLG. *aliter*). COMM. apol. 422 festinavitque -es inducere sidera noctis. ANTH. 467, 5 SYMPH. 101. SOL. 22, 9 *illic* brumali solstitio perinde nullus -es. PANEG. 9, 22 -es noctibus acquiescit. LAMPR. Heliog. 28, 6 transegit et -erum actus noctibus et nocturnos -bus. LACT. inst. 5, 19, 8 quid ergo non -em noctem vocant, solem tenebras? 7, 14, 12 -em nostrum, qui ortu solis occasuque finitur, -ei magni speciem gerere, quem circuitus annorum mille determinat. AVIEN. Arat. 1362 diversa -em comitantur sidera semper. orb. terr. 1059 axe -ei consurgentis. QVEROL. p. 39, 20 *nox* est -es nostra. AMM. 19, 2, 5 a solis ortu usque -ei ultimum. CLAVD. rapt. Pros. 1, 276 merserat unda -em. AMBR. hex. 1, 6, 20. 1, 10, 36 *sqq. de creatione primi -ei.* VVLG. gen. 1, 5 appellavit *deus* lucem -em et tenebras noctem. 18, 1 in ... fervore -ei (μεσημβρίας). iud. 19, 11 -es mutabatur in noctem. *cf.* Iob 3, 4 -es ille vertatur in tenebras. I reg. 20, 5 ad vesperam -ei tertiae (*cf.* AVG. civ. 11, 7). I Macc. 4, 6 cum -es factus esset (ἅμα τῇ ἡμέρᾳ). Luc. 4, 42 (γενομένης ἡμέρας). I Thess. 5, 8 nos ... qui -ei sumus (ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες). RVFIN. hist. mon. 31 p. 457[c] in aestu -ei et rore noctis (AVG. civ. 21, 5). AVG. civ. 2, 29 expergiscere, -es est. 11, 19 *fecit deus* luminare maius in principia -ei, et luminare minus in principia noctis. *ibid.* praeesse -ei (*de sole*). AVG. gen. ad litt. 1, 9 p. 12, 26 *sqq.* 1, 10 p. 15, 13 *al.* ORIG. in Matth. 18, 114 signum -ei i. galli cantus.

2 ***translate:*** a *solis splendor vel ardor, interdum etiam sol ipse*: LVCR. 1, 147 non radii solis neu lucida tela -ei (2, 60 *al.*). VERG. Aen. 1, 88 eripiunt ... nubes caelumque -emque Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra (MANIL. 3, 19 conversaque sidera retro creptumque -em. *cf.* SEN. Thy. 637 -es hinc raptus). 2, 198 involvere -em nimbi (SEN. nat. 2, 30, 1 involutus est -es pulvere. 5, 18, 7 nubilo). AETNA 20 aversum -em (*sc. propter cenam Thyesteam.* OV. am. 3, 12, 39. SEN. Thy. 1035 hoc egit -em aversum in ortus. CLAVD. 15, 400. *cf.* SEN. epist. 122, 5 aversandi -em et ... vitam in noctem transferendi. CLAVD. 1, 172 iterum ... -es vertetur in ortus). IVL. MONTAN. carm. frg. 1, 2 *incipit* spargier ... rubicunda -es (SIL. 4, 56 Solis equi sparsere -em. *cf.* VAL. FL. 2, 76 Phoebus ... -em dispersit). OV. am. 1, 8, 10 puro fulget in orbe -es. epist. 18, 122 obscura condita nube -es (SEN. Herc. f. 243 Phaedr. 673). ars 1, 252 consule de gemmis ... -em. rem. 412 admisso ... -e (SEN. epist. 79, 12 totum -em. 86, 11 LVCAN. 3, 444. MART. 8, 14, 4 soles et ... -em. 12, 57, 25 nec -es *est* nisi admissus. PLIN. epist. 9, 36, 2). *cf.* met. 5, 358 *ne* immissus ... -es ... terreat umbras. 7, 411. 13, 602 nigri ... volumina fumi infecere -em (trist. 4, 1, 4 STAT. Theb. 11, 423). trist. 1, 11, 15 fuscabatque -em custos Atlantidos ursae (VAL. FL. 1, 396). 5, 4, 44 sive -em videat, sive tegatur humo (SEN. Phoen. 9 non video noxae conscium nostrae -em, sed videor. 245. LVCAN. 4, 129 viso ... -e. STAT. silv. 2, 3, 32 AVG. civ. 22, 8. CORIPP. Iust. 2, 95 omnia visum congaudent elementa -em. *v. p. 1051, 84. cf.* SEN. Phaedr. 946 non cernat ultra lucidum Hippolytus -em [LVCAN. 2, 513 PLIN. nat. 33, 70. SOL. 36, 3 illinc nox, hinc -es cernitur. ARNOB. nat. 1, 45 caelum -emque]. TAC. ann. 4, 8 vix -em aspici a plerisque lugentium. ARNOB. nat. 5, 10 caelum -emque conspicere). LIV. 22, 6, 9 cum ... dispulsa nebula aperuisset -em (26, 17, 14). 33, 7, 2 densa caligo occaecaverat -em. MANIL. 1, 704. 2, 797 Phoebus subsistit ... declinatque -em (*personate*). SEN. contr. 7, 1, 4 tempestates absconderant -em (SEN. Phoen. 394 nubes pulvere ... -em). SEN. Ag. 728 gemino sole praefulget -es. 788 iam recipit Cassandra -em marcente visu. Herc. f. 135. 653. Herc. O. 723 nulla nube respersus iubar laxabat ardens fervidum Titan -em (*cf. p. 1026, 65*). 1363 vetans flagranti currere in zona -em (*cf.* Oed. 219 caelo lucidus curret -es). 1700 quam *oram* torret -es *ardens.* 1707 nube discussa pande -em (STAT. Theb. 4, 486 APVL. mund. 29. *cf. p. 1025, 84*). 1890 totum *Stymphalidarum* pinna velante -em. Med. 5 clarumque Titan dividens orbi -em. Oed. 338. 1001 conscium *sceleris* evasi -em (*cf.* Phoen. 9). Phoen. 208. 422 atra nube subtexens -em (*cf.* STAT. Theb. 3, 496 dextrisque ... alitibus praetexe -em). Thy. 51 excidat caelo -es. 121 Titan dubitat, an iubeat sequi cogatque habenis ire periturum -em (*cf.* 792). 777 *al.* dial. 2, 4, 2 cum ... rex multitudine telorum -em obscuraret (PETR. CHRYS. serm. 86 p. 443[B] *in imag.*). nat. 1, 1, 11 ut *faces* adversus -em vindicare sibi fulgorem suum possint. 1, 17, 3 *duorum siderum occursu* interpolari -es solet. epist. 79, 11 quis oculis glorietur, qui suspicetur -em. 92, 5 *opp.* aliquis igniculus. LVCAN. 1, 558 dirasque -em foedasse volucres (AVR. VICT. Caes. 21, 7 CLAVD. rapt. Pros. 1, 164). 9, 462 fumo ... violare -em (CLAVD. 3, 63). 9, 905 qui potuere pati radios et ... sustinere -em (CLAVD. 6, 12). PETRON. 114 nubes ... obruere tenebris -em. CALP. ecl. 4, 4 iuvat herbida forsan ripa levatque -em vicini spiritus amnis? PLIN. nat. 33, 58 *color argenti* -ei similis. VAL. FL. 1, 655 emicuit reserata -es (STAT. Theb. 5, 479 vix reserata -es). 4, 678. 5, 413 *al.* SIL. 5, 619 manes ... antiquum expavere -em. 14, 243 *Dis* ausus adire -em. STAT. Theb. 1, 201 effusa *erat* sub omni terra atque unda -e. 2, 21 ire -em contra. *al.* 12, 693 pulvere crasso caligare -em. silv. 2, 7, 14. Ach. 1, 248 oculi ... infusum sensere -em (CLAVD. 28, 190 diffundere. CORIPP. Iust. 4, 253 fundit ... -em). MART. 7, 12, 8. 8, 21, 12 non deerit populo te veniente -es. TAC. hist. 3, 56 *volucres* atra nube -em obtenderent. 3, 84 si -em (*i. diurnae lucis pericula*) latebra vitavisset. PLIN. epist. 2, 17, 22 *cubiculum* ne -em quidem sentit (*cf.* STAT. Ach. 1, 248 oculi ... sensere -em). 5, 6, 21 *cubiculum* -em ... excludit. 5, 6, 33. APVL. met. 5, 1 ut -em suum sibi domus faciat licet sole nolente. 10, 11 sopore discusso remeabit puer ad -em lucidam. TERT. anim. 10 p. 314, 21 *v. p. 1027, 26.* adv. Marc. 1, 1 p. 291, 10 -es nunquam patens, sol nunquam ridens. spect. 17 p. 19, 17 ne -em contaminarent. SOL. 1, 68 *Caesar* excisus utero in -em venerat. 4, 3 solifuga dicta quod -em fugiat. 11, 18 cum ... -em continua nox inumbrasset. HIL. in psalm. 118 lamed 8. AMM. 24, 8, 3 earum volatu -es ... obumbrabatur (*cf.* CLAVD. 5, 122 umbrare telis). SEDVL. carm. pasch. 3, 281 *Christus* vicerat ore -em. op. pasch. 4, 3 *al.* *sim. de quovis splendore*: ENNOD. carm. 2, 12, 4 Laurenti proprium possidet ista *domus* -em. 2, 45, 12 lilia ... de cultu proprium fecit habere -em. 2, 81, 10 quas *aedes lumine* clauso iussit habere -em. dict. 9, 1 p. 450, 17 -em suum ingenia nisi occupationum nebulis fuscata non perdunt. epist. 1, 5, 6 p. 11, 8. 8, 36, 1 p. 223, 13 dum -em in epistula facis, splendorem ... adeptus crederis ... maturum. VEN. FORT. Mart. 3, 466 quanto zona -e lapidum radiabat honore.

b *aether, caelum, plaga caeli*: OV. met. 1, 603 noctis faciem nebulas fecisse volucres sub nitido ... -e. Pont. 2, 1, 28 cum populi vultu conveniente -e. GERM. frg. 4, 46 sed si forte -em victus mutaverit aer et ventos aut fundet aquas. PHAEDR. 4, 17, 5 faciem ad serenam subito ... mutatur -es. SEN. Herc. O. 326 tonantem fulmine excusso -e. 711 fractus austro pontus etiamnum tumet, quamvis quiescat languidis ventis -es. 1111 amisso trepidus polo Titan excutiet -em. 1487 Herculea totum flamma succendat -em. 1632 volucres pererrant ... -em. Thy. 263 tonat -es serenus. Tro. 21 nube ceu densa obsitus ater ... squalet ... -es. LVCAN. 1, 153 *fulmen* rupit ... -em. 7, 189 sub quocumque -e (*i. plaga caeli*), quocumque *ille* est sidere mundi. 8, 217 totum mutare -em (*i. aliud subire caelum*). VAL. FL. 2, 52 horruit imbre -es. STAT. Theb. 4, 67. AVIEN. Arat. 1629 talis et obducti cernetur forma -ei. *nota*: CLAVD. rapt. Pros. 3, 316 accingar lustrare -em, per devia rerum indefessa ferar (*'pro terris quas sol videt' Birt*). *sim.*: INSCR. christ. Rossi II p. 148, 13 Simplicius ... po⟨r⟩ticibus iunctis texit ab imbre -em.

c *animi habitus -ei alicui proprius*: TAC. ann. 6, 20 qualem -em Tiberius induisset.

B ***latiore sensu: -es XXIV horarum,*** *saepe longitudinis ratione parum habita i. q.* ***temporis punctum*** (*ut res personata pro subiecto -es ponitur ex. gr. p. 1029, 1. 6. 46. 58 al.* -es meus *v. p. 1030, 33. 1031, 73. 1032, 10. 28. 38,* tuus *p. 1030, 41. 1031, 51. 74. 1032, 42. 47,* suus *p. 1031, 33. 46. 1032, 11. 29. 33,* noster *p. 1030, 29. 1032, 30. 46,* vester *p. 1030, 59*): **1** ***generatim:*** GELL. 3, 2, 4 omne id medium tempus (*sc. a sole occaso ad solem occidentem*) unum -em esse. PAVL. dig. 2, 12, 8 more Romano -es a media nocte incipit et sequentis noctis media parte finitur. AVG. gen. ad litt. imperf. 7 p. 478, 5 nomine -ei noctes quoque includimus. SERV. Aen. 1, 732. 5, 738 -es est plenus qui habet horas XXIV ... dicimus autem -em a parte meliore; unde et usus est, ut sine commemoratione noctis numerum dicamus -erum. hic autem -es secundum Aegyptios incohat ab occasu solis, secundum Persas ab ortu solis, secundum Etruscos et Athenienses a sexta hora -ei, secundum Romanos a media nocte. *cf.* 6, 255 ISID. nat. 1, 1 orig. 5, 30, 1 *sqq.*

t. t. musicae: is tonus, qui primum sensu percipi potest: PS. CENS. frg. 12, 5 initium modi dicitur -is, dimidium semitonium, totum tonos. BOETH. anal. post. 1, 19 p. 735ᴰ hoc autem (*sc. elementum*) non idem ubique est, sed in gravi quidem uncia, in melodia autem -is. ISID. orig. 3, 20, 6 -is est spatia quaedam et deductiones modulandi atque vergentes de uno in altero sono. *quarta pars toni:* VITR. 5, 4, 3 harmoniae tetrachordum et tonos et -es habet binas: -is autem est toni pars quarta, ita in hemitonio duae -es sunt collocatae. MART. CAP. 9, 930 dico autem quidquid sonuerit aut tonum esse aut hemitonium aut quartam toni, quae -is appellatur... hemitonium dicitur quod toni medium tenet, -is vero distantiae tres sunt. 9, 933. 934. 948 in -i. 9, 950. 951 *sqq.* BOETH. mus. 1, 21 p. 213, 17 *al.* 4, 6 p. 318, 10 proportiones vel tonorum atque -eon. 4, 7 p. 324, 20 spatium -eos hoc modo significavimus *sq. nota.* *aliter:* CHALC. comm. 45 hemitonium quod dicitur, a veteribus autem -is appellabatur, limma cognominavit *Pythagoras.* MACR. somn. 2, 1, 23 hoc semitonium Pythagorici quidem veteres -in nominabant, sed sequens usus (*sc. Philolai Pythagorici v.* BOETH. mus. 3, 5 p. 277, 3 *sqq.*) sonum semitonio minorem -in constituit nominandam; Plato semitonium limma vocitavit. BOETH. mus. 2, 28 p. 260, 24 quod *spatium* nunc quidem semitonium nuncupamus, apud antiquiores autem limma vel -is vocabatur. BOETH. mus. 5, 16 p. 365, 12 *Aristoxenus* dividit tonum in duas partes atque id semitonium vocat, dividit in tres, cuius tertiam vocat -in chromatis mollis.

diestigmenon *n.* διεστιγμένον. *t. t. metricorum:* MAR. VICTORIN. gramm. VI 111, 14 huic quoque *versui* si octavam syllabam a primordio versus auferas, fiet elegion, quod -on appellatur, quasi unius interiectu syllabae distinctum.

diesuator (GLOSS.) *v. p. 722, 49.*

dietēris *f.* διετηρίς. CENS. 18, 2 idque tempus trieterida appellabant, quod tertio quoque anno intercalabatur, quamvis biennii circuitus et re vera -is esset.

?**diexenum** dextrum seu diesextum. dextrum, diexestum. GLOSS. *fort. pertinet ad* 2. bisextum.

diexodos *f.* διέξοδος. *t. t. rhet.* (*scribitur graece*): CARM. de fig. 61 -ος: fit percursio, percurro cum singula raptim. FORTVN. rhet. 2, 12 p. 108, 25 *inter partes orationis* -ov id est excessum (2, 20 p. 113, 15). GLOSS. V 567, 24 -us cursus aquarum. 379, 24 (*al.*) psyches -os animae exitus.

diezeugmenon, *genet.* -ū (*l. 82*) *n.* διεζευγμένον. *t. t. mus.:* VITR. 5, 4, 5 stantes autem *sonitus* sunt qui inter mobiles [sunt] interpositi continent tetrachordi coniunctionem et e generum discriminibus suis finibus sunt permanentes, appellantur autem sic: ... nete -on, nete hyperbolaeon *eqs.* 5, 4, 7 tetrachorda autem sunt quinque: . . . quartum disiunctum quod -ov nominatur (BOETH. mus. 1, 20 p. 207, 26. 209, 27. 1, 26 p. 218, 23). 5, 5, 2. 4 *sq.* PS. CENS. frg. 12, 3. 4 -u adiectione. BOETH. mus. 4, 9 p. 327, 18 *sqq.* 4, 12 p. 335, 3. 4, 14 p. 337, 26. *t. t. rhet.:* GELL. 2, 7, 22 (*graece*) non ergo integra est propositio dicentium 'aut honesta sunt . . . aut turpia', neque ὑγιὲς et νόμιμον -ov videri potest: deest enim diiunctioni isti tertium: 'aut neque honesta sunt neque turpia' (*cf.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 38 p. 246, 2 cum in propositione 'aut' est, κατὰ -ov dicitur). AQVILA rhet. 43 p. 36, 3 -ov diiunctum *sq. definitio.*

difāriam διχῶς GLOSS. [*cf.* di- *et* bifariam. *Th.*]

diffāmātio, -ōnis *f. a* diffamare. *i. q. divulgatio:* ZENO 1, 7, 4 ut . . . in publicum tota diffusa sit *impatientia,* -bus vigeat. AVG. civ. 3, 31 Christianae religionis receptionem et -em. serm. 336, 3 *Christi* praedicatione et per apostolorum constantiam -e. in psalm. 67, 1. FACVND. defens. 8, 2 p. 713ᴮ ut ex mala -e venerabilium nominum . . . puerilem gloriam captaret.

*****diffāmo**, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* fama, *cf.* infamare. *Th.*]. diffim-: ITALA Matth. 9, 31 cod. g¹. NON. p. 274 concelebrare -are. p. 284 differre: -are, divulgare. SCHOL. Ter. p. 122, 15 traducere est publicare sive -are. GLOSS. διαφημίζω. ἐπιφημίζω. -atur publicatur, detegitur. *legitur inde ab* OV. *cf. etiam* defamo.

1 *de mala fama i. q. infamare aliquem vel aliquid, calumniari* (*accedunt abl. instr.,* de, in *c. acc.,* contra, *enuntiata* quasi, quia, *inf.*): OV. met. 4, 236 vulgat adulterium -atumque parenti indicat. TAC. ann. 1, 72 Severi libidine, qua viros feminasque illustres procacibus scriptis -verat. 14, 22 prava. 15, 49 probroso carmine. APVL. met. 1, 12 me probris. ITALA Iob 31, 30 (Aug. in Iob p. 579, 12) opprobrio sim in meo populo -atus (κακούμενος, VVLG. *aliter*). Luc. 16, 1 (codd. *et* VVLG.) hic -atus est (διεβλήθη; cod. ff² diffatus, i delatus) apud illum (ei cod. d), quasi dissipasset bona ipsius. act. 21, 21 (codd. d g. *cf.* HIER. in Gal. 1, 10 p. 385) -verunt autem de te, quia (tamquam *g*) abscensionem (discidium *g*) doceas a Moyse (κατηχήθησαν *vel* κατήχησαν, VVLG. audierunt). VVLG. sap. 2, 12 -at in nos peccata disciplinae nostrae (*ibid.* improperare). RVFIN. hist. 5, 1, 15 quae cum de nobis -ata fuissent in vulgus. CASSIOD. hist. 4, 24 quae contra absentes -verant atque conscripserant. *nota c. inf.:* PORPH. Hor. epist. 1, 19, 28 *Sappho* tribas -atur fuisse. *cf.* PS. CYPR. singul. cler. 29 de (*i. propter*) suo consortio filias ecclesiae fornicarias -ari.

2 *generatim i. q. divulgare, publicare; etiam de bona fama i. q. celebrare, laudare aliquem vel aliquid:* APVL. met. 4, 32 quarum temperatam formonsitatem nulli -arant populi. ITALA Matth. 9, 31 (codd. [*de* g¹ *v. l. 14*] Rufin. Orig. in Ios. 7, 5 *et* VVLG.) -verunt eum in tota terra illa (διεφήμισαν, in totam terram illam codd. a c g¹ h). 28, 15 (cod. e) -atus est sermo iste apud Iudaeos usque in hodiernum (διεφημίσθη, VVLG. divulgatum est verbum istud. ITALA Marc. 1, 45 [codd. e l *et* VVLG.]. VVLG. I Thess. 1, 8 [ἐξήχηται]). Marc. 14, 9 (cod k) quod fecit ista, -bitur im (*sic*) memoriam illius (λαληθήσεται, VVLG. narrabitur). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 11 nota portenta: quae sunt in XII Herculis laboribus -ata. IVL. VAL. 3, 26 promissum ex arbore responsum -atumque. DON. Ter. Ad. 346 ZENO 1, 1, 2. 2, 16. 25 VVLG. deut. 22, 19 -vit nomen pessimum super virginem (*cf.* RVFIN. hist. 4, 18, 7 criminosa quaedam adversum nos). III Esdr. 4, 12 rex, qui sic -atur (*i. clarus est*). AVG. civ. 2, 21 -ata et praevalescente religione Christiana. 3, 10 tam grandi gloria -ari (22, 8 c. Faust. 32, 19). 3, 15. 18, 16 *syn.* vulgatum. 19, 23 legem... non obscuram et incognitam, sed omnibus iam gentibus -atam (c. Faust. 22, 2 in gentibus. gen. ad litt. 8, 7 p. 241, 2 omnibus fere gentibus). 22, 5. 8. c. Cresc. 3, 45, 49 causam. c. Faust. 12, 14 per euangelium -atus *Christus* [= ISID. in gen. 7, 5]. soliloq. 2, 11, 20. conf. 4, 14, 22 sicut venator studiis popularibus -atus (*i. nobilis*). enchir. 80 *opp.* occultare, *syn.* praedicare. epist. 71, 6. 222, 2 episcopus . . . in doctrina catholicae fidei laudabiliter -atus (FACVND. defens. 1, 6 p. 558ᴬ. 4, 2 p. 618ᶜ. *cf. l. 62*). THEOD. PRISC. eup. faen. 52 Musae trociscus omnibus -atus (loq. 71 trocisci approbatione -ati). log. 68 medici... suam peritiam vel diligentiam -antes (*i. iactantes*). LEO M. serm. 34, 2. VICT. VIT. prol. 2 gloriam . . . longe lateque gestiebant laudabiliter -ari (*cf. l. 58*). GREG. TVR. Mart. 4, 26. GREG. M. moral. 20, 22 ad aures hominum. *nota acc. c. inf.:* APVL. met. 4, 10 -at incendio repentino domum suam possideri.

part. perf. pass. pro adi. **diffāmātus**, -a, -um. *i. q. nobilis, celeber:* AVG. civ. 15, 9 illud nobile -umque diluvium. 17, 8 templum illud excellentissime -um. epist. 87, 5 episcopum vestrum famosissimum et pessime -um. 102, 14 sublimi et sublimiter -ae divinae cedere auctoritati. persev. 19, 48 Cyprianum et Ambrosium usque quaque -os viros.

deriv.: diffamatio.

diffarreātio, -ōnis *f.* [*cf. c.* dis- *et c.* confarreatio. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 74 -o genus erat sacrificii, quo inter virum et mulierem fiebat dissolutio. dicta -o, quia fiebat farreo libo adhibito. GLOSS. dissolutio inter virum et feminam. CORP. X 6662 (*Antii*) sacerdoti confarreationum et -um. *L.*

diffēnsio (VIRG. gramm. epist. 2 p. 125, 3) *v.* defensio.

diffēnsus (FEST. p. 273) *v. sub* diffindo.

differēns, differenter *v. p. 1081, 68. 1082, 21.*

*****differentia**, -ae *f.* [*a* differens, differre. *Th.*]. *de scriptura:* deferentia: VIRG. gramm. epist. 1 p. 112. *genet. plur.:* DIG. tit. libr. 31, 4 p. LV* 44 Μοδεστίνου... differention βιβλία ἐννέα. DOSITH. gramm. VII 393, 12 -a inventa est... ἡ διαφορὰ ηὑρέθη. GLOSS. διαφορά. distantia (*an partic.?*) est species diffinitionis (*v. III A*).

legitur inde a Cic., *non habent poëtae* (*v.* differitas); *inter historicos primus habet* Vell., *frequentant* Plin. nat. (158ies), *saepe etiam* Qvint. inst. Dig. Tert. Avg.; *passim legitur in* Boeth. *scriptis ad Aristotelicam disciplinam pertinentibus* (*v. p. 1068,60*). [*loci corrupti:* Plin. nat. 21,23 Physiogn. 133. *conicitur:* Tert. adv. Marc. 5,19 p. 646,18 *pro* indiff. Vindic. med. 18.]

I *i. q.* ***diversitas**, discrimen*: Serv. Aen. 10,393 'discrimina' -as (auct. Aen. 10, 529). *syn.*: discrepantia, discretio, discrimen, dissimilitudo, distantia, distinctio, diversitas, varietas; *opp.*: communio, similitudo, societas. *loci usum illustrantes: plerumque strictiore sensu de distinguendis iis, quae quandam generis vel notionis societatem habent, velut*: Cic. off. 1,94 honesti et decori. Plin. nat. 18,210 terrarum globi. Tert. adv. Marc. 2,16 p. 357,1 animi divini et humani. Avg. c. Adim. 4,17 p. 166,28 haec est brevissima atque apertissima -a duorum testamentorum, timor et amor. anim. 24 magnae ac multae -ae corporum . . . num ergo et oblivionum -ae aestimabuntur? (*sc. apud Platonem*). *de verborum significatione*: Avg. civ. 4,10 p. 158 in gremium telluris aut terrae, quia et hic aliquas -as volunt esse. *cf. p. 1068,81. de numeris*: Boeth. arithm. 1,10 inter xiiii et xviii quaternarius -am facit. 2,40 p. 137,13 -a vero est inter numeros quantitas. *de distinctione divinarum personarum*: Tert. adv. Marc. 3,20 p. 412,25 duorum Christorum. 4,35 p. 540,8 deorum. 5,19 p. 643,15 dei visibilis et invisibilis. Hil. syn. 54 cum *filius* in eo, quod alium paracletum mittendum a patre sit precaturus, -am missi rogantisque significet. *de diversitate effectus*: Plin. nat. 34,131 eximia vis est eius (*sc. spodi*), quae vino lavatur. est aliqua et in genere vini -a. 34,144 fornacium magna -a est. *laxiore sensu: de ratione diversitatis*: Plin. nat. 18,124 -ae plures, magnitudine, colore, figura, sapore (*al. sens. pluralis v. sub II*). 36,128 -a prima *magnetis*, mas sit an femina, proxima in colore. *de facultate discernendi*: Plin. nat. 36,45 fuit tamen inter lapidem atque marmor -a iam et apud Homerum. Cassian. c. Nest. 3,15,2 elegantiam iudicii tui ac -am non habebat. *de ipsa discernendi actione*: Schem. dian. 33 διαφόρησις -a personarum. Avg. civ. 10,2 'non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine . . .' in qua -a . . . ostenditur *eqs. de obligatione vel consuetudine discriminis observandi*: Plin. nat. 33,41 fuit et alia Claudii principatu -a. Leo M. serm. 54,1 quidquid in hostiarum -is . . . variatum est. *sim. i. q. diversa tractandi ratio*: Amm. 15,3,2 sine innocentium sontiumque -a. Cod. Iust. 4,28,7,1 nulla -a introducenda, ob quam causam *eqs. raro dicitur de re singulari velut*: Cic. top. 31 *v. infra l. 75.* Rvfin. Greg. Naz. orat. 7,2 p. 217,24 Engelbr. *v. infra l. 77. pluralis eandem quam sing. vim habet*: Hier. epist. 58,4,2 -as in locis arbitror, si . . . frequentia urbium derelicta in agello habites.

structurae: accedit ***genetivus***: 1 *de rebus ipsis quae inter se differunt, ex. gr.*: Cic. fin. 3,31 *philosophi* nullam rerum -am esse dixerunt (3,50. Tert. adv. Marc. 4,1 p. 425,16 quid -am rerum ad distantiam interpretaris potestatum?). 4,28 exponens -as animantium. off. 1,112 naturarum. top. 17,65 *causarum*. Vell. 1,5,3 ut hominum, ita saeculorum notatur -a. Sen. dial. 6,21,3 nulla erit illa brevissimi longissimique aevi -a. nat. 1,9,10 omnium. *al.* Colvm. 7,5,1 morborum et remediorum. Scrib. Larg. praef. p. 6,11 propter -am scilicet corporum (*cf.* 271 *p. 1064,23*). Plin. nat. 1,9,36 rhomborum et passerum. 16,152 albae nigraeque hederae. *al.* Qvint. inst. 1 pr. 16 verborum proprietas ac -a. 7,1,22 haec iuris quaestionum -a est. 9,1,4 utriusque rei (*cf.* 6,2,20). 9,4,146 quae sit -a nostri Graecique sermonis. *al.* Frontin. aq. 26. Exc. Bob. gramm. I 534,22 -a ablativi et septimi casus (*cf.* Scavr. gramm. VII 28,1). Venvl. dig. 43,27,1,9 duorum capitum interdicti. *al.* Dig. Gaivs inst. 2,172 cretionum. 2,205 est et illa -a huius ⟨et⟩ per vindicationem legati, quod *eqs.* Apvl. Plat. 2,1 bonorum. Tert. adv. Marc. 2,16 p. 357,1 animi divini et humani. 4,25 p. 508,9 pro -a . . . mercedum operarum quoque credenda distantia est. pudic. 2 *cf. p. 1067, 50.* Non. p. 421 de -a similium significationum. Don. Ter. Ad. 76 *cf. p. 1067, 12.* Itala sap. 7,20 (Priscill. tract. 1,10) *ut sciam* -as (διαφοράς) arborum (Vvlg. virgultorum) et virtutes radicum. Iob 37,16 (Aug. in Iob p. 869,59) scit -am (διάκρισιν) nubium (Vvlg. numquid nosti semitas nubium . . .?). Amm. 30,8,8 honesti pravique. Avg. civ. 9,2 de -a . . . non deorum inter se . . . nec de -a deorum et daemonum . . . sed de -a ipsorum daemonum. Rvfin. Basil. reg. 13 horum . . . qui imperant -a vel diversitas. Sidon. epist. 7,14,9 graduum. Clavd. Mam. anim. p. 68,12 *anima* per gustandi sensum . . . diiudicat saporum -as. *de re singulari ab aliis discernenda*: Cic. top. 31 forma est notio, cuius -a ad caput generis et quasi fontem referri potest. Hil. c. Aux. 8 ut longe maior -a huius significationis existeret. Rvfin. Greg. Naz. orat. 7,2 p. 217,24 Engelbr. bonum pacis per discidii intellegere -am. *cf.* Schol. Cic. Bob. p. 108,4 per -am virorum illustrium, qui apud Athenienses extiterunt, quibus . . . strenuiores dicit Romanos esse debere. *singularis de genere dictus*: Plin. nat. 16,48 laricis circa Idam in Troade et alia -a (*sc. est*), montanae maritimaeque. 19,124 sativi *apii* -ae in folio *eqs.* 2 *indicatur pars ad quam differentia pertinet*: Plin. nat. 16,127 radicum. 21,100 foliorum. 18,69 calami. *in qua re appareat -a indicatur*: Plin. nat. 1,10,54 volatūs et incessūs (*sc. avium*). 9,102 colorum. *al.* (35,183 coloris). 11,281 victūs. 31,61 odoris. *quo pertineat -a*: Plin. nat. 10,73 temporum (*i. in temporibus*) magna -a avibus: perennes . . ., semenstres. 36,21 famae. 36,159 qualitatium. Petron. 84 morum. Qvint. inst. 11,1,42 propositorum et ante actae vitae. Scaev. dig. 46,3,93 pr. atquin magna est huius rei (*i. hac in re*) -a (Marcian. dig. 39,6,38 inter mortis causa donationem et omnia, quae mortis causa quis ceperit, est earum rerum -a). Vlp. dig. 46,3,31 inter artifices longa -a est et ingenii et naturae et doctrinae et institutionis. Ps. Apvl. herm. p. 266 quantitatis et qualitatis. Tert. resurr. 49 p. 101,23 dignitatis. 52 p. 108,15 corpus honoris, non generis in -am redigens (p. 109,4 gloriae, non substantiae). adv. Marc. 3,5 p. 382,4 quia non sit apud divinitatem -a temporis. Hil. in psalm. 1,5 ut -am resurrectionis (*sc. bonorum et peccatorum*) ostenderet. Cael. Avr. acut. 1,3,35 magnitudinis atque proprietatis -am plurima . . . sunt quae designant.

3 *indicatur argumentum diversitatis vel ratio distinctionis* (*simili sensu praepos.* secundum *adhibetur*): Sen. epist. 66,34 *viri boni* habent -as aetatis. Colvm. 8,16,9 litorum . . . et fretorum -as (*sc. in piscibus gignendis*). Plin. nat. 10,76 haec quoque mira naturae -a. 11,95 est quaedam et *cicadis* locorum -a. 18,60 terrae caelique. 24,34 arborum -ā placet terebinthina (*sc. resina*) . . ., nationum Cypria. Scrib. Larg. 271 propter corporum varietatem -amque aetatum, temporum aut locorum. Qvint. decl. 350 p. 378,23 cur . . . non sit -a in (*om. B*) veneno etiam temporis? nihil interest, quid faciat alias: nunc venenum est. Ivlian. dig. 42,1,60 esse aliquam et febrium -am (*i. interesse sitne gravior an levior*). Tert. ieiun. 10 *exitum domini* semper commemorari oportet sine -a horarum (resurr. 25 p. 61,24 temporum). Soran. 13 p. 9,9 *cf. p. 1067, 37.* Cael. Avr. acut. 1,3,40 *cf. p. 1067, 30.* 4 *quo efficiatur -a*: Plin. nat. 33,114 -am artis esse quod *eqs.* 34,144 fornacium magna -a est. Qvint. inst. 11,3,16 (*de vocis qualitate*) eorumne sit -a, in quibus aura . . . concipitur, an eorum, per quae . . . meat. Gell. 13,21,5 *cf. p. 1065, 17.* Avg. civ. 19,1 *sectarum* numerus duplicatur adhibitā una -a, socialis videlicet vitae (*i. quae e sociali vita nascitur*). *nota alterum genet. pendentem a priore*: Colvm. 5,5,18 nec magna est putationis -a cubantis et stantis rectae vineae. Maximin. c. Ambr. p. 17,27 -am esse divinitatis patris et filii, dei ingeniti et dei unigeniti.

genet. subiectivum: Pavl. dig. 49,14,21 neque -am admittendam esse existimo interesse putantium *eqs.* (*i. quam statuunt qui putant interesse*).

iuncturae: A ***nominativus***: 1 *verba intransitiva*: esse (*saepe deest copula*): *absolute i. q. existere*: Plin. nat. 33,41 fuit et alia Claudii principatu -a. Gaivs inst. 2,284 erant etiam aliae -ae, quae nunc non sunt. Ps. Apvl. herm. p. 266 Don. Ter. Andr. 47. Ad. 76 'interest' -a est. Vvlg. sap. 18,2 ut esset -a, donum petebam (*male versum ex* τοῦ διενεχθῆναι χάριν ἐδέοντο). Avg. civ. 4,10 p. 158 in gremium telluris aut terrae; quia et hic aliquas -as volunt esse. *accedit ratio discernendi*: differentia haec (est): Plin. nat. 18,297 (*seq. descriptio*). Avg. c. Adim. 4,17 p. 166,28 haec est brevissima et apertissima -a duorum testamentorum, timor et amor. *praedicative positum subst.*: Plin. nat. 16,165 *donax* non nisi in aquaticis natus, quoniam et haec -a est. *seq.* quod *saepe, ex. gr.*: Plin. nat. 12,130. 18,62 est et alia -a, quod. 21,94 est et illa -a, quod. Vlp. dig. 9,4,5,1 Mart. Cap. 4,396. quoniam: Plin. nat. 36,178. quippe dum: Hermog. dig. 26,7,48. ut: Qvint. decl. 345 p. 362,14 hanc esse inter duos -am, ut quidquid ille voluit, hic fecerit. Mar. Victorin. gramm. VI 128,14 esse inter eos *versus* hanc -am, ut *eqs.* Hier. epist. 18b, 5 (21), 2. Cod. Iust. 5,70,6 pr. in hoc ipso multa est -a, ut quibusdam . . ., aliis. *interrog. indirecta* (*cf. p. 1079, 8*): Plin. nat. 36,128 -a prima, mas sit an femina, *magnes*, proxima in colore. Vlp. dig. 16,1,8,2 aliquam esse -am, utrum . . ., an vero . . . . 26,8,2 nulla -a est, non interveniat auctoritas tutoris an perperam adhibeatur. Ennod. opusc. 2,121 p. 65,21. *cf.* Cod. Iust. 4,28,7,1 nullā -ā introducendā, ob quam causam *eqs. enunt. condicionale*: Pavl. dig. 27,1,31,2 illa quoque erit -a tutelarum . . ., si *eqs.* Cod. Iust. 2,55,4,6 qualis . . . -a est, si . . . vel . . .? 4,30,16 sive . . . sive. *saepius. infinitivus*: Vvlg. I Macc. 3,18 non est -a in conspectu dei caeli, liberare in multis, et in paucis (οὐκ ἔστι διαφορὰ . . . σώζειν ἐν πολλοῖς ἢ ἐν ὀλίγοις). *nota seq. acc. c. inf., ubi dicendi vel sentiendi notio in contextu latet*: Plin. nat. 19,135 mira -a . . . candidis *betis* alvum elici, nigris inhiberi. 21,40 illa quoque non omittenda est *seq. acc. c. inf. accedit* unde: Avg. civ. 11,5 p. 468 nec fuisset aliqua -a, unde tempus tempori eligendo praeponeretur. *dat.*: Plin. nat. 10,73 temporum magna -a avibus. 16,47 alia . . . generibus ipsis in sexu -a. 18,78 *al.* Cod. Iust. 4,32,28 pr. *ablat.*: Plin. nat. 15,100 *v. p. 1065, 21.* 18,124 -ae plures, magnitudine, colore, figura, sapore. 24,127 Indici *Lycii* -a glaebis extrinsecus nigris, intus rufis. *accedunt praepositiones*: ab: Plin. nat. 18,279 magnae -ae a prioribus, aliis . . ., aliis . . ., aliis . . . appellantibus. 21,25 -a a liliis et haec, quod *eqs.* 36,55 -a eorum est ab ophite, cum sit *eqs.* -a fit ab *v. p. 1065, 49.* apud: Plin. nat. 17,53 apud priscos. 37,142 aliae apud Magos -ae sunt (*i. esse putantur*) in *achatis*. Qvint. inst. 5,10,1 apud

Graecos est aliqua horum nominum -a, etiamsi vis eodem fere tendit. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1,49 p. 39,18 Engelbr. *alio sensu v. infra l. 23.* contra: PLIN. nat. 32, 30 -a tantum contra genera est mixturae (*i. in generibus*). cum (*cf. p. 1080, 67*): PRISC. gramm. II 19,11 est aliqua in pronuntiatione *f* litterae -a cum sono ph (*cf.* COD. Iust. 5, 4, 23, 1ᵇ neque -am aliquam eas [*sc. mulieres*] habere cum his, quae nihil simile peccaverunt). in *c. abl.*: *de rebus quarum diversitas notatur*: CIC. ac. 2,111 quaedam in visis. fin. 5,19 ut, quanta -a est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorumque dissimilitudo. SEN. epist. 100, 1. PLIN. nat. 7, 52 plures in homine quam in ceteris omnibus animalibus -ae. *al.* QVINT. inst. 3, 7, 25 eadem (*sc. quae in nationibus*) in singulis (*sc. hominibus*) -a. 3, 8, 7 *al.* *de ratione diversitatis*: COLVM. 4,24,3 orientis atque occidentis haud sane magna est in putatione -a. PLIN. nat. 14, 117 in gustatu. 19, 112 in tempore. *al.* QVINT. inst. 3, 6, 47 est . . . multa in nominibus -a (*cf.* RVFIN. Adamant. 2, 22 *p. 1066, 8*). GELL. 13,21,5 tanta...iuncturae -a est in consonantia vocum proximarum. *nota bina adiectiva per disiunctionem intellegenda*: PLIN. nat. 15, 88 sola -a generum in putamine duro fragilive *eqs. al.* PAVL. dig. 5, 3, 38 potest in eo -a esse, ut. inter: PLIN. nat. 15,100 acinorum quoque magna est -a, primum inter uvas ipsas callo *eqs.* 16, 16 inter se quoque generum singulorum -ae *sunt.* 17, 122. QVINT. decl. 328 p. 291,10 inter liberos haec una -a est apud animum patris, quod *eqs.* 345 p. 362, 13 hanc esse inter duos -am, ut *eqs. al.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 128,14. *cf. p. 1064, 58.* VLP. dig. 46, 3, 31 inter artifices. HERMOG. dig. 26,7,48 inter bonorum ventrisque curatorem et inter curatorem furiosi. *saepe* DIG. GAIVS inst. 2,18 inter mancipi res et nec mancipi. 4,66. SCHOL. Hor. ars 236 ('*tragico differre colori*') id est non sic volo esse -am inter satyricum et tragicum, ut in moribus nulla sit -a. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 49 p. 39,18 Engelbr. inter docere et doceri nulla erit -a, nulla discretio? *al. nota*: INST. Iust. 2,1,40 inter quae (*sc. praedia*) nec non Italica praedia...nulla -a est. -am adhibere, facere, habere, intellegere, observare, scindere inter *v. sub his verbis.* iuxta: FAV. EVL. p. 15, 10 est autem sonorum plurima -a iuxta cordarum intentionem. pro: TERT. anim. 24 magnae . . . ac multae -ae corporum pro gentilitate, pro magnitudine *eqs.* sub: TERT. adv. Marc. 2,16 p. 357, 1 erit et animi divini et humani -a sub eisdem licet vocabulis sensuum. *nota iuncturas attributivas*: ad: PLIN. nat. 1, 2, 80 -a gentium ad rationem mundi. PRISC. gramm. II 3,10 quid sit dictio, quae eius -a ad syllabam. adversus: TAC. dial. 33 -am nostrae desidiae et inscientiae adversus ... eorum studia demonstrasti. in *c. abl.*: TERT. anim. 55 agnosce...-am ethnici et fidelis in morte. inter: FEST. p. 278 inter sacrum autem et sanctum et religiosum -as bellissime refert. AVG. civ. 9, 2 de deorum inter se -a. per: PLIN. nat. 1, 16, 53 -ae arborum per corpora et ramos. *cf.* 1, 21, 60. 1, 30, 28. secundum: BOETH. mus. 5, 4 p. 355, 22.

alia: PLIN. nat. 16,105 tanta -a ab eodem genere fit sexu (*cf.* 16, 111). 32, 18 -am pabulo constare non est dubium. QVINT. inst. 7, 10, 4 recepta est a doctissimis haec -a et apud plurimos ac prudentissimos durat. TERT. nat. 1,12 quodsi de hoc -a intercedit. HIL. c. Aux. 8 ut longe maior -a...existeret. BOETH. mus. 5,4 p. 355, 22 sonorum -as . . . in qualitate consistere. *absolute in exclamatione*: TERT. adv. Val. 37 p. 211, 9 o -a!

2 *verba transitiva*: PLIN. nat. 18,162 soli -a admonet... discribere. 35, 29 -ā colorum alterna vice sese excitante. TERT. orat. 6,22 distinguere . . ., ubi . . . -a postulat. AVG. civ. 19, 2.

B *genetivus*: TAC. dial. 15 ut causas huius infinitae -ae scrutetur ac reddat. AFRIC. dig. 13, 4, 8 -ae . . . argumentum esse . . ., quod *eqs.* VLP. dig. 49, 1, 13, 1 ratio (GAIVS inst. 1, 123 TERT. resurr. 5 p. 32, 9 ieiun. 14). GELL. 1, 3, 29 discriminumque ac -arum tenuitates. TERT. adv. Marc. 3, 15 p. 401 status. PS. HIL. libell. 1 certam esse formam . . . -ae inter Iudaeos et Graecos. COD. Iust. 6, 28, 4, 1 sub obtentu -ae introductum vitium. *pendet ab adiectivo*: MAXIMIN. c. Ambr. 51, 12 apostolus . . . -ae memor. *a* causā: PRISC. gramm. II 372, 11 -ae . . . causa multa solent vel taceri vel contra regulam proferri. CASSIOD. gramm. VII 201,27 heri adverbium temporis -ae causa *habet aspirationem eqs.*

C *dativus*: TERT. adv. Prax. 14 p. 251, 5 scripturam -ae patrocinari per visibilis et invisibilis distinctionem.

D *accusativus*: 1 *de iis qui discernunt*: *de perceptione, cognitione sim.*: agnoscere: TERT. anim. 55. animadvertere: QVINT. decl. 309 p. 217, 8 in lege nullam animadverto -am. CLAVD. MAM. anim. p. 17,5 animadvertamus non locorum distantiam, sed -am meritorum. cernere: MAXIMIN. c. Ambr. 54,35 ut evidens ac manifesta in personis -a cernatur. deprehendere: PLIN. nat. 31, 42 comparatione -a supra dicta deprehenditur. diiudicare: CLAVD. MAM. anim. p. 68, 12. dinoscere: FRONTIN. aq. 26. intellegere: PLIN. nat. 27, 62 SCAEV. dig. 33, 2, 38 TERT. orat. 22 COD. Iust. 11, 48, 21, 1. invenire: COLVM. 7, 5, 1 paucae parvaeque . . . -ae possunt inveniri. PLIN. nat. 8, 64. 37, 103 QVINT. inst. 5, 2, 5 DOSITH. gramm. VII 393, 12 (ἡ διαφορά). novisse: COLVM. 8, 16, 9 litorum . . . et fretorum -as nosse oportet. PALLAD. 25 p. 311ᶜ divinam gratiam meruit . . . ut et bonorum ac malorum spirituum -as nosset (κατηξιώθη . . . διακρίσεως πνευμάτων). scire: ITALA sap. 7, 20 (VVLG.). *cf. p. 1063, 66.* Iob 37, 16 *cf. p. 1063, 68.* *de declarando, affirmando, exponendo, constituendo*: aestimare: TERT. anim. 24 num ergo et oblivionum -ae aestimabuntur? constituere: TERT. adv. Prax. 13 p. 249, 9 -a constitueretur inter cultores unius et plurimae divinitatis. castit. 7 -am inter ordinem et plebem constituit ecclesiae auctoritas. dare: RVFIN. Adamant. 2, 22 Megethius, qui tria principia definierat . . ., nihil aliud quam in nominibus -am dedit. BOETH. herm. pr. 1, 2 p. 49, 2. *alio sensu infra l. 54.* declarare: TERT. anim. 11. demonstrare: PLIN. nat. 14,127 TAC. dial. 33. *cf. p. 1065, 42.* dicere: PLIN. nat. 19, 186. disserere: PS. HIL. libell. 1. distinguere: HIL. in psalm. 1, 5. explicare: CIC. fin. 3, 31. exponere: CIC. fin. 4, 28 -as animantium. PLIN. nat. 23, 31 vini genera -asque. facere (*alio senso infra l. 55*): PLIN. nat. 37, 51 *Callistratus* -am novam fecit. LACT. epit. 33 (38), 8 qui . . . nullam facit -am delictorum. CHALC. comm. 56 opinionum et scientiae. AVG. civ. 20, 6 bonorum et malorum. *accedit* inter: VLP. dig. 9, 4, 2, 1 Celsus tamen -am facit inter legem *illam* et legem *illam*. CLAVD. MAM. anim. p. 148, 21 propheta inter caelum et caelum caeli tantam -am fecit, quanta ferme est inter hoc caelum et terram. ISID. diff. 1, 299. habere, *i. q.* *statuere, facere* (*alio sensu l. 61. p. 1068, 21*): MOD. dig. 48, 1, 2 non habitā -ā. SEVERIN. doctr. p. 128 -am habe inter bonum et malum. inducere: COD. Iust. 7, 7, 1ᵇ *saepius.* introducere: COD. Iust. 4, 39, 9 *al.* ostendere: HIL. in psalm. 1, 5 *cf. p. 1064, 15.* persequi: PLIN. nat. 13, 40 vinorum -as (-a *M, sc. fit*). ponere: PLIN. nat. 24, 143. reddere: SEN. nat. 1, 9, 10. referre *i. q. enumerare*: FEST. p. 278. *alio sensu infra l. 43.* scindere: TERT. adv. Marc. 4, 6 p. 433, 3 inter hos magnam et omnem -am scindit. 5, 19 p. 643, 15 ne quam...-am scindat dei visibilis et invisibilis. signare: QVINT. inst. 6, 2, 20 ut proxime utriusque (ἤθους *et* πάθους) -am signem. 9, 1, 4. *varia*: addere: AVG. civ. 19, 1 addita -a ex Academicis novis. *saepius. opp.* removere. adhibere: AVG. civ. 9, 1 *saepius.* adicere: SCHOL. Cic. Bob. p. 127 hinc istis civitatibus adicit -am, quod Atinates..., Tusculani.... admittere: PAVL. dig. 49, 14, 21. afferre: PLIN. nat. 34, 96 quantum ea res -ae afferat. custodire: QVINT. inst. 11, 1, 39. expellere: COD. Iust. 4, 27, 3 pr. explodere *i. q. extinguere*: COD. Iust. 7, 15, 1, 3 explosā antiquā personarum -ā. *al.* interpretari: TERT. adv. Marc. 4, 1 p. 425, 17 quid -am rerum ad distantiam interpretaris potestatum? observare: COD. Iust. 7, 71, 8, 6 nulla ... -a inter ... observanda. 4, 31, 14 pr. nullā -ā in rem (*sc. actionibus*) vel personalibus actionibus inter se observandā. recipere: QVINT. inst. 7, 4 recepta est a doctissimis haec -a. *alio sensu infra l. 73.* referre: CIC. top. 7, 31 forma est notio, cuius -a ad caput generis et quasi fontem referri (*i. reduci*) potest. removere: AVG. civ. 19, 1 *saepius* (*opp.* addere). servare: COLVM. 3, 21, 9 has -as servat pro situ et positione locorum. QVINT. inst. 1, 7, 4 AMM. 16, 12, 41. (sibi) subicere: QVINT. inst. 11, 3, 150. suggerere (*i. q. commemorari*): INST. Iust. 2, 23, 7 omnibus nobis suggestis tam similitudinibus quam -is. tenere: MAR. VICTORIN. rhet. 197, 2 hanc -am teneamus, quod *eqs.* MAXIMIN. c. Ambr. 130. tollere: CIC. ac. 2, 111. TERT. anim. 12. COD. Iust. 4, 34, 12 e medio. 2 *de iis quae discernuntur vel ad -am pertinent*: augere: PLIN. nat. 16, 211 in omnibus silvestria et mascula -am (-a *codd.*) cuiusque generis augent. dare: PLIN. nat. 10, 43 illarum generi cantus oris, his magnitudo -am dedit. facere (*de causis diversitatis*): PLIN. nat. 16, 166 -as faciunt et folia. 16, 245 odor virusque. 19, 54 opes -am facere in cibo etiam uno asse venali. 31, 90 salinarum sinceritas summam fecit suam -am quadam (quandam *pars codd.*) favilla (favillam *codd.*) salis, quae levissima ex eo est et candidissima. QVINT. inst. 12, 10, 17 orationis -am fecisse et dicentium et audientium naturae videntur. AVG. quaest. hept. 3, 8. habere: PAVL. FEST. p. 129 hae *manubiae* propriam -am habeant. CELS. 7, 6 cum omnia ista mediocres -as habeant. SEN. nat. 7, 5, 5 *cometas* hanc habentes -am, quod *eqs.* epist. 66, 34 *viri boni* habent -as aetatis. 94, 35. PLIN. nat. 16, 21 pediculi brevitas proceritasque -am habet. QVINT. inst. 5, 10, 25 civitatium leges, instituta, opiniones habent -am. PRISC. gramm. II 403, 14 'lego legas' et 'lego legis'... etiam in prima persona habent -as temporum. VVLG. Sirach prol. et ipsa lex et prophetae . . . non parvam habent -am (οὐ μικρὰν ἔχει τὴν διαφοράν). *accedit* ab: ENNOD. opusc. 2, 20 ut . . . nec apud vos habeant a veritate -am odia. cum: COD. Iust. 5, 4, 23, 1ᵇ *cf. p. 1065, 6.* inter: CET. FAV. p. 297, 6 genera arborum has inter se vires et -as habent. praestare: PLIN. nat. 4, 39 tantam -am sortis praestitere duo homines. recipere: PLIN. nat. 14, 13 tot -as vel sola . . . Italia recipit. HIL. syn. 33 nec recipit -am confessa in utroque (*sc. patre et filio*) sine diversitate dominatio. *antec. syn.* dissimilitudo. sentire: COLVM. 3, 5, 2 *semina* non magnam sentiunt diversitatem, cum ex mediocri materia in exilem translata sunt. PLIN. nat. 2, 80 luna ingruentium solis radiorum...-as (-am *M*) sentit (*cf. sub II*). 31, 13 homines. significare: PAVL. FEST. p. 13 'at' -am rerum significat.

E *ablativus*: PLIN. nat. 13, 21 *signare.* 19, 80 genera raphani Graeci fecere tria foliorum -ā. 24, 34 arborum -ā placet terebinthina (*sc. resina*), nationum Cypria *eqs.* 28, 119 *dinoscere.* 31, 52 neque aequalis amnium . . . gustus est magna alvei -a. 34, 125 quidam du-

plici -a fossile aut facticium appellant *chalcanthum*. Ps. QVINT. decl. 10, 1 occupare quendam maerentium principatum -ā calamitatis. TERT. adv. Val. 29 ex posteritate (*i. subole*) ipsius Adae, moralibus quoque iis tripertitā, Cain et Abel et Seth. AVG. civ. 8, 14 homines ... infra deos et daemones constituti sunt ... -ā meritorum. 14, 13 qua -*a* civitas ... utraque discernitur (PRAEDEST. 1, 53 p. 606^B). 15, 10 p. 76 de -a, qua ... videntur annorum numeri dissonare. quant. anim. 14, 24 *corporea magnitudo* tribus illis -is (*sc. longitudine, latitudine, altitudine*) consummatur. PHOEBAD. c. Arrian. 2 maior pater filio dicitur, non tamen eā -ā, qua filio pater maior est, sed *eqs.*

F *praepositiones*: ab: DON. Ter. Ad. 76 'hoc pater ac dominus' a -a personarum et officiorum. *cf. p. 1068, 73.* ad: TERT. resurr. 45 p. 93, 9 ad ... -am pertinere. adv. Marc. 4, 35 p. 540, 8 non ... numerus faciet (*absol.*) ad -am deorum. anim. 18 ad -am sensualium et intellectualium non aliud admittimus quam rerum diversitates. AVG. civ. 5, 6 ad ... corporum -as afflatus quosdam valere. 19, 8 attinet. causa: *v. p. 1065, 65.* cum: CLAVD. MAM. anim. p. 146, 18 quia cum -a dignitatum sit distantia locorum. de: SVET. Aug. 40, 4 cum et de numero et de condicione ac -a eorum qui manumitterentur curiose cavisset. CHAR. gramm. I 173, 16 quaedam de -a ... collegimus. ROMAN. Char. gramm. I 205, 16 qui de -is scripserunt *etc. inscriptiones librorum v. p. 1068, 79.* ex: QVINT. inst. 12, 10, 70 *orator* multa ex -a personarum, locorum temporumque mutabit. AVG. civ. 19, 1 p. 349 ex hac ... -a duplicantur *sectae*. COD. Iust. 2, 52, 7 ex -a ... locorum induci discrimen. *cf. p. 1068, 73.* in *c. acc.*: TERT. resurr. 52 p. 108, 15. *cf. p. 1063, 48.* in *c. abl.*: QVINT. inst. 11, 3, 152 *observatio* est in -a partium (*sc. orationis*) *eqs.* AVG. civ. 10, 2 in qua -a ... ostenditur. 19, 1 in illa ... -a ... quaeritur. iuxta *i. q. secundum*: HIER. in Is. 11, 1. 2 p. 157 non quod diversus sit *spiritus* iuxta -am nominum, sed unus atque idem. CAEL. AVR. acut. 1, 3, 40 iuxta aetatis -am gravius affici dicunt iuvenes ceteris aetatibus; iuxta sexum *eqs.* per: RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 2 p. 217, 24 Engelbr. *cf. p. 1063, 77.* AVG. c. Faust. 20, 10 quamquam per multas -as aliter atque aliter quaeque res ad discernendum dividi soleat *eqs.* ... per hanc -am (*sc. volatilium et quae volare non possunt*) quadrupeda hominibus sunt similiora quam avibus *eqs.* (SIDON. epist. 9, 8, 2 per actionum -am, non tamen per locorum distantiam dividemur). SORAN. 13 p. 9, 9 non ... aequabiliter, sed per -am aetatis et naturae. COD. Iust. 6, 58, 13, 3 ut *tractatus* non per -am personarum vel rerum vacillare noscatur. pro: COLVM. arb. 21, 1 ficorum genera ... dispari loco pro -a agri seruntur (5, 10, 10). PLIN. nat. 16, 19 *folia* pro -a generum breviora vel longiora. Ps. APVL. herm. p. 277. TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 508, 9 pro -a ... mercedum operarum quoque credenda distantia est. AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 18 pro -a sententiarum. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 121 ut pro -a his lucidus, illis obscurus (*sc. aër*) sit adhibendus (chron. 4, 1, 2). 3, 17, 173 *mutare*. propter: SCRIB. LARG. praef. p. 6, 11 non omnes *compositiones* omnibus conveniunt propter -am scilicet corporum (271). PETRON. 84. AVG. civ. 13, 24 nonnulli ... Latini propter -am hoc vocabulum non spiritum, sed flatum appellare maluerunt. secundum: TERT. pudic. 2 secundum hanc -am delictorum paenitentiae quoque condicio discriminatur. VINDIC. med. 18. 19. sine: PLIN. nat. 6, 164 Agrippa *sinum Arabicum* [XVII] XXXII *p. taxavit* sine -a laterum. PROB. app. gramm. IV 202, 5 inter animam et animum hoc interest, quod anima sine -a esse intellegitur, animus vero varius et mutabilis esse cognoscitur (ISID. diff. 1, 54). PAPIN. dig. 49, 17, 15, 3 sine -a causarum quod (*i. nulla nascente -a ex eo quod*) *eqs.* TERT. resurr. 25 p. 62, 1 *al.* SOL. 15, 3 *Agathyrsi* caerulo picti ... nec hoc sine -a: nam quanto quis anteit, tanto propensiore nota tinguitur. DON. Ter. Andr. 175 sine -a est importuna lenitas. AMM. 15, 3, 2 sine innocentium sontiumque -a. 30, 8, 8 sine honesti pravique -a. SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 8 ab exemplo iudicando non sine -a tamen personarum.

adiectiva notabiliora: *de numero*: PLIN. nat. 11, 141 numerosae varietates ac -ae (15, 18. 34, 142). PLIN. nat. 18, 124 -ae plures. *cf. p. 1064, 78.* PLIN. nat. 34, 125 duplici -ā. 15, 85 quadruplex. 2, 215 multiplex. QVINT. inst. 9, 45 quod ... habet ... non simplicem -am. *sim.* QVINT. inst. 11, 3, 17 *vocis* -*a* est tripertita, acutae, gravis, flexae (AVG. mus. 2, 5, 7 tripartita). CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 146, 18 ternarium caelorum numerum -amque. ISID. diff. 1, 5 quadripartita. *de magnitudine*: exigua: PLIN. nat. 35, 183. grandis: ENNOD. opusc. 2, 121 p. 65, 21 nec grandis est -a. immensa: PLIN. nat. 24, 143. 36, 21. infinita: TAC. dial. 15. ingens: SEN. nat. 100, 1 QVINT. decl. 332 p. 308, 15. longa: VLP. dig. 46, 3, 31. magna: PLIN. nat. 18, 275 *al.* multa: QVINT. inst. 3, 6, 47. 12, 10, 70. summa: PLIN. nat. 31, 90 *cf. p. 1066, 57.* tanta: PLIN. nat. 37, 200 iam tanta -a est, ut *eqs.* *de ordine*: PLIN. nat. 21, 90 -a prima: silvestris *crocus* et mitior. QVINT. inst. 2, 15, 1 prima atque praecipua opinionum ... -a (*sc. est*), quod *eqs.* *varia (per ordinem litterarum)*: AVG. c. Adim. 4, 17 p. 166, 28 brevissima et apertissima. communis: QVINT. inst. 1 pr. 16 verborum proprietas ac -a omnibus, qui sermonem curae habent, debet esse communis. contraria: IREN. 2, 7, 4 -as ... angelorum contrarias invicem (*cf. p. 1081, 28*) debent ostendere. evidens: AVG. civ. 13, 23 p. 590 evidentissimam -am. MAXIMIN. c. Ambr. 136 evidens ac manifesta. insolens: PLIN. nat. 33, 41. manifesta: PLIN. nat. 18, 275 QVINT. inst. 5, 23. mira: PLIN. nat. 24, 17. nota: PLIN. nat. 18, 48 -a *est* notior, quam ut indicari deceat. nova: PLIN. nat. 37, 51. peculiaris: PLIN. nat. 16, 116. (non) pia: COD. Iust. 6, 58, 14, 1. praecipua: PLIN. nat. 28, 119. publica: PLIN. nat. 16, 88. rationabilis: COD. Iust. 5, 3, 20, 1. similis: QVINT. inst. 12, 10, 7. supervacua: COD. Iust. 2, 52, 7. *nota adi. pro genetivo positum*: PLIN. nat. 2, 215 lunaris (*i. lunae*) -a. TERT. resurr. 45 p. 93, 9 ad moralem, non ad substantialem -am pertinere (adv. Val. 29 p. 204, 22). *ablativus absolutus*: PLIN. nat. 6, 143 nullā -ā. 16, 9 magna ... locorum -a (18, 217. 22, 6 magno intervallo magnaque -a). 35, 183 exiguā coloris -ā. 36, 20 reiectam *a Cois Venerem* Cnidii emere, immensā -ā famae. PLIN. nat. 33, 126 dicunt, quantum auri sit in *vena* ... scripulari -ā. 24, 17 *cedri pix* defuncta corpora ... servat, viventia corrumpit, mirā -a, cum *eqs.* QVINT. inst. 7, 4, 2 hac sola -ā. PLIN. nat. 35, 28 aetatis salvā -ā (AMM. 16, 12, 41. *cf.* 21, 16, 1 bonorum ... vitiorumque eius -ā vere servatā).

II *translate de iis ipsis quae inter se differunt*: *i. q. species differentes*: CIC. top. 31 genus est notio ad plures -as pertinens. SEN. dial. 3, 4, 2 stomachosum, rabiosum *eqs.*, quae omnia irarum -ae sunt. PLIN. nat. 1, 33, 20 -ae aeris et mixturae (*nom.*). 1, 33, 41. 13, 104 -*ae* maxime fructibus fiunt. 23, 29 musta -as habent naturales has ... cura -as innumerabiles facit (35, 192. CASS. FEL. 12 p. 19 tres -as habere verrucae ostenduntur. *cf. p. 1066, 61*). 23, 127 argenti duae -ae. QVINT. inst. 11, 2, 50 *Crassus* quinque Graeci sermonis -as (*i. dialectos*) ... tenuit. CHAR. gramm. I 168, 10 praeteriti tamen -ae sunt quattuor, incohativae sive imperfectae ..., praeteritae ..., oblitteratae ..., recordativae. AMBR. Iac. 2, 9, 39 septem vocum -as oblocutus. RVFIN. Orig. in num. 27, 1 *deus* innumeras creavit ciborum -as pro diversitatibus ... vel humani desiderii vel naturae animalium. AVG. virg. 46, 46 fructificationis. SORAN. 87 p. 31, 12 reliquae ... -ae scilicet substantiae et coloris malum lac ostendunt. MART. CAP. 7, 736 motūs totidem -ae sunt. 9, 975 pedum. 9, 980 dissimilitudinum. *al.* CLAVD. MAM. anim. 1, 18 p. 68, 12 *anima* per gustandi sensum ... diiudicat saporum -as. AVELL. p. 748, 23 gentium. CASS. FEL. 37 et sunt duae passionis -ae. BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 141, 26 earum propositionum ... tres fiunt -ae. ISID. diff. 1, 299 iniquitatis ... tres sunt -ae: suggestionis, delectationis et consensus. *nota promiscuum usum velut*: MART. CAP. 4, 396 quantitatis -a est, quod *eqs.* ... erunt ergo duae -ae in quantitate, quod *eqs.* *i. q. sortes diversae*: HIER. in Nah. 1 p. 544 tres -as quas dominus in parabola sementis (*Matth. 13*) posuit ... videtur mihi propheta replicare. *de successione i. q. status vel gradus*: PLIN. nat. 2, 81 sol ... quattuor -as habet. 18, 221 omnes eae -ae (*sc. anni*) fiunt in octavis partibus signorum. AVG. divers. quaest. 66, 3 quattuor esse -as etiam in uno homine, quibus gradatim peractis in vita aeterna manebitur. *i. q. sententiae divergentes*: AVG. civ. 8, 8 (*seq. syn.* dissensiones). *nota singularem*: PAVL. FEST. p. 121 lingua non solum pars corporis, sed etiam -a sermonum.

III *t. t. dialecticae*: A *pars definitionis, opp.* genus, species (*cf.* CIC. top. 31 *p. 1063, 75*): QVINT. inst. 7, 3, 3 genus est animal, species mortale, -a irrationale (*de equo*). *cf. p. 1082, 15.* GELL. 4, 1, 9 genere proposito et -is appositis (*cf. quae antecedunt*). 4, 1, 10 definitionem ex genere et -a consistere (MAR. VICTORIN. defin. p. 24, 32). Ps. APVL. herm. p. 270 aut ... proprietas ... declaratur ... aut genus aut -a aut finis aut accidens .. *al.* MAR. VICTORIN. defin. p. 32, 24 sexta *definitio* κατὰ διαφοράν, ... quae per -am dici potest. AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 34. gen. ad litt. 12, 6 p. 386, 24 harum species atque -as ... explicare curabo. MART. CAP. 4, 346 -a est sufficiens ad id quod susceperis discretio. 4, 353 partiendi -ae (*i. quae in partitione adhibendae sint*) non frequenter occurrunt. BOETH. herm. pr. 1, 3 p. 46, 3 omnis definitio genere -isque perficitur (herm. sec. 1, 2 p. 53, 2 -arum ... compositione). herm. sec. 10, 26 quoniam non sit omnes -as persecutus. *passim* in Porph. dial. 1 p. 10^A illa ... divisio et dissimilitudo specierum -ae nomine vocitantur. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 85, 21 cum -*ae* aut communes sunt aut propriae aut magis propriae (κοιναί, ἴδιαι, ἰδιαίταται). p. 87, 1 specificae (εἰδοποιοί). *passim. cf. ind. p. 371.* PORPH. isag. p. 36, 3 constitutiva (συστατική). p. 36, 5 divisiva (διαιρετική). p. 36, 7 completiva (συμπληρωτική). *cf. ind. 2.* ISID. orig. 1, 30, 1 '-a' est species definitionis, quam scriptores artium de eodem et de altero nominant. haec enim duo, quadam inter se communione confusa, coniecta -a discernuntur *eqs.*

B *modus argumentandi* (*opp.* similitudo): CIC. top. 11 *argumenta appellamus* alia ex similitudine, alia ex -a (65 ex *causarum* -a ... magna argumentorum suppetit copia). 3, 16 a -a ducitur argumentum (IVL. VICT. rhet. 6, 2 p. 397). 18, 71 cum profectus sis ... a similitudine, a -a (*cf.* MART. CAP. 5, 487 *simili* dissimilitudo contraria est, quae a Cicerone -a appellatur). *al.* MART. CAP. 5, 557 in re ... loci sunt duodecim: a toto ... a specie, a -a. ISID. orig. 2, 30.

tituli librorum vel capitum: *theologicorum*: GENNAD. vir. ill. 99 *Pomerii liber septimus* de -a vitarum, mortium, resurrectionum *eqs.* *grammaticorum* (*cf. ind. Thesauri p. 33*): CHAR. gramm. I 6, 14 (ind.) de -is (*cf.* ROMAN. Char. gramm. I 205, 16). MACR. exc. gramm. V 599, 11 de verborum utriusque linguae -is vel societatibus. AGROEC. gramm. VII 113, 9 Capri libello qui est ... de proprietate ac

-a sermonum. CASSIOD. gramm. VII 212, 28 *legant* Focam de -a generis. NON. p. 421 incipit de -a similium significationum. *ad iuris prudentiam pertinentium*: MOD. dig. 1, 7, 40 pr. Modestinus libro primo -arum. *al. idem opus appellatur*: DIG. ind. libr. 31, 4 p. LV* 44 Μοδεστίνου differention βιβλία ἐννέα. 31, 14 p. LV* 55 de -a dotis.

differitās, -ātis *f.* [*poetice pro* differentia *fictum, cf.* varietas. *Th.*]. NON. p. 25 *et* GLOSS. differentia. LVCR. 4, 636 tantaque in his rebus distantia -sque[st], ut *eqs.* ARNOB. nat. 2, 16 animantia nos esse aut consimilia ceteris aut non plurima -e distantia. 5, 36 ambiguorum . . . simpliciterque dictorum. 7, 23 longissima . . . -e seponi. 7, 27 sine ulla . . . -e. NON. p. 435 formae et figurae quae sit -s. CARM. de fig. 19 ἀλλοίωσις. -s fit, differre hoc ubi dicimus illi.

×differo, distulī, dīlātum, -rre *a* dis *et* ferre. *in tmesi*: PLAVT. Trin. 833 disque tulissent. *de formis*: differ: *inde a* HOR. epist. 1, 11, 23. differit: ITALA I Cor. 15, 41 (Cypr. testim. 3, 58 *M*). differet (*praes.*): ITALA I Cor. 15, 41 (cod. d) VEREC. in cant. 2, 26. 3, 19 *bis*. 4, 8. differitis: ITALA Luc. 12, 7. 24 cod. d. differeris: HIER. epist. 147, 1 (*cf. Goelzer, latinité de St. Jérôme p. 288*. DIOM. gramm. I 361, 28 feror fereris fertur). ditulit: CARM. epigr. 1053, 2. *de sensu*: NON. p. 284 spatium temporis dare. diffamare, divulgare. dividere vel scindere. in ordinem ponere (*ad* VERG. georg. 4, 144). distare. SERV. Aen. 8, 439 'tollite' aut -rte est, aut celerius terminate. AVG. quaest. hept. 4, 49 διαβαλεῖν. PRISC. gramm. III 368, 7 διήνεγκεν. GLOSS. ἐνδίδωμι. -li dissimulavi. *al. v. sub I A. E. II.* *legitur per totam latinitatem, non habent* CATO CATVLL. (*cf. infra l. 41*) TIB. PERS. *transitivum in prisca latinitate et proprie (A B C) et translate de fama (D) usurpatur, de tempore (E) non ante* RHET. Her. *et* CIC. (*qui omnino alium sensum transitivi non videtur novisse*); *saepissime* LIV. *et* SEN. phil. *verbo utuntur, plerumque temporali sensu; inter poetas* OV. *maiorem huius translati usus exemplorum numerum perhibet.* *intransitivum raro ante* CIC. *et* LVCR. *legitur* (PLAVT. LVCIL. *singulis locis*), CIC. *subinde in* oratt., *semel in* epist., *saepissime in scriptis rhetoricis et philosophicis (Graecum videlicet* διαφέρειν *interpretatus) verbum usurpat; passim in* PLIN. nat. *occurrit. a dictione poetica, si* PLAVT. LVCIL. LVCR. HOR. sat. epist. *exceperis, abhorrere videtur* (*bis* OV., *semel* LVCAN.). [*loci dubii et corrupti*: NAEV. com. 19 CIC. Deiot. 36 Att. 13, 37, 4 fin. 4, 70 VITR. 3, 3, 8 SEN. dial. 4, 32, 1 PETRON. 47, 2 FRONTO p. 198, 16 N. VERVS Fronto p. 78, 14 N. APVL. flor. 16 p. 62 COMM. instr. 1, 29, 1 TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 641, 7 MART. CAP. 2, 109 DRAC. laud. dei 2, 398. *falso pro* deferre *scriptum* CATVLL. 68, 40 CAES. Gall. 2, 17, 4 OV. am. 2, 5, 29 PLIN. nat. 31, 90. *conicitur*: LVCAN. 2, 677 -rret (*pro* def-). QVINT. decl. 383 p. 429, 10 -laturum (*pro* del-, relicturum *Rohde*). TER. MAVR. 165 -at (*pro* referat). TERT. spect. 1, 15 -untur (*pro* disser-). PS. MAR. MERC. Nest. epist. 2, 2 -imus (*pro* defecimus). *saepius codd. falso* deferre *pro* -rre *habent. additum e coniectura* SEN. benef. 7, 20, 5 TERT. nat. 2, 12.]

I *transitive*: **A** *i. q.* ***dissipare***, *distrahere, disiungere*: GLOSS. -rt dispergit. -erant disparserant. -latis todaeldum (*anglosax. i. q. separatis*). **1** *strictiore sensu*: **a** *proprie plerumque de motibus, quae vim quandam vel rapiditatem habent*: ENN. scaen. 118 fluctus -rt dissupat visceratim membra. PLAVT. Trin. 833 distraxissent disque -issent satellites tui me (*i. navem meam*). LVCIL. (?) frg. Non. p. 287 dividant, -ant, dissupent, distrahant (*cf. Marx ad* LVCIL. 922). LVCR. 1, 272 venti vis . . . nubila -rt (*cf.* VERG. georg. 3, 197 aquilo cum . . . Scythiae hiemes atque arida -rt nubila. SERV. *ad l.* dissipat). 1, 1088 non omnia corpora . . . in medium niti . . ., at . . . tenues . . . aëris auras et calidos simul a medio -rrier ignes. 2, 675 scintillas agere et late -rre favillam (6, 691). 5, 657 Matuta per oras aetheris auroram -rt et lumina pandit. 6, 235 calor *fulminis* . . . -rt primordia vini. CAES. Gall. 5, 43, 2 casae celeriter ignem comprehenderunt et venti magnitudine in omnem locum castrorum -erunt. civ. 2, 14, 2 *ignem* -lit ventus. HOR. epod. 10, 6 rudentes Eurus inverso mari fractosque remos -at. LIV. 4, 33, 10 cum . . . equitem (*i. equitatum*) passim liberis frenis -issent equi. 6, 42, 8 quod passim eos simul pavor terrorque -erant. PAVL. FEST. p. 181 ut *ventorum* flatu cinis . . . per fines quam latissime -atur. VELL. 2, 79, 3 maiorem partem classis . . . adorta vis Africi laceravit ac -lit. SEN. nat. 5, 6 aer . . . modo spissat se, modo . . . diducit et -rt. TAC. hist. 5, 23 castra . . . vi fluminis -bantur. FRONTO p. 17, 7 N. hereditas post mortem . . . -rtur, . . . diripitur. APVL. mund. 23 flabris . . . spirantium aurarum graviores . . . aëris spiritus -untur. MACR. sat. 7, 12, 5 humorem sale -rri sive consumi. FAVST. REI. epist. 3 p. 175, 11 quod *anima* per diversa sensibus evagetur et cogitationibus -atur. *de corpore humano i. q. lacerare*: PLAVT. Curc. 576 te faciam ut hic formicae frustillatim -ant. VERG. Aen. 8, 643 Mettum in diversa quadrigae -erant. HOR. epod. 5, 99 insepulta membra -eut lupi et Esquilinae alites (*cf.* SEN. epist. 92, 34 LVCAN. 9, 142). SEN. Thy. 8 membra celeri -ens cursu rota. HIL. in psalm. 1, 19 ut *impii* ex illa corporalis soliditatis firmitate decussi ludibrio pulveris -antur in poenam, *seq.* dissolvere, proterere, iactare (*cf. sub 1 A 2*). **b** *translate*: CALP. ecl. 1, 49 *Bellona* modo . . . toto civilia -lit orbe *bella*. HIL. in Matth. 6, 8 stultus (*i. stulti aedificatio*) . . . cito . . . ventis -endus. in psalm. 1, 7 *impiorum* omne consilium . . . sine ulla consistendi statione -rtur.

2 *sensu latiore i. q. ferre, iactare*: **a** *proprie*: HIL. in Matth. 14, 14 discipuli vento ac mari -untur *eqs.* (*cf.* VVLG. Matth. 14, 24 navicula . . . iactabatur fluctibus). **b** *translate i. q. perturbare*: HIL. in psalm. 51, 13 omnis . . . anima infidelis in saeculi huius tamquam maris profundo naufraga incerto motu vagoque -rtur et . . . fluctuat. in Matth. 6, 2 ut . . . credamus omnia et nullo ambiguae voluntatis -amur incerto. MART. CAP. 5, 448 et qui deliberat, ambigua mentis opinione -rtur. *nota i. q. confundere, irritum reddere*: AVIAN. fab. 10, 10 *eques* -lit admota calliditate iocum. 31, 8 *mus* -lit hostiles calliditate minas (*Lachm. utroque loco* dispulit). *alio sensu v. p. 1075, 33.* ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 17, 4 duorum assertione (*sc. qua duas in Christo personas esse affirmatur*) -lata (*i. refutata*).

F *de* ***morbis*** *sim., et de eo quod non facile emendatur, solvitur*: Varro rust. 1, 12, 3 quae ... efficiunt -es morbos (Cic. Cluent. 57). Cels. 3, 22 in longis -busque febriculis. Scrib. Larg. 96 propter crebros successus in vitiis -limis (220 -ia et vetera). Plin. nat. 23, 159 *myrti semen* ulcera -ia . . . sanat. Plin. epist. 1, 22, 8 si *esset valetudo* ... -is ac longa. *alia*: Cael. Cic. epist. 8, 11, 11 incideramus ... in -em nodum (*i. quaestionem. cf.* Amm. 14, 11, 1 Cod. Iust. 4, 29, 23 pr. antiquae iurisdictionis retia et -limos nodos resolventes). Orat. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 30 in civili motu -iore (*syn.* asper). Amm. 14, 7, 5 *inedia* per multas -esque causas (*i. quas -e erat vitare*) affore iam sperabatur. *adde*: Stat. Theb. 6, 845 gravia ossa . . . nodisque lacerti -es (*i. quibus difficile erat resistere*).

G *de* ***personis*** *i. q. durus, non affabilis*: Porph. Hor. carm. 1, 13, 4 -es homines dicuntur, qui duri atque inexorabiles sunt.

Ter. Haut. 535 hunc -em invitum vorsaret senem (Cic. Cato 7 moderati...et nec -es nec inhumani senes. 65 morosi...et iracundi et -es. Sen. dial. 4, 19, 4 -es et queruli). 933 *opp.* ignoscere. Caecil. com. 201 parentem ..., in liberos -em. Lvcil. 293 tristes, -es sumus. Afran. com. 252 vixisti tristis, durus, -is, tenax. Cic. orat. 104 usque eo -es ac morosi sumus, ut *eqs.* fin. 1, 61 ecce autem alii ... malevoli, invidi, -es, lucifugi, maledici, morosi. epist. 13, 26, 3. Hor. carm. 3, 7, 32 te saepe vocanti duram -is mane (*cum dat.*: 3, 10, 11 Penelopen -em procis. Tib. 1, 8, 27. 1, 9, 20 asperaque est illi -isque Venus [*alio sensu* Ov. ars 2, 566 nec Venus oranti . . . rustica Gradivo -isque fuit]. Ov. met. 9, 284 *Ilithyiam* mihi [*Alcmenae*] -em Iunonis gratia fecit. Pont. 1, 6, 47. 2, 2, 20 precibus. fast. 1, 146. Sen. dial. 6, 5, 1 ne te -em amicis et intractabilem praestes. Stat. Theb. 2, 347 superbum -emque tibi). Hor. sat. 2, 5, 90 ars 173 Pont. 3, 4, 10 quamlibet invitum -emque tenent *lectorem poetae*. Sen. contr. 10, 3, 15 exorabitur; si -ior erit, ego illum rogabo. Sen. dial. 3, 4, 2 *praeteribo* stomachosum, rabiosum, clamosum, -em, asperum, quae omnia irarum differentiae sunt. 5, 8, 7 -es et indomiti naturā. epist. 83, 26. 118, 1. Mart. 1, 57, 2 *opp.* facilis. 2, 47, 1 -is facilis, iucundus acerbus es idem. Tac. ann. 11, 21 arrogans minoribus, inter pares -is. Porph. Hor. epist. 1, 18, 75 incommodus -isque. Arnob. nat. 1, 15 p. 12, 9 *syn.* irati. Paneg. 11 (3), 12 *syn.* morosus. Ferrand. epist. 7, 6. *in imag.*: Ennod. carm. 1, 1, 2 matronas . . . scopulos atque invia dictas in foribus blandas, cetera -es. *adde res personatas*: Tib. 1, 2, 7 ianua -is domini, te verberet imber (Ov. met. 8, 173. Sen. dial. 5, 37, 3. *cf.* Ov. am. 6, 2 forem). Ov. am. 1, 12, 7 ite hinc, -es, funebria ligna, tabellae (*i. quae puellam -em nuntiaverunt*). Epist. Sapph. 31 si mihi -is formam natura negavit (*aliter p. 1088, 2*). Clavd. 28, 143 quae venientibus ante prona fuit, iam -is, iam dura reversis *Italia*? *locutiones figuratae*: Nep. Att. 5, 1 habebat avunculum C. Caecilium ... -lima natura. Hor. carm. 1, 13, 4 vae meum fervens -i bile tumet iecur. Mart. 2, 86, 9 turpe est -es habere nugas. Porph. Hor. carm. 1, 9, 17 'canities ... morosa' id est senectus -is. 1, 33, 11 'iuga aenea' durum ac -em amorem vult intellegi. Clavd. 14, 11 crescunt -i gaudia iurgio. *de* ***bestiis***: Ov. ars 1, 471 -es veniunt ad aratra iuvenci. Sil. 586 -i gaudebat equo. Chiron 274 *mulus* -is servit (*i. difficile*).

III *quod cum difficultate* ***acquiritur****, capitur, paratur, difficile contingit alicui*: Ter. Eun. 926 quod ei amorem -limum et carissimum . . . confeci. Rhet. Her. 3, 24, 39 ne forte verborum memoriam aut nimis -em aut parum utilem arbitrere. *ibid.* ut ab hac -i consuetudine sine labore ad illam facultatem transire possimus. Cic. Phil. 11, 11 sexta palma urbana etiam in gladiatore -is. de orat. 3, 209 usus ... *est* gravissimus et in hoc toto dicendi studio -limus. Tusc. 3, 79 Chrysippi *consolatio* ad veritatem firmissima, ad tempus aegritudinis -is. leg. 3, 1 -limam illam societatem gravitatis cum humanitate. epist. 15, 4, 15 genera virtutis (Qvint. inst. 8 pr. 14 *virtutem* [*sc. eloquentiam*]...in his...desideratam, quia -lima est). Pvblil. O 11 occasio receptus -es habet. Verg. Aen. 4, 694 Iuno ... longum miserata dolorem -esque obitus *Didus* (*cf.* Sen. epist. 77, 10 exitum amici . . . non -em nec miserum . . . mollissime excessit). Ov. fast. 3, 350 tarda venit dictis -isque fides (Qvint. inst. 4, 3, 6). Liv. 30, 42, 14 venia. Vitr. 8 pr. 3 divina mens, quae proprie necessaria essent gentibus, non constituit -ia et cara. Cels. 2, 8 sanitas. 3, 18 somnus (*cf.* 3, 20 Sen. dial. 9, 2, 6). Sen. benef. 3, 8, 3 -is est sententia, quae non rem, sed vim rei quaerit. dial. 2, 4, 3 rem -em optas generi humano, innocentiam (*cf.* Qvint. decl. 259 p. 57, 8. Tac. Germ. 46 rem -limam [-em *B b*] assecuti sunt, ut *eqs.*). epist. 70, 24 cui -is occasio est, is proximam quamque pro optima accipiat. Colvm. 1, 2, 5 haec *praedii* positio ... -is et rara paucis contingit. Plin. nat. 18, 172 non -i remedio, nisi *eqs.* (Tac. hist. 1, 36 Svet. Aug. 42). Qvint. inst. 10, 5, 2 ut *Messala* etiam cum illa Hyperidis . . . -lima Romanis subtilitate contenderet. Ps. Qvint. decl. 9, 9 non -em ... habuisset missionem. Pallad. hist. mon. I 13 p. 290^A postquam . . . -is vitae assecutus est studium. *i. q.* ***rarus***: Arnob. nat. 1, 3 -es pluviae sata faciunt emori. Schol. Hor. carm. 4, 1, 20 trabem ... citream ... pro -i et nobili posuit. Evgipp. Sev. 28, 2 speciem in illis locis -limam negotiatorum . . . deferebat evectio. *substantive*: Cic. Verr. 5, 15 ne -ia optemus. Cvrt. 6, 2, 20 -lima quaeque poscere.

IV *de eis quae difficile* ***intelleguntur****, percipiuntur, explicantur, creduntur, fere i. q.* ***obscurus, nodosus*** (*cf. II D*): Ter. Haut. 675 nil tam -e est, quin quaerendo investigari possiet. Rhet. Her. 2, 1, 1 ut ea, quae -lima essent, potissimum conscriberemus (*antecedit* faciliora cognitu). 3, 8, 15 absoluta a nobis -lima parte rhetoricae (Cels. 1 pr. p. 3, 3). Cic. Cluent. 23 sibi -em esse investigandi rationem (*sim. c. gerund.* 2, 6 consulatus gerendi. or. frg. A XV 10. Att. 10, 9, 3 occultandi ratio cum -is, tum etiam periculosa est. Qvint. inst 9, 2, 8 ubi respondendi -is est ratio. Cic. de orat. 1, 135 exponam vobis non quandam aut perreconditam aut valde -em rationem consuetudinis meae. Cels. 7, 31 in *cruribus* orti varices non -i ratione tolluntur. Plin. nat. 18, 216. Qvint. inst. 9, 4, 60 ratio ... pedum in oratione est multo quam in versu -ior. decl. 265 p. 81, 24 Fronto p. 167, 8 N. -limae . . . rationis epistulam. Arnob. nat. 2, 71 quibus istud rationibus colligi ... potest? non -bus, non obscuris). Cic. de orat. 1, 190 perfectam artem iuris civilis habebitis, magis magnam atque uberem quam -em atque obscuram (1, 246 Cato 78 Att. 7, 25. Qvint. inst. 12, 11, 10 minores, sed -iores artes. Paneg. 6 [7], 6 Amm. 19, 7, 6. *cf.* Petron. 56 quod autem putamus secundum litteras -limum esse artificium?). Cic. de orat. 1, 256 contortas res et saepe -es necessario perdiscimus (2, 18 de rebus aut -limis aut non necessariis argutissime disputare. leg. 3, 33 versabor in re -i ac multum et saepe quaesita. fin. 2, 75 rem . . . -em et obscuram! [nat. deor. 1, 58 off. 1, 19 Cassiod. inst. div. praef. p. 1108^D]. Att. 12, 38, 3 ad res -es scribendas. Liv. 6, 15, 12 *opp.* facilis. Vvlg. eccles. 1, 8 cunctae res -es; non potest eas homo explicare sermone). Vitr. 1, 1, 4 quaestiones (Qvint. inst. 2, 5, 18 Vlp. dig. 24, 1, 32, 14 Avg. civ. 12, 22 *saepius*). 5, 4, 1 musica litteratura obscura et -is. Sen. epist. 71, 6 ut philosophia potius -is quam magna videretur. Hyg. astr. 4, 8 p. 106, 10 -es planetarum cursus interpretari. Porph. Hor. carm. 4, 11, 29/31 -is [dictio] phrasis. Hier. in Is. 3 pr. in expositione -limae visionis. *adde*: Qvint. inst. 9, 4, 20 quia non illud quoque solutum habeat suos quosdam et forsitan -iores pedes. *de scriptore*: Qvint. inst. 10, 1, 87 Macer et Lucretius ... elegantes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter -is. *subst.*: Cic. de orat. 2, 69 cum tradita sint cuiusque artis -lima. leg. 2, 47 quo plura et -iora scire videantur. fin. 3, 15 -ius quiddam et obscurius. Qvint. inst. 1, 1, 10. 30 perdisceudae omnes *syllabae* nec ... -lima quaeque earum differenda. *accedit interrogatio*: Maecian. dig. 36, 1, 67 (65), 3 quemadmodum res expediri possit, -e est. *fere i. q.* ***incredibilis*** (*cf. 1090, 84*): Sen. dial. 1, 3, 2 -limum ex omnibus quae proposui videtur quod primum dixi, pro ipsis esse quibus eveniunt ista quae horremus. Plin. nat. 28, 13 prisci ... nostri perpetuo talia credidere, -limumque ex his, etiam fulmina elici.

V *de eis, quae difficile* **praestantur,** *adimplentur, observantur*: Rhet. Her. 2, 1, 1 de oratoris officiis . . . inventio et prima et -lima est. Cic. Quinct. 20 -iore condicione dissolvit (Pavl. dig. 40, 7, 4, 1 si tam -cm, immo paene impossibilem condicionem adiecerit. Amm. 17, 10, 9 condicione -i premebatur, hac scilicet, ut *eqs.* 25, 7, 6 *syn.* perplexus). Cic. rep. 27 sacrorum . . . diligentiam -em, apparatum perfacilem esse voluit. leg. 38 sive etiam Aristonis -em atque arduam ... sectam secuti sunt. off. 3, 43 huius generis ... breve et non -e praeceptum est (Q. Cic. pet. 45 Avg. civ. 14, 15). Att. 6, 3, 3 clausula est -is in provincia tradenda. Sen. benef. 2, 18, 2 parem desiderant regulam, quae . . . -is est. Vvlg. Ier. 32, 17 non erit tibi -e omne verbum (32, 27). Svlp. Sev. dial. 1, 17, 8 nullum recusaturus quamlibet arduum ac -e abbatis imperium.

VI *quod fieri non potest,* **ἀδύνατον:** Sen. benef. 5, 8, 6 -e erat illi in copulam coniecto rixam eius, cum quo cohaerebat, effugere. Vlp. dig. 5, 3, 25, 14 videndum, an vel sic attingatur hereditas; quod -e est, cum ipse sit obligatus. 21, 1, 38, 4 iumentorum ... appellatione an omne pecus contineatur, videamus. et -e est, ut contineatur (*i. negandum est contineri*). 49, 4, 1, 15 -e est, ut hic audiatur (*i. non audietur*). 50, 1, 27, 2 -e est sine domicilio esse quemquam. Novell. Iust. app. 7, 27 cum dominis absentibus recreari possessiones . . . -e sit. *cf.* Cic. Tim. 38 *p. 1090, 4.* Itala Iob 42, 2 *p. 1083, 8.*

VII **active:** *spectat ad* **facultatem, voluntatem: 1** *accedit* **dativus,** ad, in *c. abl.*: Sen. Herc. f. 578 deflent *Eurydicen* et lacrimis (*dat.*) -es dei (*cf.* Ps. Qvint. decl. 18, 3 rarus *pater* ad oscula, -is amplexibus. Symm. *l. 33*). clem. 1, 6, 3 nemo ad dandam veniam -ior (dial. 4, 34, 4 ad ignoscendum. Hil. trin. 6, 9 naturae humanae tarda ac -is ad res divinas intellegentia. Amm. 15, 7, 3 ad pavorem. Rvfin. symb. 11 ad credendum -es sunt [*opp.* facilis]. Pomer. 3, 10, 2 faciles ad humana, -es semper ad honesta). benef. 2, 17, 7 si *faenerator* in recipiendo tardus ac -is moras quaerit (Frontin. aq. 128 si -ior possessor in parte vendunda fuerat. Hier. epist. 58, 10, 1 Tertullianus creber est in sententiis, sed -is in loquendo. Leo M. serm. 49, 5 ut ... non simus in remissione -es). Symm. epist. 10, 2, 3 -is decidendis simultatibus, promptus ineundis. **2** *absolute*: Veg. mil. 3, 18 quia sinistra pars *exercitus* -ior est et velut manca in acie consistit. *i. q. stultus, hebes*: Arnob. nat. 7, 1 quamvis ille sit scaevus et -limus . . .: quis enim est pectoris tam obtunsi *eqs.* *de hominum mentibus*: Arnob. nat. 1, 51 o mentes incredulae, -es, durae! Avson. 364, 7 ut mores ingeniumque vel faciles vel -es contentio nacta est. *de membris corporis humani*: Pvblil. D 11 -em (*i. obtusam*) habere oportet aurem ad crimina (Val. Max. 4, 7, 4 nec -es Antoni aures habuit). Plin. nat. 22, 23 -em ventrem ... emollit *semen urticae.* Stat. Theb. 4, 334 hoc segnior arcus -esque manus et nullo in vulnere certae. *de re non animata*: Stat. Theb. 7, 767 rotae ... sanguine -es (*i. impeditae*). *cf. etiam p. 1090, 72 sqq.*

neutrum substantive usurpatum pendet a **praepositionibus:** ex: Pvblil. V 2 voluptas e -i data dulcissima est. Ov. trist. 5, 42 non ex -i fama petenda tibi est (fast. 5, 350 non ex -i causa petita subest. Sen. epist. 23, 2 licet non ex -i petatur *spes*). Sen. benef. 7, 3, 2 unus est sapiens, cuius omnia sunt, nec ex -i tuenda. in: Liv. 3, 65, 11 adeo moderatio tuendae libertatis ... in -i est (Cels. 5, 26, 1 periclitantis in -i spem esse. Scaev. dig. 28, 2, 29, 15 ille casus in -i [*i. ambiguo*] est, si *eqs.* Vlp. dig. 28, 5, 4, 1 potest et haec *condicio* ... esse in -i).

structurae: 1 *accedit* **supinum:** Rhet. Her. 1, 1, 1 ut ars -ior cognitu putaretur. 2, 8, 12 -lima tractatu est constitutio coniecturalis (Liv. 7, 21, 7 Plin. nat. 23, 31). 4, 28, 39 -e est hoc genus exornationis inventu (Sen. nat. 3, 30, 8 Plin. med. praef. p. 7). Cic. Manil. 42 ut -e dictu sit, utrum *eqs.* (*al. v. p. 969, 70. cf. infra l. 83*). Cluent. 201 id quod -e factu est (de orat. 1, 81. 104 rep. 66. leg. 3, 29 id autem -e factu est nisi educatione quadam et disciplina. Val. Max. 2, 7, 5. Apvl. flor. 16 p. 75 *syn.* arduum. Amm. 16, 5, 1 primum ... factuque -e, temperantiam ... sibi indixit. Paneg. 7(6), 13, 4 opus ... -e factu est. *cf. p. 1090, 2*). Cic. fin. 4, 52 -e toleratu (4, 72 perpessu [*cf.* Tusc. 2, 29]). Tusc. 5, 1 quod etsi -e est probatu. Sall. Iug. 91, 7 locus Iugurthae opportunus, nobis aditu -is (*cf. vol. I p. 628, 18 sqq. adde*: Liv. 7, 34, 3 collem ... aditu arduum impedito agmini, expeditis haud -em). Nep. Att. 15, 1 ut -e esset intellectu, utrum ... an *eqs.* Liv. 4, 27, 9 manum ... moderatu -em. 10, 34, 12 relicta, quae migratu -ia essent (*i. quae migrantibus portandi difficultatem praeberent*). 21, 31, 10 is ... amnis longe omnium Galliae fluminum -limus transitu est (35, 28, 2. 44, 6, 7 Cvrt. 9, 2, 1). Pavl. Fest. p. 332 aspera saxa et -ia attrectatu. Plin. nat. 2, 206 non caelestia enarratu -iora fuerint *quam terrae miracula.* 89, 12 *cinnami frutex gignitur* densissimis in vepribus ... -is collectu. 19, 19 linum -e textu propter brevitatem. 23, 147 siccae *nuces* ... -es concoctu (*cf.* Macr. sat. 7, 8, 1 digestu). 24, 163 ophiusam . . . lividam -emque aspectu (*i. foedam, horridam*). Gell. praef. 13 non oportet ea defugere quasi aut cognitu non utilia aut perceptu -ia. Ps. Avr. Vict. epit. 1, 4 -is accessu regio (Vvlg. II Macc. 12, 21 praesidium [δυσπρόσιτον]). Amm. 24, 4, 10 effectu res -lima. Vvlg. II Petr. 3, 16 in quibus sunt quaedam -ia intellectu (δυσνόητα). *nota*: -e dictu *de rebus quibus vix fides tribuatur*: Cic. Tusc. 2, 19 -e dictu videtur eum non in malo esse ... qui *eqs.* Lael. 23 imbecilli valent et, quod -ius dictu est, mortui vivunt. -e factu est *cum* (*acc. et*) *inf.*: Cic. nat. deor. 3, 1 -e factu est me id sentire, quod tu velis. off. 1, 71 quorum iudicium . . . -e factu est non probare. Tim. 38 a deis ortis fidem non habere (ἀδύνατον). Bell. Alex. 30, 3 non quo id ... consequi -e factu putaret. Bell. Afr. 42, 1 sibi -e factu esse intellexit *sequitur inf.* *accedit* ut: Bell. Hisp. 18, 7 -e erat factu, ut eam turrem . . . quis incenderet. Symm. epist. 1, 4, 3. *pro supino est abl. nominis verbalis*: Qvint. inst. 12, 1, 45 quomodo etiam probatione -ia tractentur (Vlp. dig. 28, 5, 9, 3 quod -ius est probatione). *loco supini dativus participii*: Plin. nat. 19, 122 Arabica resina ... est ... -is coquenti. *substantivorum*: Plin. nat. 17, 33 *terras* operi -limas. 23, 151 fructum -em concoctioni.

2 *accedunt* **praepositiones: a** ad (*cf. p. 1089, 26 sqq.*): *α cum gerundio*: Cic. inv. 1, 20 obscurum *causae genus est*, in quo . . . -ioribus ad cognoscendum negotiis causa est implicata. 1, 82 -ius et maius fuisse ad iudicandum, quod afferatur, quam id, quod instet. or. frg. A VII 8 quasi legem aliquam aut ad scribendum -em aut ad excogitandum reconditam. Sest. 96 rem *non* mihi -em ad docendum. de orat. 3, 188 -iora istis ad persequendum. orat. 184 quo est ad inveniendum -ior in oratione numerus quam in versibus. rep. 1, 55 ut in comparando -e ad eligendum sit, quid maxime velis. Tusc. 2, 18 tristis enim res est *dolor* ... ad patiendum tolerandumque -is. 5, 93 genus cupiditatum nec ad potiendum (*sc. iis quae cupiuntur*) -e nec vero ad carendum. div. 2, 70 (*de auspiciis*:) -is auguri (*dat.*) locus ad contra dicendum. :: Marso fortasse, sed Romano facillimus. off. 1, 126 ad eloquendum. Att. 2, 1, 1. Bell. Afr. 5 -is ad oppugnandum erat accessus. Lvcr. 2, 1027 neque tam facilis res ulla est, quin ea primum -is magis ad credendum (Arnob. nat. 1, 3) constet. Plin. nat. 37, 131 -es in India natae *gemmae* ad caelandum. Qvint. inst. 8 pr. 4 sunt ... neque obscura neque ad percipiendum -ia. Avg. civ. 10, 23 in rebus ad intellegendum -limis (fid. et op. 15, 24 sententia). doctr. christ. 1, 1, 1 si ad sustinendum -e, vereor ne ad suscipiendum temerarium. *nota*: Cic. Verr. 4, 190 in ultima ac -lima ad portandum (*i. quo -e erat portare*) loca frumentum imperare. de orat. 2, 212 est quaedam in his duobus generibus . . . -is ad distinguendum similitudo (*i. quae distinctionem -em reddat. cf.* Liv. 34, 34, 6 ad hoc hiems accedet ad comportandum ex longinquo -is. Qvint. inst. 9, 2, 68 vera negotia *habent* ... aliam *necessitatem* . . . multo ad agendum -iorem). Att. 15, 9, 2 tua cum tristi, tum etiam -i ad consiliandum legatione (*i. quae consolationem -em habeat, cf.* epist. 10, 5, 1 cepi fructum duplicem mihique in comparatione -em ad iudicandum *eqs.*). Liv. 25, 34, 13 ad erumpendum (*i. erumpere conantibus*) inter Numidas *et* ... alia auxilia *fuga* haud -is erat. *β cum* **substantivis**: Liv. 3, 5, 12 -e ad fidem est in tam antiqua re ... affirmare. 32, 17, 8 per impeditum ac -em ad receptum locum (37, 16, 8 -ia ad exitus loca). Frontin. aq. 36 rigor aeris -ior ad flexum non temere potest laxari. Herm. Pal. sim. 9, 14, 4 omnia sunt ... hominibus -lima ad intellectum (δυσνόητα). **b** in *c. abl.* (*cf. p. 1089, 30 sqq.*): Rhet. Her. 4, 32, 43 harum denominationum magis in praecipiendo divisio, quam in quaerendo -is inventio est. Cic. orat. 70 ut ... in vita, sic in oratione nihil est -ius quam quid deceat videre. rep. 1, 55 *cf. supra l. 22.* Tusc. 1, 78 quod tota in hac causa -limum est. ad Q. fr. 1, 1, 38 quod fortasse cum in omni natura tum iam in nostra aetate -e est. Colvm. 2, 20, 3 id in rara segete facillimum, in densa -limum est. *c. ablat. personae*: Cic. Phil. 11, 11 *v. p. 1088, 14.* *c. abl. gerundii vel nominis verbalis loco supini*: Plin. nat. 20, 90 *brassica* -is in coquendo. Qvint. inst. 11, 3, 32 spiritus nec brevis nec parum durabilis nec in receptu -is. Ivl. Val. 1, 36 quod interpretibus haud -e in enodando fuit. Schol. Cic. Gron. p. 428, 25 quanto quaeque magna sunt, tanto in credendo -ia. *adde*: Colvm. 3, 11, 10 *eadem terra* est in opere -ior. **c** inter: Sall. Iug. 10, 2 quod -lumum inter mortales est, gloria invidiam vicisti. **d** penes: Itala Luc. 18, 27 (Tert. idol. 12) quae penes homines -ia, penes deum facilia (τὰ ἀδύνατα, Itala codd. a b c d e q Tert. resurr. 57 p. 117 adv. Prax. 10 p. 241 *et* Vvlg. impossibilia, *cf.* Tert. bapt. 2 p. 202 praedifficilia).

3 *accedit* **infinitivus: a** *passivi*: Val. Max. 7, 3, 6 gens barbara, aspera et regi -is. Stat. Theb. 3, 449 flecti ... novae dulcedine pugnae -es populi. Tert. apol. 46 licet Plato affirmet (*cf. p. 1083, 31*) factitatorem universitatis nec inveniri facilem et inventum enarrari . . . -em. **b** *activi* (*ad VII*): Lvcan. 1, 511 o faciles dare summa deos eademque tueri -es! Stat. Theb. 7, 270 vibrant ... saeva ... -es excludere vulnere peltas (*i. non aptas ad excludenda vulnera*). Clavd. 22, 450 eximiā regione domūs, contingere terris -is ... stabat grex aureus anni (*sc. ita, ut appareret illum non facile contingere hominibus*). carm. min. app. 2, 11 *apri* artus -es potuisse mori (*vel* -is [*genet.*]). Sedvl. carm. pasch. 2, 20 culpas ignoscere promptus, reddere -is (*sc. deus*).

syn.: *ad I*: arduus, asper, laboriosus, artificiosus (*v. p. 1082, 54*). *iuxta posita*: *ad I*: magnus, gravis, durus (Cic.). *opp.*: facilis, expeditus (Cels.). impossibilis.

deriv.: difficilitas, difficultas.

comp.: per-, prae-, subdifficilis.

adv. ˣdifficile, difficiliter, ˣdifficulter. *comp.* difficilius, *superl.* difficillime. *de formis*: difficul *v. p. 1082, 51.* CHAR. gramm. I 187, 8 in compositione facilis, quod est difficilis, -lter facit (DIOM. gramm. I 406, 10 PRISC. gramm. III 77, 4). AVG. gramm. V 519 ex quibus haec nascuntur adverbia, faciliter et -iter ... sed ... per syncopen euphoniae causa dicimus ... -lter. MART. CAP. 164 cum -lter dicamus, cur faculter dici non poterit? CHAR. gramm. I 114, 16 dicimus non faciliter nec -iter, tametsi veteres dixerunt, sed -e, -ius, -lime. BEDA gramm. VII 273, 24 nec dicimus faciliter aut -iter. *de ratione grammatica*: DON. gramm. IV 385, 25 facile et -e, quae ut adverbia ponuntur, nomina potius esse dicenda sunt. *cf.* SERV. gramm. IV 438, 28 CLEDON. gramm. V 65, 7. *aliter*: POMP. gramm. V 245, 20 si dicas 'illud intellegitur, sed -e', tale est ac si dicas 'intellegitur, sed male intellegitur'. ergo et -e adverbium est *eqs.* VIRG. gramm. suppl. 198, 21. GLOSS. -e δυσχερῶς. χαλεπῶς ὅ ἐστι δυσχερῶς. -lter δυσκόλως. tarde -e. *legitur -e primum*: CATO agr. capp. 131 (*v. p. 1093, 13*) BIBAC. carm. frg. 2 (*v. l. 44*), *sed utroque loco dubitari potest, an adiectivum sit praedicative positum; ceterum deest ante* VELL. -iter CIC. *primus duobus locis* (ac. 2, 49. 50; *I B 1*) *habet* (*praeterea semel* perdifficiliter), *item binis*: COLVM. (*I A 1 b. B 1. dub.* 8, 17, 5 *cf. p. 1092, 2*), ITALA; *singulis* VITR. (*I A 2 d*) CELS. (*I B 4*) GAIVS inst. (*I B 1*) LACT.; CHIRON *17ies*. -lter *primum apud* VARRONEM (*I A 1 a. 2 c*) *et* CAES. (*I A 2 d*) *legitur.* *praeterea de formarum -e et -lter usu v. tabulam quae subsequitur*:

	diffi-cile	diffi-culter	diffi-cilius	diffi-cillime		diffi-cile	diffi-culter	diffi-cilius	diffi-cillime
CATO	1?	—	1	—	CELS. ...	1	15	13	4
CIC.	—	—	6	6	SEN. phil.	—	7	2	—
VARRO...	—	2	1	1	CVRT.....	—	2 (haud d.)	1	—
CAES.....	—	1	1	—	COLVM. ..	—	8	2	—
SALL.....	—	1	—	—	PLIN. nat.	11	20	13	6
LIV......	—	8 (*semper cum negatione*)	1	—	APVL. ...	3	3	—	—
					SOL.	—	4	—	—
					VVLG. ...	7	—	—	—
SEN. rhet.	—	3	1	—	AVG. civ..	2	1	2	3

accedit verbis praeter: ITIN. Alex. 22 alveum transit praeruptis -e superabilem.

I *i. q.* ***cum difficultate,*** *labore*: **A** ***generatim*:** **1** *accedit verbis* ***activis*** (*vel passivis quorum certum est subiectum*):
a *subiectum est animans*: BIBAC. carm. frg. 2 mirati sumus ... summum grammaticum ... unum -e (deficere *Toupius*) expedire nomen (*alludit ad rem pecuniariam*). CIC. Att. 12, 13, 1 litteris non -ius utor, quam si domi essem. epist. 14, 2, 1 nec enim habeo, quid scribam, nec hoc tempore quidquam -ius facio (SEN. contr. 9, 4 [27], 22). 15, 4, 13 sacerdotium ... cum ... non -e consequi possem. BELL. Alex. 48, 1 qui -lter odia dissimulant. VARRO rust. 2, 5, 17 castrare *boves* non oportet ante bimum, quod -lter, si aliter feceris, se recipiunt. 3, 16, 21. LIV. 1, 52, 4 haud -lter persuasum Latinis (QVINT. decl. 352 p. 383, 18 non -e. SEN. epist. 108, 22 nec -lter mihi ... persuasi [FRONTO p. 167, 29 N.]). 25, 36, 3 haud -lter impetus ... arcebant. 29, 15, 14 haud -lter dilectus est perfectus. 32, 14, 16 neque enim aeque -lter Aetoli praetorem ... in meum locum substituant. VELL. 2, 63, 3 diu quarum esset partium secum luctatus ac sibi -e consentiens. SEN. dial. 10, 20, 4 -ius homines a se otium impetrant quam a lege (QVINT. decl. 294 p. 165. SVET. Vit. 14 venenum a filio impetrasse, haud sane -e. Dom. 11 APVL. apol. 102. flor. p. 96 aegre ... ac -lter). COLVM. 8, 9, 1 *turtur* -lter gliscit. SEN. epist. 50, 4 -lter ad sanitatem pervenimus, quia nos aegrotare nescimus. CVRT. 7, 6, 15 haud -lter a tot milibus armatorum claustra perfracta sunt. PLIN. nat. 5, 34 Amantes ... puteos ... haut -e inveniunt (QVINT. decl. 252 p. 35 -e inventurus sum [*sc. filiae*] ... maritum. *cf. p. 1093, 62*). 10, 42. 11, 62. QVINT. decl. 350 p. 376, 21 non -e probabo. PLIN. epist. 7, 21, 1 lectionibus -lter (*sc. abstineo*), sed abstineo solisque auribus studeo. SVET. Claud. 41 non -lter obtinuit (VLP. dig. 1, 18, 13 pr. non -e). gramm. 25 rhetorica sero recepta est, paululo etiam -ius *quam grammatica.* ITALA Marc. 10, 23 (cod. k) quomodo -lter (dediff- *cod.*) qui divitias habent in regnum dei intrabunt (δυσκόλως, VVLG. -e. *cf.* Luc. 18, 24 [cod. e] quomodo -iter ... introibunt [VVLG. -e]. VVLG. Matth. 19, 23 -e). SOL. 20, 11 munere Neronis apparatus omnis sucino inornatus est, nec -lter *eqs.* LACT. mort. pers. 9, 7 barbaros ... non -iter oppressit. IVST. 27, 3, 2. CHIRON 232 -iter evadent (*i. curabuntur*). AVG. civ. 7, 4 tarde ac -e. COD. Theod. 11, 27, 2 aegre ac -e. IORD. Get. 111. NICET. spir. p. 18, 19 -e et laboriose. *difficultas non videtur ad subiectum pertinere*: LIV. 33, 38, 2 ceteras civitates ... haud -lter videbat iugum accepturas. IVST. 16, 2, 2 sperans non -ius Demetrium amittere Macedoniam posse quam acquisierat.
b *subi. est res (plerumque personata)*: *verba sunt transitiva*: CIC. de orat. 2, 84 animus acer ... invictos viros efficit [non -ius arte coniuncta; *del. Ellendt*]. CELS. 8, 11 *corpora duriora* id *os*, quod *luxatum* est, -lter admittunt. COLVM. 5, 7, 1 ubi aliae arbores -iter comprehendunt *sc. solum* (*cf.* 5, 9, 3). 8, 17, 5 eiusmodi receptacula nec facile novas admittunt aquas et -lter (-iter *S A*) veteres emittunt. PLIN. nat. 17, 227 -ius tolerant *vites* frigora aut aestus. APVL. apol. 45. CHALC. comm. 28 natura -e se commodante (δύσμικτον οὖσαν). VEG. mil. 3, 24. *verba sunt intransitiva* (*saepe incohativa*): VARRO rust. 2, 11, 3 cibi ... qui -lime transeant sumpti. LIV. 42, 54, 3 multitudo ... ad subeundum ... proelium haud -e sufficiebat. VITR. 2, 4, 2 *harena* ... -lter siccescit (*cf.* PLIN. nat. 19, 120 quae in cortice sunt, -lime inarescunt. 19, 157 arescit). CELS. 5, 28, 18 sanescit (PLIN. nat. 17, 214). 7, 7, 2 *tuberculum* -lter maturescit. SEN. nat. 2, 15. COLVM. 3, 6, 3 ne -lter acinus ingrandescat. arb. 1, 3 -ius convalescit *semen vitis* (*cf.* 3, 7). PLIN. nat. 15, 12 *olivae* nisi ante favonium collectae ... -ius cadunt. 16, 139 cupressus advena et -lime nascentium fuit (20, 220 *atriplex* -lter in Italia nasci). 19, 117 *opp.* celerrime. 31, 66. CAEL. AVR. acut. 1, 2, 31 febris ... -e ad superficiem corporis ascendens (*fortasse i. q. raro cf. IV.* 1, 2, 35).
c *verba sunt impersonalia*: PLIN. nat. 36, 96 -lime hoc contigit. LACT. inst. 6, 4, 9 intellegitur ... bonis *ea* quae optent -e procedere, quia difficili et arduo itinere gradiuntur. *cf. I A 2 d.*

2 *accedit verbis* ***passivis*** *notione personae agentis non expressa*:
a *subiectum est animans*: SEN. contr. 1 pr. 20 ut, memoriae eius quotiens occasio fuisset, -lter avellerer. CVRT. 9, 2, 16 cum ... nec facile capiatur multoque -ius mitigetur *elephantus.* COLVM. 8, 10, 1. SEN. epist. 50, 5 nemo -lter ad naturam reducitur, nisi qui ab illa defecit. PLIN. nat. 7, 25. 9, 41. 10, 68. 32, 14. SVET. Iul. 29 -ius se ... detrudi. TERT. apol. 48 non -e factus es quod nunquam fuisti. EXVP. 8 -e vinceretur, nisi a suis esset occisus. SOL. 30, 26. HIER. epist. 3, 6 *amicus* vix invenitur, -e servatur. VVLG. eccles. 1, 15 perversi -e corriguntur. Sirach 26, 28 *cf. p. 1085, 23.* *adde*: SALL. Catil. 14, 5 eorum animi ... haud -lter capiebantur. AVG. civ. 14, 19 quod ... *partes animi vitiosae* (*sc. contra rectam voluntatem*) moventur ... alias facilius, alias -ius. PLIN. nat. 9, 148 intellectum inesse *spongeis* apparet, quia, ubi avulsorem sensere, multo -ius abstrahuntur. *in imagine*: HERM. Pal. mand. 12, 1, 2 -e mansuetatur mala *concupiscentia* (δυσκόλως ἡμεροῦται).
b *subi. est res corporea*: COLVM. 2, 7 quia solum cum -lter tractetur, tum ne tractatum quidem gratiam refert. 6, 36, 2 cum -lter iniecta genitalibus locis animentur semina. PLIN. nat. 11, 82 *licia araneae in summa parte* -lter cernuntur. 17, 44 stipula -lter caeditur propter lapides (24, 2 arbores). 17, 298. 20, 203 *opium fucatum* accenditur ... -ius. 25, 27. 88 *herba* tunditur -lter (26, 46 -e). 27, 120 semen durum et quod -e vellatur. 33, 93 *al.* VLP. dig. 33, 6, 3, 1 *dolia*, quae per magnitudinem -e moventur. SOL. 15, 24. AMM. 15, 10, 5 calles -e pervaduntur. VVLG. eccles. 4, 12. *adde: active incerto subiecto*: PLIN. nat. 18, 115 pisunt *alicam adulterinam* cum harena et sic quoque -lter deterunt utriculos.
c *subi. est res incorporea*: VARRO ling. 9, 76 *verba* quae ex multitudine cum transeunt in singulare, -lter efferuntur ore. LIV. 37, 45, 18 regum maiestatem -ius ... detrahi. SEN. contr. 7 pr. 5. TAC. ann. 4, 69 maesta, ubi semel prorupere, -ius reticentur. FRONTO p. 96, 19 N. quanto ... ampliores sententiae creantur, tanto -ius verbis vestiuntur. PAPIN. dig. 20, 1, 1 pr. -ius ... actio dabitur (VEG. mil. 2, 19). IVST. 24, 4, 8 quasi bella non -ius quam scelera patrarentur.
d *subi. est pronomen neutr. gen.*: RHET. Her. 4, 18, 26 expedit illud quod est dubium, ut dilui non possit aut multo -lime possit (*cf. l. 58*). CIC. S. Rosc. 116 quae -lime praecaventur. CAES. Gall. 7, 58, 2 postquam id -ius confieri (confici *Q*²) videbat. SEN. dial. 9, 10, 5 quae aut non possunt fieri aut -lter possunt (AVG. civ. 4, 5 -lime). *impers.*: CAES. civ. 1, 62, 1 etsi -lter atque aegre fiebat. *cf. l. 57.* VITR. 1, 5, 2 in quibus *oppidis* ... anguli murorum procurrunt, -iter defenditur.

B ***speciatim*:** **1** *accedit verbis ad intellectum, sensum, iudicium, fidem pertinentibus*: CIC. de orat. 3, 33 quod minime sibi quisque notus est et -lime de se quisque sentit. 3, 49 cum -ius intellegatur *eqs.* (PLIN. nat. 7, 109 nec -lter. GAIVS inst. 3, 219 non -iter. HIL. trin. 7, 30 HIER. epist. 15, 1, 1). ac. 2, 49 ut *visum* -iter a vero internoscatur (2, 50. *cf.* 2, 47 perdifficiliter. 2, 48 non facile. PAVL. dig. 18, 1, 5 quia -e dinosci potest liber homo a servo). ad Q. fr. 1, 1, 12 ut quisque est vir optimus, ita -lime ... suspicatur. VARRO ling. 9, 25 ubi -ius reperitur *seq. enunt. interr.* (*cf. p. 1093, 55*). SEN. contr. 7, 1 (16), 17 -lter postea in me parricidium credes (TERT. nat. 1, 2 quamquam confessis -e creditis. VAL. dig. 26, 1, 70, 1 -e ... crederis ... hoc fecisse. SIDON. epist. 3, 3, 3). COLVM. 5, 3, 1 his ... primordiis ... praeceptis non -iter mensuras inibimus agrorum. PLIN. nat. 10, 203 haud -lter apparet. 12, 68 nostri unguentarii digerunt (*i. discernunt*) haud -lter *murram.* QVINT. inst. 1, 3, 3 hic meus *discipulus* quae traduntur non -lter accipiet (*cf.* HERM. vulg. [Pal.] sim. 9, 22 -e discentes [δυσμαθεῖς]). 11, 2, 28 iis, quae -ius haereant, aliquas apponere notas. PLIN. epist. 9, 36, 2 cogito ... nunc pauciora nunc plura, ut vel -e vel facile componi teuerive potuerunt. SOL. 10, 1 quas *gentes* qui sedulo experiri velint, non -lter deprehendent *eqs.* PANEG. 4 (9), 20, 3 quo manifestius oculis docerentur, quae -ius percipiuntur auditu. SCHOL. Cic. Gron. p. 396, 25 'obscurum' est quod -e invenitur. VVLG. sap. 9, 16 -e (μόλις) aestimamus quae in terra sunt (*syn.* invenimus cum labore). AVG. in psalm. 102 serm. 2, 1 quod

-ius quaeritur, solet dulcius inveniri. civ. 3, 27 ut -e iudicaretur *seq. interr. ind.* 11, 13. 15, 27 p. 120 quae obscurius ... dicta sunt et -ius agnosci queunt. MART. CAP. 3, 167.

2 *accedit verbis ad patientiam pertinentibus*: CIC. Verr. 4, 95 quem *aculeum* pati viri boni -lime possunt. Att. 12, 40, 2 ut -ius otium ferant quam ego laborem (CELS. 2, 4 -lter ferre morbum [2, 8]). QVINT. inst. 1, 12, 8 verendum est, ne laborem studiorum pueri -ius tolerent (TAC. ann. 4, 72 id aliis quoque nationibus arduum apud Germanos -ius tolerabatur. AMM. 18, 4, 5 quis *spadonum* ferret examina, quorum raritas -e toleratur? [*i. qui quamvis rari sint aegre tolerantur*]).

3 *accedit verbis ad corporis actiones naturales pertinentibus*: CATO agr. 122 si lotium -ius transibit (*cf.* capp. 131 si -e emittit vesica. CELS. 2, 7 -lter urina redditur [*al.* SCRIB. LARG. 186 -lter et cum dolore. *al.* PLIN. nat. 23, 49 *al.*]. CAEL. AVR. acut. 2,3,15). CELS. 1, 3 si -ius *vomit*. 2, 7 spiritus -ius trahitur (2, 12, 2 redditur [*al.*]. 8, 14 movetur. *cf.* SCRIB. LARG. 94 spirant. PLIN. nat. 20, 143. *in imagine*: PHAEDR. 3 epil. 29 -lter continetur). CELS. 2, 6 quae -lter partum edit (*cf.* PLIN. nat. 7, 42 *eniti*. 10, 32 -lter parere. *al.*) 4, 12 *cibi frigidi* ... -lter concoquuntur (PLIN. nat. 28, 54 concoqui ... -ius a supinis. *cf.* PLIN. nat. 11, 282 -lter ... perficiuntur omnia in cibis acria, aspera *eqs. al.* MACR. sat. 7, 8, 2). SCRIB. LARG. 94 qui -lter glutinose excreant. 106 purgantur. AVR. Fronto p. 89, 13 N. scio, si vel -lter ingredi posses, venturum te ad nos fuisse (*cf.* FRONTO p. 136, 22 N. -e progredientem paene portasti). CASS. FEL. 37 p. 81 minime et -lter transvorare. *sim.*: PHYSIOGN. 23 qui ... habent sensus -e incipientes et -e desinentes.

4 *accedit verbis medicorum operam significantibus*: CIC. Tusc. 4, 32 aegrotationes ... morbique animorum -ius evelli posse putantur quam ... vitia. VITR. 1, 6, 3 vitia ... quae -lter curantur ... -lter medicantur, quod *eqs.* (CELS. 4, 26 *al.*). CELS. 5, 18, 17 *tubera* -iter concoquuntur (*i. molliuntur*). 5, 28, 4 sacer ignis ... -lime tollitur (*al.*). 6, 6, 37. 7, 7, 6. 7, 26, 3 *al.* 8, 10, 4 et -e et periculose. SEN. epist. 118, 17 aliquid -lter secari cogitavimus: ... crescente difficultate insecabile inventum est. PLIN. nat. 22, 143 ulceribus -e cicatricem trahentibus. 28, 153 -ius sese recolligentes a serpentium ictu. CHIRON 51 *vulnus* -iter sanatur. *al.* *translate*: SEN. dial. 4, 18, 2 -lter reciduntur vitia, quae nobiscum creverunt.

II *i. q.* ***non libenter, invito animo***: SEN. benef. 1, 1, 6 timide negavit aut promisit, sed -lter, sed subductis superciliis. QVINT. decl. 305 p. 195, 23 quanto -ius finibus careant qui exilium non meruerunt. APVL. apol. 4 non -e ei respondissem, quod Homericus Alexander Hectori. met. 4, 17 non -lter assensus ... facile permisit. Plat. 2, 20 quod nihil morose vel -lter excipiat. ITIN. Alex. 26 neque -e ceteri ... secuti sunt regis exemplum. SIDON. epist. 4, 6, 2 nec -lter applicor etiam tuta metuentibus. 8, 11, 8. FERRAND. epist. 7, 15 quare -e aut raro ad ecclesiam pergit?

III *i. q.* ***vix, aegre***: FRONTO p. 160, 4 N. se ... -e dignitati servire. HERM. Pal. sim. 8, 10, 2 -e autem aliquis eorum morietur (*i. peribit. δυσκόλως*). PS. CYPR. singul. cler. 3 -e quis venenum bibet et vivet. TERT. virg. vel. 14 *virgo* -e mulier semel fit (*i. corrumpitur*). *cf.* TRAIAN. Florent. dig. 29, 1, 24 non -lter (*i. facile, forte*) post mortem alicuius militis testis existeret.

IV *accedit notio raritatis*: CIC. Lael. 64 verae amicitiae -lime reperiuntur in iis, qui *eqs.* SEN. dial. 9, 12, 6 neminem ex omnibus -ius domi quam se convenit. POMPON. dig. 1, 2, 2, 9 quia -e plebs convenire coepit, populus certe multo -ius in tanta turba hominum. SCAEV. dig. 33, 1, 13, 1 *opp.* assidue. SPART. Hadr. 8, 7 senatus fastigium in tantum extulit -e faciens senatores. SCHOL. Hor. ars 80 -e hoc metro tragoediographi utuntur. VEG. mil. 3, 8 -e hostis ad ea loca audet accedere. 4, 10. 38. AVG. epist. 78, 9 -e sum expertus *eqs.* VVLG. Sirach 13, 32 vestigium cordis boni et faciem bonam -e invenies (INSCR. christ. Rossi I 281 [*a. 379*] cuius industria ... -e [dieicile *lapis*] invenire [*i. inveniri*] poterit. AVG. serm. 5, 3 -e invenis duo grana simul iuncta). CASSIAN. conl. 12, 16, 1 quae fides ... tam -e ... possidetur. SIDON. epist. 2, 7, 1 copiam tui iurgantibus -e concedis.

difficilitās (GLOSS.) *v. l. 75.* **difficiliter** *v. p. 1091, 1.*
difficul *v. p. 1082, 51.* **difficulitās** *v. l. 72.*
difficulta *v. l. 73.*

×difficultās, -ātis *f.* [*a* difficilis, *cf.* facultas. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 87 facul antiqui dicebant ... pro facile; unde facultas et -s videntur dicta. difficulitates: CORP. V 1874, 15 (*sub imp. Marc. Aurel.*). difficulta: PLAC. med. 27, 2 sine -a (*sic traditur*). *gen. plur.* -ium: LIV. 9, 31, 14 PS. QVINT. decl. 5, 13. GLOSS. δυσκολία. δυσχέρεια. labor aut difficilitas vel dubietas (*cf. sub V*). *legitur inde a* PLAVTO, *pluralis primum* RHET. Her. 4, 56, 69. *de usu plurali nota p. 1095, 13.* [*loc. dub.*: SEN. benef. 6, 37, 3. *sententia turbata*: EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. 21 propter ... -es itinerum saltuosa, *ubi aut* -es *abundat aut* saltuosa.]

I *i. q.* ***laboriositas, onerositas, repugnantia*** (*cf.* difficilis *sub III*): **A** *de actionibus et rebus incorporeis*: **1** *cum genet. subst.*: RHET. Her. 4, 7, 10 rei, non nostra -e (CIC. div. in Caec. 40 magnitudinem rerum et -em [de orat. 1, 16]. LIV. 37, 58, 7 fama id maius bellum quam -e rei fuisse. APVL. met. 6, 14 rei vastae). CIC. Verr. 4, 190 vecturae. 5, 11 rei nummariae. leg. agr. 2, 83 belli (LIV. 28, 43, 12 APVL. Socr. 18 p. 159 VOPISC. Aurelian. 26, 2 AMM. 24, 1, 1). dom. 12 -em annonae summamque inopiam rei frumentariae ... nemo negat (CAES. Gall. 7, 17, 3. VELL. 2, 94, 3 maximam -em annonae ac rei frumentariae inopiam. SVET. Aug. 41. CORP. V 1874, 15. *cf.* VEG. mil. 3, 1 rei frumentariae). CIC. epist. 15, 2, 1 cum ... neque maturius propter itinerum (*v. infra l. 77*) et navigationum -em venire potuissem (BELL. Alex. 69, 1 SEN. suas. 1, 10). LIV. 36, 29, 2 ad iram accedebat ... -s eorum quae imperarentur. 44, 39, 6 his -bus et impedimentis pugnae. PAVL. FEST. p. 110 artis. COLVM. 6, 2, 8 operis (10 praef. 4. TAC. ann. 1, 79 operum. PLIN. epist. 6, 10, 3). PLIN. nat. 10, 118 verbi (*de pronuntiatione*). QVINT. inst. 2, 17, 4 materiae (PLIN. epist. 3, 13, 2). 7, 1, 32 probationis. 8 pr. 2. PS. QVINT. decl. 16, 20 tam magni beneficii -em ab amico non accipere (*i. non pati, ut -em subeat*). TAC. hist. 4, 9. 16 PLIN. epist. 2, 11, 11. TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 406, 11 intellectūs (*cf.* HIL. op. hist. frg. 1, 3 publicae intellegentiae). 5, 3 p. 576, 27 ut fierent ... aspera in rectitudinem ..., id est legis -es in euangelii facilitates (HIL. in Matth. 11, 8. 13). HIL. in Matth. 5, 8 ex -bus quaestionum inutilium quaedam utendarum praesentium voluptatum ratio quaesita est. 20, 5 negotiorum (AMM. 24, 8, 3). MART. CAP. 2, 143 -em superae consessionis (*i. ascendendae sedis excelsae*) evicit. APRING. in apoc. 20, 6 secundam nobis -em sensūs (*i. intellectus*) adduxit. -s rerum, temporis *i. q. importunitas, iniquitas*: SALL. Catil. 57, 2 ex -e rerum eadem illa existumans ... Catilinam agitare (EPIST. imp. Aug. Suet. Tib. 21 inter tot rerum -es ... non potuisse quemquam prudentius gerere se. SEN. dial. 1, 4, 5 quotiens *deus* illis materiam praebet aliquid animose fortiterque faciendi, ad quam rem opus est aliqua rerum -e. epist. 21, 7 *al.* AMM. 31, 16, 3 *Halanis* rerum asperarum -bus induratis. AVG. serm. 351, 4 non itaque taedio frangatur in -bus rerum *eqs.*). CIC. Verr. 4, 126 (*epistula Metelli*) ut temporis -s tulit (5, 14. VAL. MAX. 5, 6, 8 ad sustentandam temporis -em. SEN. dial. 7, 15, 5 temporum. epist. 83, 23 victā temporum locorumque -e. *cf.* AMM. 21, 6, 7 hiberni temporis). *rerum ad intellegendum difficilium i. q. obscuritas*: PLIN. nat. 18, 206 prius tamen sideralis -s ... subicienda contemplationi est. *cf.* 18, 210. 223 nec ... concidenda ratio est et -s rerum augenda. QVINT. inst. 12, 3, 7 quae scripta sunt aut posita in more civitatis, nullam habent -em. HIER. epist. 39, 1, 3 Hebraeae linguae. CASSIOD. inst. div. 22 Augustinus ... in quibusdam libris nimia -e reconditur. INST. Iust. 2, 23, 7 nobis in legibus magis simplicitas quam -s placet (*aliter supra l. 17*). *metonymice*: NICET. psalm. p. 80, 2 melodia consentiens ... religioni ..., non quae tragicas -es (*i. obscura tragoediarum argumenta*) exclamet. *i. q. pertinacia*: SCRIB. LARG. 107 propter -em naturalem vitiorum. **2** *cum genet. gerund.*: CIC. inv. 1, 51 quod praecipiendi ... summa -s *est*. p. red. ad Quir. 23 odium ... potest ... -e ulciscendi leniri. de orat. 1, 82 navigandi (epist. 3, 9, 4. CAES. Gall. 3, 12, 5 erat ... raris ac prope nullis portibus -s navigandi). CAES. Gall. 4, 17, 2 faciendi pontis. PLIN. nat. 36, 69 accessit -s mari Romam devehendi (*sc. obeliscum*). 37, 197 veras *gemmas* a falsis discernendi magna -s. QVINT. inst. 7, 1, 32 probandi (GAIVS inst. 4, 74. TERT. anim. 2 *opp.* operositas suadendi). 11, 3, 52. VOPISC. Car. 20, 5 lineas ... plumandi -e pernobiles. AMM. 22, 15, 28 *pyramidum* diuturnas surgendi -es ... Herodotus docet. SVLP. SEV. chron. 2, 34, 3.

B *de corporis actionibus naturalibus morbo vel vitio impeditis*: CELS. 2, 1 obesi ... -e spirandi strangulantur (PLIN. nat. 20, 183 *plur. cf.* CELS. 2, 7 spiritus. *al.* CAEL. AVR. acut. 3, 2, 7 spirationis). CELS. 2, 1 urinae -s, quam στραγγουρίαν appellant (*al.* 2, 7 si urinae crebra cupiditas, sed magna -s est. PLIN. nat. 22, 46 *herba* facit ⟨ad⟩ -em urinae. HIER. adv. Iovin. 2, 6 laxatur. THEOD. PRISC. log. 110 quod ... -em aperiat. CASS. FEL. 46 p. 115, 14 dysuria est urinae -s. ORIBAS. syn. 1, 32 -em patiuntur. *plur.*: PLIN. nat. 20, 63 urinae -es sucus *lactucarum* emendat. 20, 117 *mederi*. 22, 152 *corrigere*. 24, 152 bibitur ad -es urinae et vesicae. *al.* GARG. MART. med. 2 *resolvere*. *cf.* PLIN. nat. 30, 67 contra calculos et alias -es vesicae [PS. APVL. herb. 2, 24]. CAEL. AVR. chron. 5, 4, 60 mictus tarditas ac -s). CELS. 4, 16 in intenta ambulatione cursuque dolor et quaedam -s est. PLIN. nat. 26, 155 mensum (*de feminis*). TERT. adv. Val. 3 p. 180, 5 somni. VVLG. gen. 35, 17 partus. CAEL. AVR. acut. 2, 1, 8 sensuum (*i. q. hebetudo, de lethargia*). *ibid.* -s transvorandi subsequetur. *latiore sensu fere i. q. molestia*: CELS. 2, 2 num cui saepius horum aliquid eveniat neque ideo corporis ulla -s subsequatur. SCRIB. LARG. praef. p. 3, 16 -es adversae valetudinis. 171 liberati hac -e (*de aquae timore*). *cf.* AVG. civ. 13, 19 p. 583 ut ... *sanctorum* carni *post resurrectionem nihil* corruptionis vel -is ... possit accidere. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 143 sensus laborantium quadam -e laterum.

C *de locis* (*cf. p. 1095, 23. 1096, 3*): CIC. epist. 15, 2, 1 itinerum (*cf. l. 7.* LIV. 38, 40, 6 itineris. *al.* VELL. 2, 54, 3 TAC. ann. 13, 53 APVL. met. 7, 6). VARRO rust. 2, 10, 3 callium -em ac montium arduitatem atque asperitatem *non* facile ferunt. CAES. Gall. 7, 56, 2 viarum (civ. 1, 70, 1. LIV. 40, 22, 6 viae *al.* AMM. 20, 10, 2. VEG. mil. 3, 10 paludum et viarum). HIRT. Gall. 8, 19, 6 locorum (BELL. Alex. 60, 5. BELL. Hisp. 9, 1 loci. SALL. Iug. 98, 5 LIV. 33, 8, 4 VELL. 2, 115, 2. SEN. dial. 6, 18, 5 seclusas nationes locorum -e. CVRT. 7, 11, 4 loci

-e spectata. TAC. Agr. 17 PLIN. epist. 9, 39, 6 TREB. Gall. 10, 8. VVLG. II Macc. 13, 18. SVLP. SEV. chron. 2, 15, 10 -e locorum comperta). LIV. 5, 26, 5 aditus (SEN. nat. 6, 1, 6). COLVM. 2, 4, 10 hac ratione -s acclivitatis (*in arando; cf. p. 1099, 55*) infringitur. DICT. 6, 8 saxorum. AMM. 28, 5, 1 Oceani -bus permeatis.

D *de aliis rebus corporeis: proprie*: SVET. Nero 41 de ratione ac -e cuiusque *organi hydraulici* disserens (*cf.* FRONTO p. 40, 11 N. *p. 1096, 70*). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 12 panis aquae ... elutione purgatus, quo -e (*sc. concoctionis*) deposita politus fiat. *translate*: QVINT. inst. 2, 17, 4 exercere ingenia materiae -e (PLIN. epist. 3, 13, 2). 3, 8, 49 in *prosopopoeiis* ad reliquum suasoriae laborem accedit etiam personae -s.

pluralis varias -is causas indicans: RHET. Her. 4, 56, 69 quod alii cum molestia tribus de causis ... faciunt (*enumerantur causae*) ... quae ab nobis absunt omnes -es. CIC. inv. 2, 169 posse ... fieri, quod quamquam ... plurimas aut maximas causas habet -is, tamen, his susceptis -bus, confieri ... potest. part. 95 dissuadentibus ... efficiendi -es efferendae *sunt*. CAES. Gall. 3, 10, 1 erant hae -es belli gerendi, quas supra ostendimus. BELL. Alex. 44, 1. LIV. 25, 11, 12 omnes praesentes -es. QVINT. inst. 7, 2, 44 hic tractatur locus, tempus, ut furtum ... tempore vel diurno, cum testes plures, vel nocturno, cum maior -s. inspiciuntur itaque -es occasionesque. *adde numerum ad genetivum attributivum assimilatum*: CAES. civ. 1, 70, 1 exercitum Caesaris viarum -es tardabant. HIRT. Gall. 8, 41, 3 locorum vincere -es. SEN. epist. 28, 7 cum -bus rerum magno animo colluctatus. *cf. sub III et IV*.

II *de personis i. q. duritas*: CIC. Mur. 19 multorum ... arrogantiam pertulit, -em exsorbuit. epist. 7, 17, 2 cum ille (*Caesar*) aut occupatione aut -e tardior tibi erit visus. SEN. dial. 2, 14, 1 quidam ... contumeliam vocant ostiarii -em. PLIN. paneg. 79 nulla in audiendo -s. 91 qui beneficiis suis commendationem ex -e captabant (*cf.* PANEG. 12 (2), 19, 1 *p. 1098, 19*). DON. Ter. Andr. 175 'lenitas' clementia et facilitas, cui contraria asperitas et -s. Hec. 159 malignus est qui -em sui ostendit. OPTAT. 2, 16 nec -em praebuit, quem rogastis. QVEROL. p. 26, 14 magna hercle hominis -s et persuasio (*i. difficile ei persuadetur*). *adde*: HIL. in Matth. 15, 5 silentium domini ... non ex voluntatis -e proficisci. *huc fortasse trahas*: LIB. iubil. 24, 19 vocavit Isac nomen putei '-em' (VVLG. gen. 26, 20 calumniam, ἀδικία).
de eo qui a se ipso non potest impetrare, quod fieri cupit: SEN. dial. 4, 20, 4 frigidis non est ab ira periculum, sed ignaviora vitia metuenda sunt, pavor et -s et desperatio *eqs. cf.* CAEL. AVR. chron. 3, 5, 69 (*inter signa icteri*) animi -s.

III *i. q. condicio difficilis, impedita, periculosa, calamitas, plerumque de re bellica vel pecuniaria*: CIC. Quinct. 10 tot tantisque -bus affectus atque afflictus. div. in Caec. 8 populus Romanus ... tametsi multis incommodis -busque affectus est (PS. ASCON. *ad l.* -e paupertatem significat ... et ipse alibi). Verr. 3, 69 ostendit se in summa -e esse nummaria (Att. 10, 14, 1 propter utriusque -em pecuniariam). *ibid.* expositis suis -bus (SPART. Hadr. 6, 5 aerarii). 6, 51 quod ... integra re nullis p. R. -bus ... assequi non potuerunt (*sequitur* in -e navium *v. p. 1096, 35*). agr. 2, 83 belli -es (*bis*). Catil. 1, 14 praetermitto ruinas fortunarum tuarum ...; ad illa venio, quae ... non ad domesticam tuam -em ... pertinent. fat. 39 *cf. p. 1099, 16*. Att. 7, 18, 4 huius publicae -is. epist. 13, 7, 2. CAES. Gall. 6, 34, 7 in eiusmodi -bus quantum diligentia provideri poterat providebatur. civ. 3, 15, 3 erat res in magna -e (*syn.* angustiae). HIRT. Gall. 8, 40, 5 qua -e eorum (*i. oppidanorum*) cognita (*cf.* BELL. Afr. 2, 5, 1 cognitis Caesaris -bus). SALL. Iug. 45, 1 in ea -e Metellum ... sapientem virum fuisse. LIV. 7, 27, 4 fides ... publica privatis -bus potior ad curam senatus fuit. 26, 21, 17 inter has -es ... praetor ... militum animos ... sedavit. SEN. benef. 5, 12, 1. dial. 9, 10, 4 adhibe rationem -bus; possunt et dura molliri et angusta laxari *eqs.* epist. 78, 15 in ipsis positus -bus. PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 37 accepta (*i. audita*) -e necessitatium domesticarum. APVL. flor. p. 30 agnosco ... -em meam. PANEG. 3 (11), 13 homines privatis rebus intenti ... propriis -bus implicantur. AMM. 15, 2, 2. COD. Iust. 4, 20, 19, 2 pro alienis commodis suas invenire -es. *fere i. q. periculum*: APVL. met. 8, 15 ut ... vitantes undique latentes insidias ... -es illas transabiremus. FRONTO p. 45, 24 N. ut ... insula Aenaria ... aliam insulam protegit ab omnibus periculis ac -bus tutam ..., item pater tuus imperii Romani molestias ac -es ipse perpetitur. ITIN. Alex. 15 socius -is.

IV *i. q. impedimentum, obstaculum*: PLAVT. Epid. 290 *v. p. 1096, 48*. TER. Hec. 666 neutra in re vobis -s a me erit. RHET. Her. 4, 56, 69. CIC. inv. 1, 22 *v. p. 1096, 49*. ac. 2, 7 etsi ... omnis cognitio multis est obstructa -bus. ad Q. fr. 2, 13, 2 fortasse ... vincet tuus amor omnes -es. CAES. Gall. 7, 59, 6 tantis subito -bus obiectis. SALL. Iug. 90, 1 contra tantas -es consilio satis providere non poterat. VELL. 2, 120, 4 omnibus -bus superatis, quas ... vis hostium faciebat inexsuperabiles. SEN. benef. 3, 33, 1 tot pericula ... contempsit, tot oppositas -es. epist. 13, 1 multae -es hinc et illinc apparuerunt. CVRT. 6, 6, 27 ut erat animi semper obluctantis -bus. 7, 11, 17 per has ... -es enituntur in verticem montis. 9, 2, 10 cum per tot naturae obstantes -es secuturi essent. PLIN. nat. 8, 86 *serpens* perrumpit omnes -es. QVINT. inst. 12 pr. 1 per omnes -es animo me sustentavi. AVG. in psalm. 106, 5 se ligatum -bus cupiditatum ...; inclusum se sentit -e vitiorum et tanquam muro impossibilitatis erecto *eqs.* *metonymice*: -es *i. q. loca difficilia*: PLIN. nat. 25, 27 effossam *herbam moly* inter -es saxeas. SOL. 50, 2 quarum -um terminum facit iugum mari imminens. VEG. mil. 3, 10 ad transitus fluviorum, ... ad silvarum angustias aut viarum -es superventūs ... disponat.

V *i. q. difficilis deliberatio, difficile discrimen, dubitatio,* ἀπορία: CIC. fin. 4, 68 *syn.* angustiae. part. 89 quia ... persaepe evenit, ut utilitas cum honestate certet ..., ad hanc -em explicandam praecepta referamus. SEN. benef. 3, 12, 4 utrum ... munere ... astringor, an *eqs.* ...? quomodo ... aestimabis, utrum ..., an ...? dies me deficiet omnes -es persequi temptantem. 5, 12, 1. PLIN. nat. 11, 47 propior ... prior existimatio fieret, ni rursus alia -s occurreret. QVINT. decl. 325 p. 279, 16 -bus quoque utendum est *in controversiis scholasticis*. PLIN. epist. 4, 9, 9 veniam ergo peterem? ... tamquam recte factum tuerer? ... in hac -e placuit medium quiddam tenere. HIL. trin. 3, 14 quae hic -um quaestiones sunt et quae pugna verborum est? 5, 31 quamquam ... omnis hic propheticus sermo nullam reliquerit -em, quin deum significasse intellegatur. AVG. civ. 22, 8 sine -e vel dubitatione. 22, 24. 29. *nota seq. enunt. interr.*: CAES. Gall. 7, 6, 2 magna -e afficiebantur, qua ratione ad exercitum pervenire possent. PAVL. dig. 6, 1, 6 quamvis et in vasis occurrat -s, utrum ..., an *eqs.*
c *cum nomine rem quasi personatam significante*: VARRO rust. 1, 54, 2 in vindemia -i. frg. Non. p. 66, 25 agrorum cultus (CIC. inv. 2, 161). RHET. Her. 1, 2, 3 ratione (CIC. top. 6 APVL. Plat. 1, 3 AMM. 17, 8, 2 *al.*). 3, 11, 19 memoria. 3, 20, 34 notatione. CIC. inv. 2, 17 ratiocinatio . . . -s et considerata. 2, 135 scriptura (de orat. 1, 150 assidua ac -s scriptura). de orat. 1, 60 sine -issima pervestigatione. Brut. 143 latine loquendi accurata et ... -s elegantia. orat. 78 quaedam etiam neglegentia est -s. div. in Caec. 73 severam -emque accusationem. Verr. 4, 216 praeturam. Pis. 14 relatio. Phil. 7, 3 cautio. nat. deor. 1, 50 magna ac -i contemplatione. 2, 140 providentiam ... -em tamque sollertem. off. 1, 127. epist. 2, 19, 2 commendatio (13, 51). ad Q. fr. 1, 1, 12 integritatem ... cautiorem ... -iorem (1, 1, 23 officium -entis et moderati imperii. *al.* RVT. LVP. 1, 13 -s studium virtutis. LIV. 41, 27, 13 moribus quoque regendis -s et severa censura fuit. VITR. 1, 3, 2 electio. 5, 8, 2 animadversio. 10 pr. 3. SEN. contr. 7, 5 (20), 11 nihil est autem amabilius quam -s stultitia (*i. cum diligentia coniuncta*). VELL. 1, 4, 2. 2, 116, 2 VAL. MAX. 2, 9 pr. PHAEDR. 2 prol. 4 industria. SEN. benef. 5, 5, 2. 6, 24, 1. 6, 29, 2 aures (MART. 6, 1, 3). dial. 4, 21, 2. 7, 3, 3 *saepe* CVRT. 4, 1, 4 COLVM. 1, 9, 1. 3, 9, 5. 7, 4, 3 cura (9, 9, 1 *saepe*). PETRON. 24 sciscitatione. frg. 5^b. PLIN. nat. 3, 46 subtilitate. 6, 84 notitia. 14, 146 -i scito legum. *saepe.* QVINT. inst. 1, 8, 18 enarratio historiarum. 5, 10, 61. 10, 3, 5 stilus (TAC. dial. 39). decl. 348 p. 370, 1. FRONTIN. aq. 128 lege. TAC. Agr. 6. PLIN. epist. 5, 5, 3 *libros* absolverat subtiles et -es. *al.* CALL. dig. 49, 14, 5 GAIVS inst. 2, 109. 3, 54 VLP. dig. 11, 4, 1, 7. 16, 10, 7, 3 *al.* LACT. inst. 1, 17, 16 -s, tam sollicita curatio (HIL. syn. 36 sollicita ... multum -ique cautela). ira 10, 22 FIRM. err. 24 HIL. op. hist. frg. 1, 7. AVIEN. ora 710 labos (VEG. mil. 1 pr. labor -s ac fidelis). AMM. 14, 10, 5 navata est opera -s (15, 5, 19. 16, 10, 19. 29, 5, 2. 30, 4, 1. 31, 4, 5). 18, 2, 7. 24, 4, 3. 27, 2, 4 AVG. civ. 3, 18 substitutione. 8, 14. 12, 20. 15, 23 *al.* PS. VICT. VIT. pass. 15. BOETH. arithm. 1, 30 acumen. INST. Iust. 1, 1, 2 -issima atque exactissima interpretatione. 2, 20, 23 tractatu. 4, 18, 12. CORP. III 567 exploratio.

d *seq. genet. obiect.*: CIC. fin. 4, 32 omnis . . . est natura -s sui. Q. CIC. pet. 22 ut spectatorem te officiorum esse intellegant -em. LIV. 7, 3, 7 -s talium monumentorum auctor Cincius. PLIN. nat. 13, 31 -issimi naturae tradunt. 32, 26 medicinae. 34, 81 artis (QVINT. inst. 1, 7, 34). QVINT. inst. 9, 4, 77 Plato, -issimus compositionis. decl. 262 p. 72, 19 in hac civitate -issima iuris. PLIN. paneg. 79, 5 temperamenti. SVET. gramm. 23 rei familiaris. GELL. 2, 26, 11 poeta verborum -issimus (13, 25, 4). 4, 11, 4 vir litterarum veterum -issimus. PS. APVL. Ascl. 8 rerum. TERT. resurr. 32 credendi -ior quam contendendi ... religiosus. SCHOL. Cic. Bob. p. 163 St. curiosus et -s eruendae vetustatis. SYMM. epist. 1, 38 *fortuna* praesentium -s. PS. RVFIN. in Os. 10, 11/12.

e *seq. dativ.*: CIC. rep. 2, 36 Corinthios video publicis equis assignandis et alendis orborum ... tributis fuisse quondam -es. TERT. nat. 2, 9 agros stercoribus iuvando -s fuit.

f *cum praeposit.*: in *c. abl.* (*plerumque gerundii vel gerundivi*): CIC. Brut. 246 prudens, acutus, minime incautus patronus in

causis cognoscendis, componendisque -s. Verr. 1, 29 in quaerendo. 2, 126 in re ... hereditaria. 4, 107. 6, 49. 157 in supplicio. Catil. 3, 17 in perditis rebus. Manil. 58 in uno Gabinio. Cluent. 133. 191 in eo. Balb. 45 Rab. perd. 27. 32. Phil. 2, 110 in Caesaris memoria. rep. 2, 27 div. 1, 94 off. 1, 7 *al.* Att. 4, 1, 1 in custodia salutis meae. 6, 1, 18 homo in historia -s. 12, 33, 2. 13, 6, 4 in tuis multo minus -s quam in meis. *saepe.* SEN. dial. 5, 25, 2 in officio. PLIN. uat. 34, 58 in symmetria. QVINT. inst. 1, 8, 9 oeconomia ... in iis -ior. 3, 1, 18 in tradendo. 10, 1, 79 in compositione. *al.* PLIN. paneg. 51, 1 in tuendo. TERT. orat. 27 in orando. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 23 in pictoribus et plastis -issimus (*i. fastidiosus*). CAPITOL. Alb. 3, 6 in legendis magistratibus -s. in *c. acc.*: EVTR. 10, 16 in amicos liberalis, sed minus -s quam tantum principem decuit. ad: CIC. div. in Caec. 70 ad legum defensionem. Verr. 5, 6 ad reportandum. 6, 80 ad classem ornandam. Catil. 1, 19 ad custodiendum. Phil. 10, 17. epist. 3, 12, 4 -ior ad declarandum. PAVL. FEST. p. 249 ad suffragia ... ferenda. QVINT. inst. 1, 1, 7 ad cetera. PS. QVINT. decl. 2, 2 ad facinus. FRONTO p. 216, 6 N. PS. AVR. VICT. epit. 20, 5. 48, 11. de: CIC. Att. 5, 4, 4 de omnibus rebus. circa: PLIN. nat. 20, 263 circa carduos -issimus videtur. 31, 56 circa haec. EVTR. 8, 7 circa aerarium. OP. imperf. in Matth. 54 p. 946 circa verbum dei. adversus: PLIN. med. 3, 34 adversus omnes morborum incursus ... -issimus.

3 *i. q. parcus, frugi, tenax* (*opp.* prodigus, profusus): a *cum nomine personali vel substantivi vice*: RHET. Her. 4, 34, 46 si quis hominem prodigum et luxuriosum illudeus parcum et -em appellet. CIC. Verr. 5, 39 homo frugi ac -s. SEN. epist. 1, 4 quod apud luxuriosum sed -em evenit. rem. fort. 16, 2 quam multas *coniuges* ... videmus ex -issimis solutissimas, ex liberalissimis rapacissimas. PLIN. epist. 2, 6, 1 *apud* quendam ut sibi videbatur lautum et -em, ut mihi sordidum simul et sumptuosum. CORP. VIII 23908 filius frugalissimus adq. -issimus. b *seq. genet.*: RVT. LVP. 1, 4 pro illiberali -em rei familiaris. SEN. epist. 58, 30 -s sui tutela (*praecedit* parsimonia). 101, 3 non minus patrimonii quam corporis -s. PLIN. epist. 6, 8, 5 est alieni abstinentissimus, sui -s. *fortasse huc pertinet in imag.* PAVL. NOL. epist. 13 negligens ... ventris, quia -s animae. c *seq.* de: PLIN. epist. 4, 13, 8 qui fortasse de alieno neglegentes, certo de suo -es erunt (*nisi ad p. 1183, 18 referre mavis*).

inde adv. ¤**dīligenter** (*de usu v. p. 1181, 49*) *unico loco excepto* (SCHOL. Germ. Bas. p. 82, 5 quod in deos religiosa, in hominibus officiosa -r fuerit) *cum verbis coniunctum legimus, praecipue faciendi et agendi, rarius cognoscendi cogitandive. ex ingenti exemplorum copia pauca admodum attuli, sed fere omnia iuxta posita enotavi. comp. et superl. leguntur inde a* VARRONE *et* CIC. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 54, 4 in Graecis legitur ἀσφαλῶς, id est -r. GLOSS. ἐπιμελῶς. impense. enixe. -ius ἐπιμελέστερον.

1 *i. q. accurate, cum cura, attente,* ἀκριβῶς, (*opp.* neglegenter): PLAVT. Capt. 226 accurate agatur, docte et -r (CIC. nat. deor. 1, 15 epist. 3, 10, 11 APVL. flor. 9 p. 31). TER. Eun. 207 -r facias (500 VARRO rust. 3, 16, 21. COLVM. 12, 38, 8 mundi et -r. APVL. apol. 13 libenter et -r. *persaepe*). 339 ut -r nunties. 505 curate ... -r virginem (Hec. 257 CATO agr. 143 ACC. trag. 598 CIC. Att. 1, 9, 2. 4, 4b, 5 -r [cures *vel* cura *omisso.* 5, 18, 4. leg. 3, 46 Graeci hoc -ius]. 5, 20, 8 *persaepe*). Men. 968 rem heri -r tutetur. CATO agr. 32, 2 -r caveto (67, 2 *persaepe*). *al.* VARRO ling. 6, 10. 78 hic magis promiscue quam -r consuetudo est usa. 10, 7 -r videndum (rust. 1, 40, 1 CIC. inv. 1, 45 de orat. 2, 237 perquam -r videndum. *persaepe*). 10, 75 haec -ius quam apertius dicta. *saepe.* RHET. Her. 1, 6, 9 consideranda sunt (2, 24, 38. 2, 31, 50. 3, 13, 23 CIC. inv. 1, 57. 2, 28. 38. 39. 41 de orat. 2, 114 *saepe*). 2, 8, 12. 2, 9, 13 perscriptum (3, 11, 19 scripsit. CIC. inv. 1, 77 perquisitius et -ius conscripsisse. leg. 3, 49 perite et -r scripsit. Att. 1, 20, 1 -r, officiose. *persaepe cum verbo scribendi*). 2, 27, 43 observaverimus (4, 48, 61 CIC. inv. 1, 82. 89 *persaepe*). 2, 30, 49 exputamus acriter et criminose et -r. 4, 2, 3 eligere (CIC. inv. 1, 8 ingeniose et -r. SEN. benef. 4, 9, 2 COLVM. 7, 9, 1 PLIN. nat. 17, 40 *persaepe*). CIC. *ex. gr.*: inv. 1, 19 -r erunt artificio reperta, cura et cogitatione pertractata. 1, 20 cognoscere (2, 99 *causas* -r penitusque cognoscat. 2, 110 de orat. 2, 362 Q. Rosc. 31 Verr. 3, 135 Cael. 55. GAIVS inst. 1, 93 -ius ... exactiusque causam cognoscat. *al.*). 1, 30 sua -r et enodate narrando. 2, 44 attendamus (Quinct. 22 Verr. 3, 82 *persaepe* VITR. 5, 4, 1 SEN. epist. 10, 1 *al.*). 2, 135 -issime legi obtemperare (Verr. 6, 28 *al.*). 2, 146 quae -issime sancta est (leg. agr. 1, 13 Pis. 90). de orat. 1, 45 audierat (2, 122 Sull. 14 Phil. 1, 38 epist. 3, 5, 1 HERM. Pal. mand. 3, 7 [ἀκριβῶς]. *al.*). 1, 118 quam -r et quam prope fastidiose iudicamus. 1, 156 habenda est ratio -r. 2, 92 persequatur. Brut. 227 rem videbat acute, componebat -r (223 *al.*). S. Rosc. 72 -ius paratiusque venisses (*praecedit* bonorum emptores). rep. 1, 35 non possum ... dicere me in ulla cogitatione acrius aut -ius solere versari. ac. 2, 36 *cum* -issimeque circumspexerit (ad Q. fr. 1, 1, 10 SEN. epist. 70, 5). fin. 4, 79 *quos* tibi studiose et -r tractandos (*alibi haec iunctura cum verbo* 'curandi, *coniungitur, ex. gr.*: Att. 16, 16, 7 epist. 6, 4, 5. 10, 3, 14. 13, 6, 4. 13, 69, 2). off. 2, 54 de re familiari impertiendum, sed -r atque moderate. Att. 1, 6, 2 fac nos quam -issime certiores (1, 14, 7 epist. 4, 14, 4 *saepe*). Att. 2, 4, 1 *hoc* amanter ... -rque conficias. 3, 23, 5 exponis prudenter et -r. 8, 6, 3 fortiter et -r (VAL. MAX. 8, 3, 1 -r ... fortiter executa. PLIN. epist. 2, 11, 19). 14, 22, 1 odorari -ius quid futurum sit. epist. 5, 6, 3 *Antonium* gravissime ac -issime defendi (7, 17, 2 ut gravissime -issimeque potui *commendavi* [*saepe cum hoc verbo*]). 5, 17, 3 officiis amicitiae -r a me sancteque servatis (SEN. epist. 48, 3 societas -r et sancte observata). 6, 5, 1 legitur a me -r et custoditur -issime. 14, 16 -ius facere et cautius (CAEL. Cic. epist. 8, 10, 2 CAES. Gall. 5, 49, 3 HIL. in Matth. 10, 9 EVGRAPH. Ter. Hec. 218 *al.*). ad Q. fr. 1, 1, 20 ius dici aequabiliter et -r. 1, 2, 9 varie -rque monuisse. 2, 1, 3 considerate -rque naviges (AVG. serm. ed. Mai 63, 2 considerate et -r respicite). 3, 1, 21 humanissime -issimeque locutus. Q. CIC. pet. 43 valde ac -r rogatum. 50 assidue, -r petere. CAES. Gall. 7, 60, 1 -r industrieque administrarent (SVET. Dom. 8). *al.* SALL. Iug. 95, 2 optume et -issime omnium. ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 7 bene atque -r ... petere (SEN. benef. 7, 1, 4). LIV. 45, 37, 9 acerbius et -ius circumitae sunt. VAL. MAX. 5, 8, 3 plenissime ... -issimeque auditis testibus. CELS. 6, 18, 3 aduri -r et timide debet. SEN. benef. 2, 32, 1 scite ac -r excipere. 7, 32, 1 nec ideo pigrius dabo, sed -ius. dial. 9, 11, 2 omnia tam -r faciet, tam circumspecte. 10, 18, 3 orbis terrarum rationes administras tam abstinenter quam alienas, tam -r quam tuas, tam religiose quam publicas. epist. 104, 2 ut me -ius amem. *saepe.* COLVM. 7, 5, 17 saepius ac -r ovium terga perspicere (7, 10, 7 arb. 6, 2. APVL. apol. 16 inspexerat saepe ac -r). 12, 52, 10 -r emundatum. arb. 9, 1 *virgas* -r et aequaliter compositas. *persaepe.* PLIN. nat. 21, 178 minime -r demonstrando. *saepe.* MART. 7, 31, 7 o quam, Regule, -r erras (*ironice i. valde, penitus*). QVINT. inst. 6, 2, 23 haec -ius (*sc. tractabimus*) cum de amplificatione dicemus. *persaepe.* PLIN. epist. 7, 17, 8 tanto -ius quanto sollicitius intendo (VVLG. deut. 13, 14 quaere sollicite et -r). *saepe.* SVET. Iul. 48 domesticam disciplinam ... -r adeo severeque rexit. Cal. 36 -r ac lente ... considerabat. Claud. 4 qui vellem -ius et minus μετεώρως deligeret sibi aliquem. gramm. 4 -r aliquid et acute scienterque ... dicere aut scribere. vita Lucani p. 52 confici vero ac proponi *poemate* venalia non tantum operose et -r, sed et inepte quoque. FRONTO p. 47, 8 N. τέχνην alias -ius et subtilius persequemur. *al.* (AVG. civ. 19, 1 -r et subtiliter scrutatus). *persaepe apud* ICTOS, *ex. gr.*: SPART. Hadr. 6, 5 ambitiose ac -r expositis. CAPITOL. Gord. 24, 1 eius saeculum emendatius ac -ius ... perfectum. SVLP. VICT. rhet. 6 p. 316 -ius aliquid et cultius et lectius ... proferendum. VEG. mil. 2, 3 *opp.* neglegenter. HYG. astr. 2, 2 p. 33, 7 verius et -ius navigare (p. 33, 14). VVLG. III Esdr. 8, 27 -r (ἐπιμελῶς, *notione severitatis praevalente*). AVG. civ. 1, 3 -r copioseque tractanda sunt (8, 14. 9, 5). 5, 16 -r et sobrie illa intueantur exempla. 6, 2 quis consideravit attentius ... quis -ius pleniusque (planius *nonnulli codd.*) conscripsit *Varrone*? 7, 19 Caelum enim esse Iovem innumerabiliter et -r affirmant. 8, 22 attentius et -ius intuentibus. 16, 2 haec -r et intellegenter advertens. 20, 21 -ius et distinctius ... intueri. 20, 23 erudite -rque conscriptum. *saepe.* BOETH. mus. 2, 15 p. 246, 10 perquam -issime in arithmeticis diximus. CASSIOD. inst. 6 (*praecedit* attente). 9 plura praestantius et -ius aperuit ... minute ac -r.

2 *fere i. q. emendate, pure*: CIC. Brut. 109 latine -r locutum (140. 166).

3 *fere i. q. considerate* (*cf.* diligentia *II A*): QVINT. decl. 318 p. 251, 29 hoc legato patroni vestri necesse est utrique vestrum -ius vivere (*Gronov.*, videre *trad.*; *seq.* frugaliter vixerit).

4 *fere i. q. amanter sensu Christiano* (*v. supra sub* diligo *p. 1180, 6*): PS. APVL. Ascl. 12 haec est enim merces pie sub deo, -r cum mundo viventibus.

5 *i. q. consilio, consulto, cogitate*: TERT. nat. 2, 6 melius est errare simpliciter, quam ut physici -r. SERV. auct. Aen. 4, 555 -r virum strenuum non ante facit requiescere, quam rite omnia paravisset.

6 *i. q. festinanter*: ITALA exod. 12, 11 (Lib. iubil. 49, 13) comedetis illud -r (μετὰ σπουδῆς, VVLG. festinanter).

7 *i. q. commode*: CHIRON 136 ut -r iaceant.

8 *i. q. secure,* ἀσφαλῶς (*v. p. 1176, 21. 1183, 44*): ITIN. [Silv.] 6, 2 -ius et securius iam in eo loco ... ambulant nocte.

9 *i. q. recte*: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 12 p. 32, 13 divisionem generis -r agnosces.

part. perf. pass. pro adi. ¤**dīlēctus**, -a, -um. PAVL. FEST. p. 73 -us militum, et is qui significatur amatus, a legendo dicti sunt. DIFF. Suet. p. 278 Reiff. (delectus ... certus) militum numerus ... -os maxime diligimus, ut filios, parentes, fratres (= GRAMM. suppl. 288, 1). HIER. in Philem. 1. GLOSS. -us ἀγαπητός. carus -a ἠγαπωμένη. electa. -um carum. -issimus ἠγαπημένος. *persaepe vis substantiva praevalet.* -um habere *v. p. 1178, 52.* *compar. legitur*: CLAVD. rapt. Pros. 3, 74. *superl. inde a* STAT.

i. q. carus, amatus, gratus: 1 *generatim*: a *de personis*: OV. met. 9, 308 una ministrarum ... faciendis strenua iussis, officiis -a suis (*i. propter o.*). PLIN. nat. 35, 119 ob id (*sc. amorem in feminas flagrantem*) deas pingens, sed -arum imagine. HOMER. 101 Achivos. SVET. Aug. 98 ex -is unum. ITALA gen. 22, 2 (Aug. loc. hept. 1, 69 p. 518, 9 *al.*) filium tuum -um (τὸν ἀγαπητόν, ὃν ἠγάπησας, VVLG. tuum unigenitum quem diligis). Phil. 4, 1 (Mar. Victorin. in

Phil. p. 1227^B) fratres -issimi (ἀγαπητοί, VVLG. carissimi). *sic admodum frequenter cum* filius *sim. coniungitur, sed* VVLG. *nisi aliud, ut supra, praebet*, -us *vel* carissimus *praetulit*, ITALA *et* ECCL., *praecipue* HIER., *elativum, at cf.* epist. 57, 12, 2 ἀγαπητός -us est, non -issimus. PRISCILL. tract. 4, 76 -issimi in deo. AMM. 19, 1, 10 iuvenis nobilitate commendabilis et -us. SERV. ecl. 2, 1 hunc . . . -um fuisse Pollionis. AMBR. paenit. 2, 10, 96 veteri occurrisse -ae. HIER. in Matth. 4, 26 canticum -o canit (epist. 65, 4, 3 canticum . . . canitur carissimo atque -o. *saepe*). epist. 65, 8, 1 ad amantissimum et -um regem (65, 13, 2). VVLG. deut. 32, 15 incrassatus est -us. psalm. 28, 6. 59, 6 -i tui (*sic cum pronomine* psalm. 126, 2 cant. 1, 12 [23^ies]. Is. 5, 1 Ier. 11, 5 Bar. 3, 37 Dan. 3, 35). cant. 2, 7 neque evigilare faciatis -am (= 3, 5. 8, 4). Col. 3, 12 electi dei et sancti et -i. I Tim. 6, 2 fideles sunt et -i. Rom. 1, 7 -is dei. 16, 8 Ampliatum -issimum. *al.* AVG. civ. 8, 12 discipulus (fid. et symb. 4, 9). SIDON. epist. 9, 6, 1 pro -issimo nostro (PASS. Matth. 260, 29 *saepe sim.*). CORP. III 9597 uxori -issimae. *saepe. seq. dat.*: STAT. Theb. 8, 99 augur Apollineis modo -issimus aris. APVL. met. 10, 23 artissimo multumque sibi -o contubernali. LVCIF. non parc. 4 p. 217, 2 deo (Athan. 2, 16 p. 176). PRISCILL. tract. 5, 89 -issimi mihi (HIER. epist. 60, 13, 3 *al.*). **b** *de rebus quasi personatis*: VAL. FL. 3, 343 galeam -aque cingula. STAT. Theb. 3, 578 conubia. ITALA psalm. 83, 2 (Cypr. mort. 23) -issimae habitationes (ἀγαπητά, VVLG. -a tabernacula). HIER. epist. 60, 2, 3 animam. VVLG. Is. 21, 4 Babylon -a mea. apoc. 20, 9 civitatem -am. CLAVD. rapt. Pros. 3, 74 luco -ior omni laurus. IGNAT. ad Ephes. 1, 1 multum -um tuum nomen (πολυαγαπητόν). **2** *speciatim in allocutione, praecipue epistularum et sermonum Christianorum, ubi semper elativus legitur*: HOR. carm. 2, 20, 7 -e Maecenas. HIL. c. Aux. tit. -issimis fratribus (*admodum frequenter, ex. gr.*: op. hist. frg. 2, 1. 3 PRISCILL. tract. 5, 84 VVLG. Iac. 1, 16. 19. 2, 5 EPIPHAN. Hier. epist. 51, 1 Ps. ORIG. tract. 1 p. 3, 10 *saepe* AVRELIVS p. 1009^B *al.* BACHIAR. repar. laps. 23 FAVST. REI. serm. 1 p. 223, 4 EPIST. pontif. 784 Alc. Avit. epist. 42 *passim. notatur* f. d. *in* FRG. liturg. 2 p. 265). DAMAS. Hier. epist. 19 -issimo filio. *al.* EPIPHAN. Hier. epist. 51, 1 -issime. *persaepe.* VVLG. prov. 31, 2 -e mi, quid -e uteri mei, quid -e votorum meorum. cant. 1, 15 -e mi (2, 17. 7, 11. 13. 8, 14). Hebr. 6, 9 -issimi (SACR. Leon. p. 423 SIDON. epist. 7, 9, 5 *al.*).

iuxta posita et synonyma (*ad* diligo): admirari, aestuare, amare, amplecti, appetere, carum, gratum esse, carum habere, cognoscere, colere, complecti, cupere, curare, eligere, favere, frequentare, in deliciis habere, honorare, intellegere, mirari, diligenter nutrire, observare, probare, tueri, venerari, vereri. *opposita*: avertere, contemnere, despicere, fastidire, insectari, invidere, metuere, neglegere, odisse, respuere, timere.

deriv.: dilectio, 2. dilecto, dilector (-trix), 3. dilectus, diligentia, diligibilis.

dīliquēsco, dīliquium *v.* del-.

[dilis] cotidianis GLOSS. V 496, 66. *videtur pertinere ad* dius.

dīlitēsco, dīlītigo *v.* del-.

dilogia, -ae *f.*, διλογία. *i. q. ambiguitas*: Ps. ASCON. Verr. p. 214, 28 St. -a dicitur figura, cum ambiguum dictum duas res significat. DON. Ter. Eun. 1089 figura -a: ad utrumque enim pertinet et ad laudem et ad vituperationem.

dilogōs *adv.*, διλόγως. *i. q. ambigue*: PORPH. Hor. epod. 17, 6 -os nunc dicitur. sat. 1, 10, 36 hoc -os (*bis*).

dilophos, -on δίλοφος. *i. q. duplicem cristam habens*: MART. CAP. 2, 177 -on alitem . . . in certaminis temptamenta pulsabat.

dīlōrīco, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* lorica *vel* loricare. *Th.*]. NON. p. 101 -are dictum est scindere. GLOSS. -are scindere. deloricatum laceratum.

i. q. vestem scindere, dilacerare: CIC. de orat. 2, 124 -are tunicam et iudicibus cicatrices . . . ostendere. APVL. met. 6, 10 involat eam vestemque plurifariam -at (AMBR. exc. Sat. 2, 12 -ata veste secreti pudoris nuda prostituant). 7, 8 -atis statim pannulis. HEGES. 1, 25, 2 -ato amictu. *latiore sensu aliquem lorica exuere et necare*: HEGES. 1, 6, 2 qui Antigonum -rent. 4, 25, 2 quemcumque reppererant, -bant (τὸν προστυχόντα διήλαυνον, *seq.* interficere).

dilōris, -e [*a* di- *et* lorum, *cf.* monoloris. *Th.*]. *i. q. duo lora habens*: VOPISC. Aurelian. 46, 6 paragaudas vestes ipse primus militibus dedit . . . et quidem aliis monolores, aliis -es, trilores aliis et usque ad pentelores. quatt. tyr. 15, 8 interulas -es duas *dabis Bonoso. graece*: PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902) p. 126 ἠριθ‹μήθ›η ὑπὲρ τιμῆς στιχαρίων διλώρων (*i. vestium -ium*) ἑκάστου.

dīlūceo, -ēre [*a* dis- *et* lucere, *cf.* dilucescere. *Th.*]. GLOSS. dilucit διαφαίνει. *i. q. apparet, manifestum est*: VARRO ling. 6, 63 ne sit confusus atque ut -eat dicitur disputare. LIV. 3, 16, 1 -ere res magis patribus. 8, 27, 11 -ere deinde brevi fraus coepit. 25, 29, 10 quae acta cum Romanis essent -ere . . . coepit. FRONTO p. 62, 10 N. in verbis vero eligendis ilico -et. p. 63, 12. GELL. 16, 8, 16 emolumentum eius *dialecticae* in animo tuo -bit. *seq. coniunct. vel* ut: VERVS Fronto p. 132, 8 N. necessarium puto -ere, ut quantum nos egerimus appareat (PANEG. 6 [7], 12, 8 necesse est tamen ad tuos nutus -eat et sileat). *seq. acc. c. inf.*: GELL. 6, 10, 3 per quod satis -et hanc ʻcapionem' posse dici. APVL. apol. 67 cuivis clare et *eqs.* TERT. anim. 15.

dīlūcēsco, -xī, -ere [*a* dis- *et* lucescere (luciscere), *cf.* dilucere. *Th.*]. GLOSS. -it διαφαύει (*v. p. 1185, 75*). *cf. p. 1185, 74 sqq. legitur inde a* CIC. *et* LVCR.

1 *proprie i. q. dies oritur, lux incipit*: HOR. epist. 1, 4, 13 omnem crede diem tibi -isse supremum. GELL. 3, 2, 3 qui *dies* post eam noctem -xerit (= MACR. sat. 1, 3, 3). *in imag.*: LVCR. 5, 176 an, credo, in tenebris vita . . . iacebat, donec -xit rerum genitalis origo. CIC. Phil. 12, 5 discussa est illa caligo . . .; -xit, patet, videmus omnia. *impersonaliter*: CIC. Catil. 3, 6 cum iam -ret (LIV. 36, 24, 6). SEN. benef. 3, 27, 1 ut primum -xit. VVLG. I reg. 29, 10 *cum* coeperit -ere. II reg. 17, 22 donec -ret. IV reg. 10, 9 cumque -isset. **2** *translate i. q. apparere, manifestum fieri*: FAV. EVL. p. 4, 7 ab hoc iustitia . . . librata partium aequalitate -xit. AVG. civ. 18, 30 ut quae pertinent ad Christum et ecclesiam -ant. 18, 43 ut . . . idem tamen sensus bene intellegentibus -ret. 20, 33. retract. 2, 54 multa in scripturis sanctis obscura, cognito locutionis genere -unt. epist. 194, 20 c. Faust. 11, 6. c. Petil. 3, 1, 2 quam *veritatem* -ere atque innotescere formidatis (*praecedit* obscuraretur).

dīlūcidātio, -ōnis *f. a* dilucidare. *i. q. illustratio*: CASSIOD. anim. 12 p. 1306^B ad animae -em. compl. in I Cor. 3, 16 actus omnium manifesta -e cognoscitur.

dīlūcidē *adv. v. s.* dilucidus.

dīlūciditās, -ātis *f. a* dilucidus. *i. q. dilucidatio*: BOETH. top. Arist. 8, 2 p. 996^C ad -em exempla et similitudines afferendum.

dīlūcido, -āvī, -ātum, -āre [*a* dilucidus. *Th.*]. GLOSS. -are adaperire. *legitur inde a* TERT.

i. q. lucide declarare, plane facere, illustrare sim.: TERT. adv. Iud. 1 *quod* minus plene potuit -ari. 13 -ato pectore per Christi veritatem. adv. Marc. 3, 23 p. 417 -ata per Christum veritate (ALC. AVIT. epist. 30 p. 61, 34). ZENO 7, 3, 1 quod *signum* . . . -vit *deus* his verbis. FAVSTIN. trin. 6, 4 p. 75^C *obscurum* exemplo (TYCON. 1 p. 1, 7 AMBROSIAST. in Col. 2, 14. HIER. in Ion. prol. p. 387/8 *obscura* breviter aperteque -et. AVG. serm. 99, 4 ad totam eius obscuritatem removendam et -andam. CASSIAN. conl. 19, 16, 1). TYCON. 4 p. 32, 2 *donec* transitus -etur. FVLG. Virg. cont. p. 94, 12 ut ordo se evidenti manifestatione -et. AMBROSIAST. in Rom. 7, 19 saepe repetit, ut -et sensum (II Cor. 10, 2). I Cor. 14, 29 disputatione planiore. HIER. hom. Orig. in Ezech. 1 p. 891. AVG. epist. 977, 42 -ata cordis instructio. c. Faust. 12, 42 prophetantis personam esse -atam. dialect. 6. MAR. MERC. Cyr. epist. cler. 13 res. CASSIAN. conl. 17, 12, 1 haec exemplis. c. Nest. 5, 9, 1. 6, 15, 1. AVELL. p. 233, 11 sanctum mathema explanaverunt et de deitate sancti spiritus -erunt. EPIST. pontif. 612 Thiel Gelas. 3, 16. FAVST. REI. epist. 6 p. 196, 3 fidem. grat. 2, 5 p. 69, 28 apertiore sensu et -ata ratione. POMER. 1 prol. 3 BOETH. categ. 1 p. 159^A. ENNOD. epist. 1, 9 p. 18, 12 (*in imag.*) se exercita litterarum gymnasiis palaestra -ant. 3, 25 p. 90, 17. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1107^c scripturas. 2 p. 1113^d canticum. 8 p. 1120^c. 26 RVSTIC. c. aceph. p. 1194.

dīlūcidus, -a, -um [*cf. c.* lucidus *et c.* dilucere. *Th.*]. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 13, 6 διαφανές, hoc est -um. GLOSS. -um limpidum, perlucidum. -a aperta, manifesta. *legitur inde a* RHET. Her. (*adv. inde a* TER.). *compar. inde a* RHET. Her., *superl. deest.*

1 *proprie i. q. perlucidus, limpidus*: PLIN. nat. 37, 70 -i quidem ac liquidi *smaragdi*. DAMIG. lapid. 15 lapis est rubicundus et -us. **2** *translate*: **a** *i. q. perspicuus, planus, apertus, clarus sim.*: RHET. Her. 1, 9, 14 narratio (1, 9, 15 CIC. orat. 124 part. 29. QVINT. inst. 4, 2, 36 narratio aperta ac -a). 2, 2, 13 expositionem (4, 39, 51 perspicuam et -am . . . expositionem). 3, 4, 3 rei (3, 23, 39). 3, 21, 34 brevitas. 4, 12, 17 apertam et -am orationem (4, 49, 62 apertiorem . . . magis -am. CIC. part. 20. 25 -am orationem et illustrem. fin. 3, 3 QVINT. inst. 1, 5, 1). 4, 28, 39 genus exornationis. CIC. inv. 1, 16 argumentandi ratio. 1, 29 verbis (QVINT. inst. 8 pr. 26 AVG. c. Faust. 11, 2). de orat. 3, 38 puri -ique sermonis (Tusc. 1, 46 multo puriora et -iora. QVINT. inst. 5, 14, 13 sermone puro et -o et distincto. 1, 11, 5 3). orat. 20 -iora, non ampliora facientes. part. 12 obscura -is . . . inteximus. 19. 20. SEN. epist. 121, 13 sensus est non satis -us nec expressus. QVINT. inst. 7, 3, 2 finitio. 8, 2, 23 erunt -a et neglegenter loquente audientibus aperta. 9, 2, 44 locorum quoque -a . . . descriptio. 11, 3, 30. VLP. dig. 40, 9, 14, 5 probationibus. AVG. civ. 16, 28 promissione. MACR. sat. 1, 7, 6 nullum secretum quod non vulgo fieri -um posset. BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 251, 12 -iorem seriem . . . faciamus. COD. Theod. 11, 36, 1 (*a. 314*) confessio propria vel -a. EPIST. pontif. Migne 50, 609^C -a et perspicua maiorum credulitas. COD. Iust. 1, 2, 19 certo et -o iure taxamus. 1, 17, 1, 1 constitutiones emendare et viae -ae tradere. **b** *de voce i. q. clarus*: QVINT. inst. 11, 3, 33 -a vero erit pronuntiatio primum si verba tota exierint *eqs.* FORTVN. rhet. 3, 19 p. 132 velut elocutio emendata esse debet, -a . . . ita et pronuntiatio . . . quid -a? ut sonus vocis medius sit, nec gravissimus nec acutissimus. **c** *fere i. q. celebratus*: IORD. Get. 7 insulas licet non ab aliquo scriptore -as. **d** *de intervallis insaniae*: COD. Iust. 6, 22, 9, 1 si vero voluerit *furiosus* in -is intervallis aliquod condere testamentum *eqs.*

inde adv. ᴹ**dīlūcidē**: GLOSS. διαυγῶς (*Buecheler*, δηλαυγῶς *trad.*). aperte. diserte, scholastico, latino, plano sermone. *legitur inde a*

TER., *comparat. inde a* RHET. Her., *superl.*: AVG. c. Faust. 11, 7 c. Cresc. 2, 1, 1 epist. 167, 4.

1 *proprie i. q. clare, perlucide, limpide*: PLIN. nat. 37, 48 ramenta *sucini*... flagrant -ius. 2 *translate, i. q. manifeste, perspicue, aperte sim.*: TER. Phorm. 399 expedivi. POMPON. Atell. 161 verrem (?) sume dapsile ac -e. VARRO rust. 1, 18, 3 neuter satis -e modulos reliquit. RHET. Her. 1, 9, 15 narrabimus. 1, 17, 27 breviter et -e ... diceremus (2, 9, 13 scriptum illud esse -e, breviter. 4, 25, 35 -e proponit et explicat [*om. plerique codd.*] breviter. 4, 49, 62 CIC. Cluent. 8 QVINT. inst. 4, 1, 34. 4, 2, 32 FRONTO p. 150, 12 N. AVR. Fronto p. 49, 13 N. AVG. civ. 19, 1. 21). RHET. Her. 2, 1, 1. 2, 20, 31 intellegere. 3, 11, 19. 4, 12, 17. CIC. inv. 1, 30 -e et ornate exponitur (PORPH. Hor. epist. 1, 7, 46). 1, 49 demonstratus est (1, 55). de orat. 1, 94 satis acute atque -e ... dicere. 1, 144 plane et -e *loquamur* (orat. 79). Tim. 8 -e et plane exornata oratio. GELL. 1, 10, 1 LACT. inst. 4, 8, 3 MACR. sat. 1, 5, 1). 1, 229 pure et -e *dixit*. orat. 124 narrationes ... explicatae -e (div. 1, 117 ratio ... explicata. phil. frg. F V 99 ambigua ... explicare -e). part. 19. 31 -e probabiliterque narremus. 32. 45 *argumentatio* distinguenda -e. Verr. 3, 191 crimina diluere. Sest. 133 *lex* -e vetat (Vatin. 37). ac. 2, 44 -e perspicere. 2, 56 docetur (LIV. 39, 47, 3). fin. 3, 19. 4, 1 exposuisti ..., ut tam obscure, -e. Tusc. 1, 41. 4, 33 satis illa -e dixerimus pro rerum obscuritate (nat. deor. 1, 58. VITR. 10, 8, 6 ut obscura res ... -e pronuntiaretur). Att. 16, 11, 4 de Myrtilo -e (*sc. exposuisti*). NEP. Pel. 1, 1 *ut* minus -e appareat (SCHOL. Cic. Bob. p. 144, 5 St.). VELL. 2, 16, 3 rettulit. CELS. 2, 14 -ius ... praeceperit. PLIN. nat. 18, 274 quas ... miscebo ... quam potero -e atque perspicue. QVINT. inst. 8, 6, 52. FRONTO p. 63, 25 N. parum -e ... collocetur. p. 208, 17 patet. PRISC. gramm. II praef. 4 *ut gloria mea* -ius crescat. GELL. 11, 16, 1 -e tamque apte demonstrari. *al.* APVL. apol. 28 palam et -e ostendero. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 22 satis aperte -eque declarat (OPTAT. 4, 1 p. 102, 3 CASSIAN. conl. 19, 13, 1 COD. Iust. 1, 14, 12, 1). gen. div. verb. 16 manifeste et -e significant. SCHOL. Cic. Bob. p. 77, 22 St. HIER. hom. Orig. in Ier. 2 p. 763 RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 96^C^ Orig. princ. 2, 1, 4 Adamant. 4, 10. AVG. c. Faust. 11, 7 -issime dicit. c. Cresc. 2, 1, 1 -issime docui. epist. 166, 6 *liber* hoc insigniter -eque declarat. 167, 4 -issime convicisti. quaest. hept. 5, 13 MACR. sat. 1, 4, 7 CASSIAN. conl. 10, 12. CLAVD. MAM. stat. anim. 1, 12 -e vivificatum corpus. COMPVT. Carth. 2, 17. BOETH. in Porph. comm. sec. p. 269, 12 plenius -eque declaravit. COD. Iust. 4, 30, 13 VEN. FORT. vita Albin. 3, 5 NICET. symb. 11 p. 50, 2.

dīlūculāscit dilucescere incipit GLOSS. V 190, 11. *cf.* 190, 12 diluculesceret dilucesceret. *cf.* diluculat.

dīlūculat *impers.* [*a* diluculum. *Th.*]. *i. q. dilucescit*: GELL. 2, 29, 7 die crastini, ubi primum -bit. 6, 1, 6 *Scipionem* solitavisse noctis extremo, priusquam -ret, in Capitolium ventitare.

¤**dīlūculum**, -ī *n.* [*a* dilucescere. *Th.*]. *tribus locis exceptis* (VVLG. Iob 41, 9 Ion. 4, 7 PS. RVFIN. in Os. 11, 1), *ubi genet. legitur, nonnisi nom. acc. abl. erant in usu; ablat. pro adverbio v. p. 1188, 2. pluralis et quidem poeticus*: FRONTO p. 103, 17 N. *in libris identidem* deluculum *scribitur*. SVET. frg. p. 160, 5 *ultima septimarum partium noctis*: -um quasi iam incipiens parva dici lux. haec est aurora, quae solem praecedit. CENS. 24, 2 -um cum sole nondum orto iam lucet. PS. RVFIN. in psalm. 45, 6 -um est, quando primo oritur dies. AVG. quaest. hept. 7, 46 -um, quod graece dicitur ὄρθρος, tempus ante solem significat, quod iam usitatissime dicitur, cum albescere coeperit *et fusius in sequentibus*. MACR. sat. 1, 3, 12 *dici civilis pars* ... -um, cum incipit dinosci dies. GREG. M. moral. 8, 48 -um dicitur, cum iam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur. BEDA gramm. VII 270, 23 -um, non deluculum, quia modicam diei lucem ostendit. *adde*: HYMN. Ambros. I 7, 26 -um ... meridies ... crepusculum. GLOSS. λυκοφῶς. ὄρθρος. διαύγασμα. διάφαυμα. ἡ πρὸ ἡλίου ὥρα. ante mane. -o ante mane. albiscente caelo. diluculus ὄρθρος (*quae forma caret exemplis*). *legitur inde a* PLAVTO, *sed praeter hunc (bis) et* AFRAN. *deest poetis; ante Augusti tempora nonnisi 5^ies^ obvia; frequentat* VVLG. (*39^ies^*).

i. q. prima lux diei: PLAVT. Amph. 737 primulo -o abiisti (CIC. S. Rosc. 19 primo -o. SVET. Vit. 15 APVL. met. 3, 25. EPIST. Alex. p. 207 primo aurorae -o. VVLG. exod. 14, 27 Dan. 6, 19. 14, 15 SVLP. ALEX. Greg. Tur. Franc. 2, 9 PASS. Andr. brev. 3). PLAVT. Amph. 743 abii ... cum -o. FRONTO p. 103, 17 N. (*in imag.*) iubes matutina -a lucere meridie. AVR. Fronto p. 31, 17 N. -um usque ad solis ortum (APVL. met. 4, 21. ITALA act. 20, 11 [Aug. epist. 36, 28] usque ad -um [ἄχρι αὐγῆς, ITALA codd. d g usque ad lucem, VVLG. usque in lucem]). ITALA exod. 32, 6 (Lugd.) vigilans in crastino -o (ὀρθρίσας τῇ ἐπαύριον, VVLG. mane). AMBR. in psalm. 36, 66 ut -um praeveniret. Hel. 15, 55. obit. Valent. 64 -um mihi est. HIER. in Ioel 2 p. 185^B^ (*in imag.*) mane et -um subito tenebras fugat et cunctos montes aurora collustrat. epist. 22, 37, 1. VVLG. Iob 41, 9 splendor ignis et oculi eius, ut palpebrae -i. Os. 6, 3 quasi -um praeparatus est egressus eius. Ion. 4, 7 paravit deus vermem ascensu -i in crastinum. PS. RVFIN. in Os. 11, 1 -i ... tempus. AVG. civ. 22, 8 ante -um. quaest. hept. 7, 46 albescit -um. SVLP. SEV. dial. 1, 1, 3 tenebras -o rumpente. GREG. M. moral. 8, 61 (*in imag.*) -um veritatis. EVGIPP. Sev. 16, 1 iam clarescente -o. ISID. fid. cath. 1, 54, 1 circa -um resurgens. *abl. sing. adverbii loco, fere ubique cum verbis morendi*: AFRAN. com. 70 CIC. Att. 16, 13^a^, 1 FRONTO p. 6, 17 N. 118, 5 MIN. FEL. 2, 4 TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 558. ITALA iud. 6, 28 (Lugd.) cum surrexissent -o (ὤρθρισαν, VVLG. mane. *sic al., ubi* VVLG. mane). AMBR. obit. Valent. 64 off. 2, 8, 40. 2, 22, 114 HIER. epist. 34, 2, 2 VVLG. (*33^ies^, plerumque cum verbo surgendi*) *ex. gr.*: exod. 8, 20 psalm. 45, 6 adiuvabit eam deus mane -o (Is. 28, 19). I Macc. 5, 30 factum est -o. Luc. 24, 1 valde -o (PASS. Paul. 15). AVG. civ. 102, 36 quaest. 6, 2 *al.* MIRAC. Steph. 2, 3 PLIN. VAL. 2, 30 MART. CAP. 1, 97 PETR. CHRYS. serm. 39 p. 311^A^ SIDON. epist. 2, 2, 14. 4, 8, 2. 8, 11, 11 VITAE patr. 3, 124 GREG. TVR. Mart. 4. GREG. M. moral. 8, 48 (*allegorice*) -o ergo nos dominus visitat, quia erroris nostri tenebras luce suae cognitionis illustrat. LIB. iubil. 32, 2 MIRAC. Theclae 1 PASS. Theclae 15.

dīlūdium, -ī *n.* [*a dis- et* ludus *vel* ludere. *Th.*]. *i. q. intermissio, dilatio* (*cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 19, 47 -a dicuntur tempora quae gladiatoribus conceduntur inter dies munerum quibus pugnant): HOR. epist. 1, 19, 47 (*in imag.*) clamo et -a posco, ludus enim genuit trepidum certamen et iram (PORPH. *ad l.* cur -a postulet).

dīlūdo, dīlumbo *v.* del-. *Gudeman.*

¤**dīluo**, -uī, -ūtum, -ere [*a dis- et* lavere. *ad significationem amplificandam verbum gr.* διαλύειν *nonnihil contulit. Th.*]. PAVL. FEST. p. 120 lues est -ens usque ad nibil, tractum a Graeco λύειν. *in codd. confunditur cum* deluo, deleo, diruo, (SOL. 8, 6 *pars codd.*) *q. v.* GLOSS. κατακλύζω. -it ἀνίησιν, διαλύει. purgat, defendit. abluit, lavat vel purgat. delavit. crevit (?) vel relaxat vel diligit (*contam.?*). -e ἀπόπλυνε. -ere purgare. *legitur inde a* PLAVTO CATONE VARRONE, *nusquam frequenter, nisi apud medicos et rhetores.* [*loc. corrupt.*: SEN. contr. 7, 5 (20), 13.]

I *i. q. in partes dissolvere*: **A** *proprie*: **1** *generatim*: **a** *res solidas emollire, diffluentes reddere*: CATO agr. 157 si turundam non recipiet *fistula*, -ito. CAES. civ. 2, 10, 6 lateres. VITR. 1, 4, 6 principia. SEN. dial. 1, 3, 13 nivem (4, 25, 4 nat. 4, 2, 19 GELL. 19, 5, 3). nat. 1, 2, 5 *formae* -untur et desinunt. PLIN. nat. 33, 76 mons (APVL. met. 1, 8). 35, 46. SIL. 5, 57 -erat nebulas Titan. MART. 8, 33, 4 nebula *pegmati illita*. GELL. 12, 1, 21 (*in imag.*) vinculum ... amoris. *nota sine obi.*: PLIN. nat. 17, 15 umor ... ingurgitans -ensque (*i. inundans*). *reflexive*: PLIN. nat. 20, 203 *opium* sudat et se -it. *c. ablat.*: FVR. ANT. carm. frg. 1 sanguine -itur tellus (*cf. p. 1189, 5*). VERG. georg. 1, 326 pluvia ingenti sata ... boumque labores. PROP. 4, 5, 12 stantia ... aquā. SEN. nat. 4, 13, 8 glaciem ... aquis. epist. 78, 23 vino nivem. CVRT. 8, 10, 25 terra humore -uta (COLVM. arb. 3, 6). SCRIB. LARG. 25 ulcus ... ovi albo. PETRON. 136 vulnus cruris ... aceto. PLIN. nat. 36, 81. GELL. 17, 15, 4 nigro *elleboro* alvum. SOL. 8, 6 AVIAN. fab. 41, 12. **b** *res liquidas infusis liquoribus attenuare*: OV. Pont. 1, 9, 53 lacrimis ... unguenta. PERS. 3, 14 guttas. *transfertur ad colorem*: OV. Pont. 4, 10, 62. PLIN. nat. 31, 91. 37, 84 *opalus* qui -itur *colore* aquae. *c. dat.*: PLIN. nat. 37, 125 ille emicans in amethysto fulgor violaceus -itur hyacintho (*i. ut h. fiat*). *ad saporem*: PLIN. nat. 31, 52 mutant saporem *amnium* et influentes rivi ... victique -untur.

2 *technice apud coquos, medicos i. q. herbas, medicamenta sim. dissolvere, liquore miscere, temperare* (*cf.* FRONTO p. 64, 19 N. AGROEC. gramm. VII 115, 11 *p. 474, 3*): CATO agr. 69, 2 cummim (delnito *codd.*). LVCR. 6, 929 -utaque ... misceri absinthia. LIV. 40, 4, 13 venenum. CELS. 6, 7, 6 myrrham. CVRT. 3, 6, 8 medicamentum (*cf.* 3, 6, 12 quod -eras, bibi. SCRIB. LARG. 26. 87). SCRIB. LARG. 15. 21. 158 faba ... cum melle -uto. PERS. 5, 100 elleborum. PLIN. nat. 14, 149 meros ... hauriunt tales sucos nec -endo ... mitigant. 18, 103 fermentum (*sc. ut fiat f.*). 18, 160 cinere mustelae vel felis -uto. 19, 179 aquam -uto latere crudo inimicam *formicis*. 22, 101 *laser*. 23, 3. 25, 143 pastillos. 31, 95 garum ad colorem mulsi ... -utum. 34, 123 *al.* PORPH. Hor. epist. 1, 19, 18 cumin[i]um. SER. SAMM. 397. 908. 990. *obi. omiss.*: QVINT. decl. 377 p. 420, 8 excusandum est, quod ne -rem (*sc. venenum*), mori volueram. *c. ablat.*: PLAVT. Pseud. 816 eo *laserpici* libram pondo -uont (CATO agr. 116 aceto). VERG. georg. 1, 344 quoi (*Cereri*) tu lacte favos et miti -e Baccho (HOR. sat. 2, 2, 15 mella Falerno ... -uta). HOR. sat. 2, 3, 241 aceto -it insignem bacam. CELS. 5, 17, 2. 5, 20, 1 *pastillum* aceto. 5, 25, 3. 6, 18, 7 tetrapharmacum ... rosa. *et saepe.* COLVM. 2, 9, 10 cucumeris anguini ... radicem -unt aqua. 5, 10, 15 exiguum ... laseris vino (= arb. 23, 1). 6, 34, 1 *al.* SCRIB. LARG. 5 pastilli aceto. 38 oleo. *et persaepe.* PLIN. nat. 17, 258 *fimum* suillum ... si riguis -atur. 19, 153 aceto melle -uto (22, 160). 20, 233. 23, 126. 25, 164 rosaceo. 29, 134 murium fel aceto -utum. *al.* APVL. met. 10, 4. 34 vino crocus -uta. SER. SAMM. 118 *fel ursinum* tepefacta -e lympha. 331 *al.* SOL. 30, 32. AVSON. 20, 11 vinum non -is undis. 344, 7 hinc (*de farre*) cibus, hinc potus, cum -retur aqua puls. PLAC. med. 4, 10 fel capreae aqua -utum et mixtum. CASSIAN. inst. 4, 20 aqua, qua -batur *lenticula*. GREG. TVR. glor. mart. 70 folium -utum aqua. *c. praepos.*: in: VARRO rust. 3, 16, 14 thynum ... -unt in aqua tepida (PELAGON. 214). CELS. 3, 16. 5, 23, 2 in potione vini. 5, 25, 5 in tribus cyathis aquae. PLIN. nat. 18, 102 pastillos in pane faciendo -utos. 20, 190. 22, 105 in spongea. 30, 47 in Attico melle. 32, 93 ternis obolis -utis in vini sextariis II per dies XV. *al.* CHIRON 558. ex: CELS. 5, 21, 1 ex lacte muliebri. 5, 26, 30 lycium

ex passo aut lacte -utum. 6, 7, 2 ex vino (6, 8, 1. 6, 18, 2). SCRIB. LARG. 224 ex aceto (CHIRON 943). 247 ex eadem *aqua* (PLIN. nat. 29, 123). cum: COLVM. 6, 4, 2 sabinam herbam rutamque cum mero -unt. 12, 5, 1. 12, 12, 2 SCRIB. LARG. 198 PLIN. nat. 30, 87. *in re rustica i. q. humum rigando emollire* (*cf. p. 1188, 72*): COLVM. 5, 10, 10 rubricam amurca -ere (= arb. 21, 2 PLIN. nat. 17, 256). PLIN. nat. 18, 110 nec -ui aut madere voluit *terra Campana*. *adde*: PLIN. nat. 18, 162 cura ... rigandi, ut praepinguis et densa ubertas -atur.

B *translate et in imagine*: **1** *i. q. explicare*: PLAVT. Rud. 1108 mihi quod rogavi -e. AMBR. Abr. 1, 4, 30 locus facilis ad -endum est. HIER. adv. Iovin. 1, 6 singula.

2 *i. q. dissolutione infirmare, extenuare, minuere*: **a** *affectus, statum animi vel corporis* (*de tempore v. l. 22*): CIC. de orat. 1, 120 amicitias ... sensim -ere quam repente praecidere. Tusc. 3, 34 cogitatio ... molestias omnes extenuat et -it. VAL. MAX. 9, 2, 1 memoria tam praeclarae rei. SEN. epist. 29, 3 auctoritas. 84, 2 altera res (*sc. scribere*) contristabit vires et exhauriet, de stilo dico, altera (*sc. legere*) solvet ac -et (*i. q. relaxabit. cf.* QVINT. inst. 11, 1, 52 non ... omnes -et vires et miserationem securitate laxabit?). MACR. sat. 2, 8, 9 *tristitiam*. *c. abl.*: ELEG. in Maecen. 1, 22 quod discinctus eras nimio, ... -is (diluvii *codd.*) hoc nimia simplicitate. OV. ars 1, 238 cura fugit multo -iturque mero. epist. 18, 14 -itur ... hora mero. SVET. Vesp. 23 ut invidiam aliqua cavillatione -ret transferretque ad sales. APVL. met. 1, 26 viae vexationem non cibo, sed somno -endam. 5, 3 somno et mox lavacro fatigationem (AVSON. 450, 2). TERT. test. anim. 4 lucratione gravioris partis metum -is (-it *A B*). anim. 48 quod ... autumnus ... valetudinem sucis pomorum vinosissimis -at. SYMM. epist. 7, 100 amaritudo ... purgationibus. OROS. hist. 2, 7, 4 dolorem sanguine hostium.

b *apud rhetores: argumenta, obiecta* (*cf.* GLOSS. V 661, 28 -it crimen et refutavit *sine interpr.*): RHET. Her. 2, 24, 38 ex duplici conclusione alterutra pars -itur. 4, 18, 26. 4, 35, 47 accusatoris officium est inferre crimina, defensoris -ere et propulsare (CIC. S. Rosc. 36. 78 Verr. 1, 33. 3, 191. 5, 43. 6, 77 Cluent. 8. 166 Mil. 72 Brut. 278 LIV. 4, 14, 3. 33, 16, 9 CVRT. 3, 6, 11. 7, 1, 31. QVINT. inst. 9, 2, 48. 53 aut -ere aut negare. decl. 355 p. 18. PS. QVINT. decl. 12, 12 [*opp.* differentes]. TAC. ann. 3, 14. 11, 34. 16, 24. PLIN. epist. 2, 11, 9 [*syn.* defendi]. 4, 9, 7 augentis ... non -entis. 6, 22, 4 APVL. apol. 101 AMM. 30, 8, 5 CLAVD. 26, 593. AVG. epist. 153, 10 -endis vel obtegendis criminibus. ZACCH. 1, 33). CIC. inv. 1, 22 suspiciones iniectas. 1, 78 adversariorum confirmatio aut -itur [aut infirmatur *om. M*] aut elevatur. *ibid.* ea quae contra dicentur (2, 127). 1, 99. 2, 143. S. Rosc. 42 res ... infirmem ac -am. 82 quae obiecit (*cf.* LIV. 45, 10, 13. QVINT. inst. 4, 2, 26 obiecta. 9, 2, 93 AMM. 14, 9, 3. 15, 2, 8). Cluent. 6 una quaque de re dicam et -am. Cael. 35. Scaur. 14 dedisti mihi ... quod -rem (*cf.* OV. am. 2, 2, 37 obicies, quae tnto -at). de orat. 2, 236 res ... quas argumentis -i non facile est, ioco risuque dissolvit. orat. 49 occultabit quae -i non poterunt. part. 15 firmamenta ... aut per se -enda aut obscuranda aut digressionibus obruenda. 28 aut -endo aut extenuando. 120. 122. nat. deor. 2, 120 orationis flumine ... convicia -untur. OV. rem. 695 nec peccata refer, ne -at. SEN. Thy. 512. LAVS Pis. 43 capitale nefas. QVINT. inst. 4, 2, 27 causae ... faciles ad -endum. 4, 2, 28. 78. 4, 5, 8 plura vel obicienda sunt vel -enda (7, 10, 12). 7, 1, 9. 11 ne id quod non statim -imus, timere videamur. 9, 2, 80 contrarium ... confirmare id ipsa defensione quod -endum est. decl. 371 p. 408, 26 iudicium. FRONTIN. strat. 1, 1, 10 existimationem. GELL. 2, 7, 14 conclusio ... refutarique ac -i sic potest. 3, 3, 15 delicta. 12, 12, 1 *opp.* infitiari. APVL. apol. 3 *opp.* obiectasse. TERT. adv. Marc. 2, 24 *malorum* infamiam. SPART. Carac. 8, 5 apud populum facinus -ret (CLAVD. 20, 23). DON. Ter. Hec. 743 coniectura -itur per ἄτεχνον πίστιν. SYMM. or. 4, 9 famam saeculi. AMM. 27, 1, 5 dedecus. 30, 1, 23 SCHOL. Cic. Bob. p. 77, 24. 84, 7 St. quaestionem (MART. CAP. 5, 473). LEO M. epist. 163 confirmavit magis quam -it. *obi. omiss.*: LIV. 29, 18, 20 ipse coram audiat, ipse -at. APVL. met. 10, 7 quibus ... verbis accusator urserit, quibus rebus -erit reus.

II *attenuata vi praepositionis fere i. q. lavere*: **A** *artiore sensu i. q. luere, madefacere*: CATVLL. 99, 7 multis -uta labella ... guttis. SEN. nat. 6, 26, 4 Cyprum ambit ... mare ..., Tyros ... -itur. VAL. FL. 3, 557 artus et concita pectora sudor -erat. AMBR. myst. 8, 48 *Iudaeos* ad horam satiavit aqua, te sanguis -it in aeternum. CYPR. GALL. Ios. 96 *cautes* unda ... -it.

B *latiore sensu i. q. abluere*: **1** *lavando tollere*: **a** *proprie*: PLIN. nat. 15, 64 in usu -entes cretam. TERT. pall. 2 si quid mare -it. VEG. mil. 1, 10 in quo *Tiberi* iuventus sudorem pulveremque -ret. **b** *in imagine* (*saepissime apud Christianos*): PROP. 3, 17, 6 tu vitium ex animo -e, Bacche, meo (*cf.* OPTAT. 7, 1 p. 168, 4 maculam a vobis). PS. APVL. Ascl 36 malignitatem omnem vel illuvione -ens vel igne consumens. MIN. FEL. 16, 1 ut conviciorum amarissimam labem verborum veracium flumine -amus. TERT. bapt. 2 lavacro -i mortem (anim. 50. HYMN. Ambros. I 3, 11 mortisque regnum). 5 delicta (15 orat. 29. ieiun. 7 ieiunio). pudic. 12 maculas carnis ... paenitentia -i posse (RVFIN. hist. mon. 1 p. 400^B scelerum pollutiones. apol. adv. Hier. 2, 39 sordes nuptiarum. SIDON. epist. 7, 8, 1 totum *squalidum*. FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 40, 3 maculata. *al.*). TERT. pudic. 22 eiusmodi crimina nonnisi propria martyrio -enda (PAVL. NOL. carm. 6, 272. *cf.* 6, 264 abluit). ITIN. Alex. 12 vitium morbi et calumniae. FVLG. aet. mund. p. 136, 15 pueris tinctura fontis -it facinus. PELAG. in I Cor. 6 p. 732^B nisi ... peccata baptismi gratia -antur (PAVLA Hier. epist. 46, 3, 2. AVG. doctr. christ. 3, 21, 31 paenitendo. CASSIOD. in psalm. praef. lacrimis. *saepe*). HYMN. Ambros. I 1, 16 culpam (PRVD. Cath. 9, 93 [deluit *pars eodd.*, delevit *o*]. GREG. M. moral. pr. 12 *al.*). GENNAD. dogm. 21 nec merito indulgeretur, quod non arbitrio -isset. RVFIN. apol. Orig. 8 p. 602^B vitia animarum. ZACCH. 2, 8 p. 1441^C quidquid ... polluerant. LEO M. epist. 124, 7 sanguine ... chirographum letale (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 123 p. 539^A CAPREOL. epist. 2, 10 p. 856^B). ENNOD. epist. 2, 1 p. 40, 14. 3, 3 p. 99, 15 -is quod ego collegi ubertate culparum. *i. q. compensare, exaequare*: SEN. contr. 7, 3, 8 abdicationes ... suas veneno -it. GELL. 20, 1, 31 non omnino omnes ... iniurias aere isto pauco -erunt. COD. Theod. 4, 19, 1 (*a. 380*) tempus, quo debitum solutione -erint (PAVL. NOL. epist. 23, 36 amore magno magna debita -amus). **2** *lavando purgare*: **a** *proprie*: PALLAD. 6, 8, 2 aqua caelestis ... debebit pecorum tonsa et uncta membra -ere (*cf.* VEN. FORT. vita Radeg. 4, 12 virorum capita. 17, 40 cum sapone ... membra singula -bat). PELAGON. 56 *glandulas* nitro et aqua -ito, si nitrum non fuerit, lotio (VEG. mulom. 2, 24, 3 ex nitro et aqua calida). 281 poscā vulnera. CYPR. GALL. lev. 80 vasa (VEN. FORT. vita Radeg. 24, 59). **b** *translate et in imagine* (*plerumque i. q. baptizare apud Christianos*): TERT. bapt. 4 mari quis an stagno ... -atur. *ibid.* in aquis corporaliter -itur (ARATOR act. 1, 203). 15 aqua ... rursus quos -it, inquinat. pudic. 18 peccatoris ... -endi per Christi gratiam. AMBR. Iac. 2, 1, 3 uva ... expressa ... mundum -it. RVFIN. Orig. in gen. 2, 3 baptismate -antur omnes. AVG. c. Cresc. 2, 18, 22 sancta ... conscientia -it *baptisma* accipientis conscientiam. CASSIOD. in psalm. 77, 57 nos sanctae regenerationis lavacra -erunt. GREG. M. moral. 4 praef. 3 p. 635^B quem salutis unda non -it. 9, 56. 28, 35 nos -at procella *temptationis* et non mergat. *omiss. obi.*: VICTRIC. 24 apostoli ... medentur et -unt. *reflexive*: OP. imperf. in Matth. 1 p. 620 ecclesiam ... bonis operibus se -entem. *additur unde*: AVG. c. Iul. 5, 6, 24 te lacrimis ab cadem nova peste (quant. anim. 33, 74 ab omni tabe anima libera maculisque -uta. LEO M. epist. 116, 1 GREG. M. in Ezech. 2, 8, 20). CASSIOD. in psalm. 150 concl. diluvio criminibus suis terra -uta est. *i. q. excusare aliquid*: SYMM. epist. 1, 20, 3 quibus verbis -am, quod adesse non possum. 8, 54 moram (8, 64). 9, 95 -ere litteris, quod commune est.

part. perf. pass. pro adi. ***dīlūtus**, -a, -um. *legitur comp. inde a* CELSO, *sup. v. l. 45*. GLOSS. -um gelidum (*leg.* liquidum? κλύδων?). **1** *proprie*: **a** *de liquoribus, i. q. admixta aqua attenuatus*: CATO agr. 157, 13 vinum lene -um (CELS. 1, 3 p. 20, 36 *opp.* meracius. 1, 4 *al.* MART. 1, 106, 3 -i ... Falerni). CELS. 1, 3 p. 16, 37 potione (p. 17, 9. 21, 19 quam -issima. 6, 7, 7. HIER. in Tit. 1, 7 p. 700 a -iori ... potione). CELS. 5, 26, 20 pus ... tenue -um. PLIN. nat. 11, 32 mel ut aqua -um (28, 73). 27, 17 *aloe*. 35, 44 -iore sanie. PAVL. NOL. carm. 23, 134 -ior unda. MACR. sat. 7, 11, 8 humor. *inde subst. n.* dīlūtum, -ī. PLIN. nat. 27, 46 bibitur et madefacti *absinthii* -um *eqs.* *in imag. i. q. infirmus*: GELL. 20, 1, 12 nimis esse -um, quod ... scriptum est. TERT. resurr. 7 -ior videatur auctoritas carnis. anim. 24 -ioris divinitatis et exilioris felicitatis. HIER. in Philem. 20 p. 759 aquatius et -ius nescio quid ... sonamus (*cum val vertimus* 'ita'). **b** *de rebus solidis, i. q. aqua admixta mollitus*: PLIN. nat. 2, 237 *bitumen*. 11, 16 -ior cera (*opp.* crassior). 17, 63 fimo (17, 267. 18, 295). 17, 144 solo. *in imag. de hominibus ebriis*: TERT. test. anim. 4 a bustis -ior redis. AVSON. 335 paulo hilarior et -ior. **2** *transfertur ad colorem* (*fere i. q. clarus*): CELS. 2, 4 -a ... atque alba *urina* (2, 6 PLIN. nat. 28, 69). PLIN. nat. 9, 131 taeniense *genus bucini*. 9, 138 pallor. 22, 92 -o rubore (22, 96). 33, 114 minium ... esse -ius. 37, 66 in colore liquido nec -o (37, 67. 122 GELL. 2, 26, 14. SERV. georg. 3, 82 neque satis -i coloris neque nimium pressi). AMM. 20, 11, 28 *iridis* pars. *in imag. i. q. manifestus*: AMM. 20, 3, 4 -ior erit defectus *solis*. *ad odorem*: PLIN. nat. 15, 109 malis acutus est odor, Persicis -us. *ad saporem*: AVSON. 400, 5 -i salis, fellis ignavi. MACR. sat. 7, 6, 17 vinum ... vim suam perdit et fit -ius (12, 14). 8, 8 species ... acres ... fiunt -iores.

adv. **dīlūtē**: CIC. Font. frg. 9 Gallos post haec -ius esse poturos. CELS. 1, 3 p. 21, 14 -ius ... bibendum est.

syn. et iuxta posita: *ad I A 1*: dissolvere. *ad I A 2*: miscere (LVCR. 6, 929), mitigare (PLIN. nat. 14, 141), temperare. *ad I B 1*: explicare. *ad I B 2*: defendere (PLIN. epist. 2, 11, 9 APVL. apol. 3), dissolvere (CIC. de orat. 2, 236), (ex)purgare (CVRT. 7, 1, 31 TAC. ann. 16, 24), extenuare (CIC. Tusc. 3, 34), laxare (QVINT. inst. 11, 1, 52), infirmare (CIC. inv. 1, 78), infitiari (GELL. 12, 12, 1), lenire (AMM. 14, 9, 3), propulsare (RHET. Her. 4, 35, 47), refutare (GELL. 2, 7, 14), repellere (QVINT. inst. 4, 2, 26). *ad II B*: abluere (AVG. c. Cresc. 2, 18, 22 PAVL. NOL. carm. 6, 264. 267), defendere (SYMM. epist. 9, 95), exsolvere (GREG. M. moral. 9, 52), lavare (OP. imperf. in Matth. 1 p. 620 VEN. FORT. vita Radeg. 4, 12), luere (COD. Theod. 11, 30, 21 [340]), mundare (TERT. bapt. 4 MVTIAN. Chrysost. hom. 23 p. 383), perfundere (CYPR. GALL. Ios. 96), purgare (CHROMAT. in Matth. 1, 1).

opp.: *ad I B 2 b*: differre (PS. QVINT. decl. 12, 12), (con)firmare

(LAVS Pis. 42 QVINT. inst. 4, 2, 78), obscurare (CIC. part. 5, 15), obtegere (AVG. epist. 153, 10). *ad II B*: inquinare (TERT. bapt. 15), mergere (GREG. M. moral. 28, 35), polluere (ZACCH. 2, 18 p. 1141C).
deriv.: dilutio, ?dilutorium, diluvies, diluvium (-us).

dīlūtē *v. p. 1190, 69.*

dīlūtio, -ōnis *f. a* diluere. GLOSS. κλύδων. HIER. c. Ioh. 5 qui ... in -e (*i. q. refutatione*) criminum aliqua praetermittit, quicquid tacuerit, confitetur. *v. etiam* delutio.

dīlūtor, -is *m. v.* delutor.

?dīlūtōrium, -ī *n.* CASSIOD. var. 10, 29, 4 utere ... aquis illis, primum potae -is (*Mommsen, sc. potionibus morbum diluentibus. trad.* delutoriis, delitoriis *sim.*).

dīlūtus, -a, -um *v. p. 1190, 40 sqq.*

dīluviālis, -e *a* diluvium. *i. quod diluvii est*: SOL. 9, 8 -is irruptio. MART. CAP. 8, 812 post -is consternationis excursum.

b *rem*: α *subi. est persona* (*bestia l. 56. 57*): CATVLL. 68,81 coniugis ... collum. OV. met. 8,148 illa metu puppim -sit. fast. 6,705 modo -it digitis modo concipit auras, *dum tibiis canit.* VAL. MAX. 3,3 ext. aurem eius morsu corripuit nec ante -sit, quam *eqs* CELS. 7,9 (*de cute*) ita adducendum, ut ... -ssum non multum recedat. *cf.* 7,18 p. 296,14 (*opp.* pressum). PHAEDR. 1,4,6 quem tenebat ore -sit cibum. 5,10,6 cariosis dentibus praedam -sit (app. 23,6). SEN. epist. 66,50 in genua se excepit nec arma -sit (SIL. 7,632 FLOR. epit. 1, 10,4). LAVS Pis. 229 vela. PLIN. nat. 11,202. SIL. 7,660 una arcum laeva cadens -sit dextra sagittam. STAT. Theb. 6,113 nec amplexae -unt robora Nymphae. 7,648 cornu deprensus Achiva -sit moriens clipeum hostilemque suumque. 9,233 longum -ere habenas. 9,410 -ssa ... volvitur urna. 11,376. 675 tunc natam baculumque manu -sit (demisit *P*). silv. 2,5,6 insertas ... manus laxo -ere morsu. 3,1,36. Ps. QVINT. decl. 8,19 impatientia, qua vix -itur cadaver in rogos. IVV. 1,125 citius -e (*sc. sportulam*). 5,20 habet Trebius, propter quod ... debeat ... ligulas -ere. TRAIAN. Plin. epist. 10,41 si -ssus (*an* dem-*?*) in mare fuerit *lacus.* IVST. 2,9,18. VVLG. prov. 17,14 qui -it aquam, caput est iurgiorum. CLAVD. MAM. anim. p. 114,22 lege ponderis si -as *aquae guttulam* in aere. *apud medicos*: SEN. epist. 85,29 si ... per adsiccata viscera recens -itur sanguis. GELL. 10,8,1 sanguinem (*v. p. 1207,26 et 490,70*). CHIRON 953 bubus pituitam -ere.

β *subiectum est res, i. q. emittere, edere, reddere*: LVCR. 3,339 ut umor aquae -it saepe vaporem. 4,226 omnibus ab rebus res quaeque fluenter fertur et in cunctas -itur undique partes (6,390). 5,671 florescunt tempore certo arbusta et certo -unt tempore florem. 5,758 sol ... suos etiam -ere languidus ignes ... cur ... nequeat? 6,308 cum multa rigoris corpora -ens *glans* ignem concepit in aures. 6,842 semina si quae forte vaporis habet *umor* propere -it in auras. 6,877 (dem- *codd.*). MANIL. 1,821 -ssus ... ignis. 1,871 involvit *sol* suo flammantis igne cometas ac modo -it. SEN. dial. 7,20,5 quandoque aut natura spiritum repetet aut ratio -et. COLVM. 12,48,4 donec *radiculae* amaritudinem -ant. VAL. FL. 5,72 -erat anchora terras. PLIN. nat. 12,11 platanus ... numquam folia -ens (13,64). 17,165 *vitis* celerius rorem -it. 18,91 granum. FRONTIN. aq. 20 modum, quem acceperunt *arcus*, aut circa ipsum montem aut in Palatium Aventinumque et regionem Transtiberinam -unt. DIOSC. 1,34 quamdiu *cicinum* corium -serit (ἀποϱϱαγεὶς ἐκπεσῇ). *ibid.* quamdiu omnem virtutem per umorem -serit. CLAVD. MAM. anim. p. 114,17 pondus ... illius *corporis* hinc animadvertitur, quod hoc ipsum ... superiore videlicet elemento -ssum motu infatigabili non quiescit. *i. q. vocem edere* (*cf. p. 1215, 21*): SIL. 7,257 saevi fera murmura venti -unt. STAT. silv. 2,4,18 auditas ... memor penitus -ere voces sturnus. QVINT. inst. 11,3,81 *labrae* vocem tantum altera parte -unt.

2 *metaphorice*: a *aliquem* (*saepe i. q. liberare*): CIC. epist. 7,17,2 hunc tu virum (*Caesarem*) nactus ... ne -seris. CAES. civ. 1,64,3 hostem ex manibus -i (3,49,2 Pompeium). PROP. 2, 28ᶜ,59 quoniam es ... magno -ssa (demissa *codd.*) periclo. 2,29,29 somno -ssa recenti (*i. ex somno*). SEN. Oed. 702 quisquis in culpa fuit, -ssus odit. benef. 6,30,1 siquis tecum contraxit, per ista -itur. 7,16,1 hic illum -at, ille se teneat. 7,16,4. 7,30,1. dial. 1,4,7 quisquis videtur -ssus esse (*i. a rebus adversis*), dilatus est. 3,19,5. 12,13,2 si avaritia *te* -sit ..., moram tibi ambitio non faciet. epist. 65,16 nisi *philosophia spiritum* a terrenis ad divina -sit. STAT. Theb. 7,367 fessum vitā -ite Parcae. Ps. QVINT. decl. 12,4 a fame solus -ssus est. 16,5 magnam partem mortalium fortuna -sit a legibus. TERT. adv. Marc. 2,19 p. 361,8 -ere conflictam integram. VVLG. Luc. 13,12 -ssa es (ἀπολέλυσαι) ab infirmitate tua. *c. acc. dupl.*: SEN. dial. 3,8,7 non aliquando in ira quoque et -unt *irati* incolumes intactosque quos oderunt. epist. 83,23 Alexandrum ... tot flumina ... tot maria tutum -erunt. *fere i. q. veniam dare, ignoscere* (*cf. p. 1213, 37. 1215, 23*): ITALA (omnes codd. Tert. adv. Marc. 4,17 p. 475,16) *et* VVLG. Luc. 6,37 -ite et -emini (ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθε). PACIAN. epist 3,15 blasphemia remittetur hominibus; qui autem in spiritum sanctum peccaverit, non -etur.

b *res*: α *i. q. absistere ab aliqua re, deponere, amittere, praetermittere aliquid, hic illic fere i. q. finire* (*l. 33. 60. 68*): CATO orig. 84 duo et vicesimo anno post -ssum bellum (*i. finitum*). CIC. Caecin. 75 quod patrimonium unius incommodo -etur, ius amitti non potest sine magno incommodo civitatis. Verr. 3,70 iudicium (Cluent. 74. COD. Theod. 4,18,2 [*a. 423*] post absolutum -ssumque iudicium). 3,74 si -isset ... quaestionem (Cluent. 177). Arch. 29 non cum vitae tempore esse -endam commemorationem nominis nostri. Planc. 94 *libertatem.* 97 custodiam mei capitis. Cael. 30 concessa omnibus iura -o (Balb. 31 *opp.* retinere). Phil. 2,37 quae *vita* me ... -ssa molestiis omnibus liberaret (NEP. Hann. 12,5 LVCAN. 3,642 SIL 2,259 *al.*). 3,33 nullum tempus .. -am, quin ... cogitem (de orat. 2,89 vidi statim indolem neque -si tempus. CAES. Gall 2,21,6 NEP. Alc. 8,6. *cf.* LVCAN 10,430 horam. SIL. 15,67). CIC. de orat. 2,160 istam artem. Brut. 327. Lael 76 in amicitiis -endis. ac. 2,11 philosophia (*opp.* revocare. PORPH. Hor. carm. 1,29,16). fin. 3,1. Tusc. 1,12 *Crassus* illas fortunas morte -serit (*i. amiserit*) Att. 4,1,2 quem (*complexum tuum*) semel nactus si umquam -sero (16,5,2). 10,12ª,3. 10,13,1 si quid ad spem poteris, ne -seris. 14,11,2 istam curam (OV. met. 1,209 13,217 curam belli trist. 5,6,3 amici STAT. Theb. 9,101 *al.*). epist. 5,19,2 non ... -am pudorem in rogando meum (PVBLIL P 10 pudor -ssus numquam redit in gratiam). 9,1,2. ad Brut. 1,16,5 nisi prius -imus dignitatem et libertatem. BRVT. Cic. ad Brut. 2,3 ut ... numquam -ere videatur cogitationem cuius sit filius. CATVLL. 64,208 oblito -sit pectore cuncta quae mandata prius constanti mente tenebat PVBLIL. C 3 cavendi nulla est -enda occasio (CAES. Gall. 5,38,2 civ. 1,72,4 *al.* NEP. Milt. 3,3). D 16 -ssum quod nescitur, non amittitur. CAES. Gall. 6,8,1 speratam praedam ex manibus. 6,12,6 Sequani principatum -erant. 6,37,10 ne tantam fortunam ex manibus -ant. 7,17,4 oppugnationem (*i. finire.* civ. 3,73,1). civ. 1,8,3 studium et iracundiam ... rei publicae. 1,28,2 rei gerendae facultatem (3,97,1 GRATT. 467). *al.* BELL Afr. 48,3 auctoritatem. SALL. or. Lep. 7 eum per scelus occupata periculosius -urum. Ps. SALL. rep. 2,11,7 superbiam suam. NEP. Timol. 2,3 imperium. VERG. Aen. 11,706 fugam. HOR. epist. 1,7,96 quantum -ssa petitis praestent. OV. met. 2,598 nec coeptum -it iter (*cf.* 11,446 propositos pelagi -ere cursus). LIV. 24,19,7 multa magnis ducibus sicut non aggredienda, ita semel aggressis non -enda esse. 33,33,1 ludis ... -ssis (*i. finitis*). 40,33,3 aut eam *quaestionem* sibi esse deserendam aut provinciam -endam (*cf.* VAL. MAX. 7,6,1 Siciliam ... et Sardiniam ... -sit. IVST. 38,5,6). 44,26,1 nec haec tantam Persei per avaritiam est -ssa res (*i. occasio*). SEN. suas. 1,5 ut alia -antur argumenta. VAL. MAX. 5,2,1 benevolentiam ex animis. SEN. Phoen 642 infaustas pugnas (SIL. 10,329 Martem. 15,476. STAT. Theb. 6,514 bellum). Thy. 705 -ssa mora (VAL. FL. 8,105). benef. 2,1,2 beneficium ... quod quis aegre -ere visus est. 5,10,1 *al.* dial. 10,9,1 quod in manu fortunae positum est, disponis, quod in tua, -is. *al.* CVRT. 4,4,1 opportunitate -ssa. LVCAN. 1,317 semel raptos numquam -et honores. 9,200 iuvit sumpta ducem, iuvit -ssa potestas. VAL. FL. 5,172 vota. 5,286 metus (STAT. Ach. 1,892 *al.*). 5,539 nec decus oblati -seris advena belli. SIL 16,343 verbera. STAT. silv. 2,2,47 illa *domus* cadentem *Phoebum* detinet exactamque negat -ere lucem. QVINT. inst. 3,11,16 saepe causam in aliquam rem -i, quae non sit propria quaestionis (Ps. QVINT. decl. 6,12 eo causam -imus). 6,4,18 expedit ... dare aliquid adversario, quod pro se putet, quod appre-

[Tafel]

hendens maius aliquid cogatur -ere. 12,7,6 litem. decl. 359 p. 391,28. Tac. ann. 3, 10 -ssa eius causae delatione. Plin. epist. 4, 9, 11 ut... faces ignem ... -ssum aegerrime reparant. 7, 1, 6 spe balinei ... -ssa. Svet. Iul. 18,2 triumphum. Iavol. dig. 41,2,21,2 quoniam non potest videri id pro derelicto habitum, quod salutis causa interim -ssum est. Gaivs inst. 2, 85 quia res ... a se -ere mulieres ... possunt. dig. 21, 1, 26 corpus. 50, 17, 158 pignus. Cels. dig. 41, 2, 18, 1 possessionem. *et saepe* Icti. Itala Matth. 23,23 (cod. e) haec oportet facere et illa non dismittere (ἀφεῖναι, Vvlg. omittere). Itin. Anton. Plac. rec. A 13 ager ... deinceps aratur et -itur. Avien. Arat. 157 (*de sidere draconis*) qua per dimensos -itur ordo meatus. Schol. Hor. Vind. ars 160 colligit iram et -it. Hier. epist. 31, 2, 2 cave, ne operis ornamenta -as. Epiphan. Hier. epist. 51, 4, 6 -enda nobis est doctrina apostolorum et prophetarum. Vvlg. II Esdr. 10,31 -emus annum septimum. Evod. Aug. epist. 158, 1 et repetebat *lectionem* et nec -bat, nisi sibi apparuisset. Mart. Cap. 7, 788 -atur igitur *numerus*.

ex animo -ere, *fere i. q. oblivisci*: Qvint. inst. 11, 2, 9 illa, quae scriptis reposuimus, velut custodire desinimus et ipsa securitate -imus. Tac. hist. 3,36 praeterita, instantia, futura pari oblivione -erat. Plin. epist. 9, 18, 2 ne istam ipsam memoriam ... cogam, pluribus singula posterioribus priora -ere. *ex ore* -ere, *fere i. q. loqui* (*cf. p. 1214, 7*): Anth. 476, 2 quidquid -is in aula.

β *i. q. veniam dare alicuius rei, poenam remittere, ignoscere* (*cf. p. 1214, 27*): Tac. hist. 3, 55 his tributa -ere. Calp. decl. 25 raptori si poena -itur. Tert. scorp. 6 beati, quorum -ssae sunt iniquitates. orat. 7 -i nobis debita (Itala Matth. 6, 12 [omnes codd. Cypr. orat. 16 *al.* Vvlg.] -e nobis debita nostra, sicut et nos -imus debitoribus nostris [ἄφες, ἀφίεμεν]. *cf.* deut. 15, 2 [Tert. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 4; Lugd. remittis]). bapt. 7 neque peccatum -it neque spiritum indulget (adv. Marc. 4,10 p. 445,28 *al.* Itala exod. 32,32 [Aug. c. Faust. 22, 79] si -is illis peccatum, -e [ἀφεῖς ... ἄφες]; Lugd. remittis, Vvlg. *aliter*]. Matth. 9, 2 [codd. *et* Ps. Cypr. rebapt. 18]. 9, 6 [codd. *et* Tert. pudic. 22] -endorum peccatorum ... potestatem [ἀφιέναι, Vvlg. -endi]. *cf.* Vvlg. Matth. 9, 5 Luc. 5, 21 Ioh. 1, 8. 20, 23 *al.*). Tert. pudic. 1. 2 quasdam praemisimus altercationes scripturarum hinc retinentium hinc -entium delicta (21. 22 adv. Marc. 1, 28 p. 330, 1 *al.* Itala Is. 53, 11 [Tert. adv. Marc. 4, 10 p. 444, 26] in plurimis -et delicta eorum [ἀνοίσει, Vvlg. ipse portabit]). Pacian. epist. 3, 15 hoc est ... quod non -itur. Filastr. 91,3 blasphemiam. *et saepe.* Avson. 325,98 condonatas puero -ere culpas. Hier. epist. 42, 2, 3. 61, 4, 3 haec impietas. Vvlg. gen. 50,17 iniquitatem hanc. exod. 32,31 hanc noxam. *et passim.* Avg. civ. 13, 7 etiam hoc eis in illo lavacro -retur. *et passim.* Sedvl. carm. pasch. 2, 274 decies millena talenta. Coripp. Ioh. 8, 334. Pallad. hist. mon. I 2 p. 258^A (ἀπολύεσθαι). Act. Petr. 2 demittet vobis Iesus ... quae ignorantes egistis. *huc pertinet*: Chiron 550 *equo* et ambulationem -e (Veg. mulom. 2, 37 nec ad deambulandum cogatur). *omittitur obiectum*: Tert. pudic. 2 -e et -etur tibi (*ibid. saepius*). adv. Marc. 1, 27 p. 328, 6 *deus* -it ... non vindicando et absolvit non puniendo. 4,17 p. 475,26 prout quisque indicaverit aut condemnaverit aut -serit aut mensus fuerit. Alterc. Heracl. p. 141,5 in quo si blasphemaverit homo, non illi -etur neque hic neque in futuro. Vvlg. gen. 18, 26 -am omni loco propter eos. exod. 23, 21. lev. 4, 26 *et saepe.* num. 15, 25 Matth. 18, 21 Avg. civ. 21, 27. Pass. Perp. 13 -ite vobis invicem.

c *sequente structura verbali i. q. sinere, permittere* (*cf.* Avg. in psalm. 104, 9 'non -sit hominem nocere eis' id est non permisit). *seq.* (*acc. c.*) *infin.*: Itala Luc. 18,16 (cod. d) -ite infantes venire (ἄφετε, Vvlg. sinite). Clem. ad Cor. 55 postulavit a senioribus -i se abire in castra. Herm. vulg. vis. 1, 3 -isti illos conviolari saeve (ἀφῆκας ... φθαρῆναι, Pal. reliquisti ... ut corrumperentur). Pal. vis. 3,1,8 -e seniores primo sedere (ἄφες, vulg. sine). Ivl. Val. 3, 6 Indi bestias prae se ire -unt, ita doctas *eqs.* Lib. gener. chron. I p. 128,297 Cyrus -sit populum redire in Hierusalem. Amm. 29, 3, 9 *ursam* in silvas abire -sit. Vvlg. Ios. 10, 19 nec -atis eos ... intrare praesidia. iud. 3, 28. I Esdr. 6, 7 -ite fieri templum dei illud. *et passim.* Matth. 8, 22 *v. infra l. 77.* Avg. civ. 22, 22 si *homo* -atur vivere, ut velit, et facere quidquid velit. Ps. Avg. quaest. test. I 83, 3 primum enim -sit genus hominum uti voluntate sua. Avell. p. 285, 19. 567,25 -ent eas dissipari. Prosp. epist. 1, 5 quae *nationes* ... -ssae sunt ingredi vias suas. Cass. Fel. 1 p. 8 in solio descendere -es. *al.* Salon. in prov. p. 979^A qui clausam aquam decurrere -it. Vict. Vit. 1, 40. *cf.* 2, 33. Op. imperf. in Matth. 52 p. 932 *qui* gladium suum aeruginare -serit. *al.* Anthim. 81. Ps. Matth. euang. 13, 4 inopem a me vacuum ire non -si. *seq.* ut: Vvlg. iud. 11, 17 -e me, ut transeam per terram. 11, 19 -e, ut transeam. Iob 10, 20 *et passim.* Cass. Fel. 1 p. 10 -es, ut operetur usque ad ruborem cutis. Ps. Matth. euang. 13, 3 -e me, ut tangam te (*syn.* permitto). *om.* ut: Itala Matth. 8, 22 (cod. l) -e mortuos sepeliant mortuos suos (ἄφες ... θάψαι, Vvlg. sepelire). *absolute*: Filastr. 101, 3 etsi excitantur mali contra malos interdum -ente domino. *adde*: Vvlg. Matth. 3, 15 tunc -sit (ἀφίησιν) eum (*sc. ad baptisma; fere i. q. admisit; syn.* sinere). *ad ea, quae sub c et sub III enotata sunt, cf. Löfstedt, Philol. Komm. z. Peregr. Aetheriae p. 189.*

III *praevalet notio relictionis, solitudinis i. q.* **post se relinquere,** *solum relinquere, deserere* Non. p. 286 -ere derelinquere. Gloss. linquit -it. reliquit -sit): A *proprie*: 1 *generatim*: a *aliquem*: Verg. Aen. 10,366 aspera quis natura loci -ere quando suasit equos (*i. descendere ex equis*). Itala deut. 31, 6 (Lugd.) non te -ssum faciet (ἀνῇ, Vvlg. non -et nec derelinquet te). Matth. 16, 4 (cod. e) et demisit et abiit (καταλιπών, Vvlg. relictis illis. *cf.* Hil. in Matth. 16, 3). Capitol. Aur. 28,5 si iam me -itis, vale vobis dico. Ver. 9,7 in urbe (Iord. Get. 190 domi). Itin. [Silv.] 8, 5 Farao ... vidit, quod filii Israhel -erant eum. Optat. 4, 9 p. 115, 4 -erunt deum vivum (Vvlg. Ios. 24, 20 si -seritis dominum. iud. 2, 12 Pass. Thom. p. 156, 16). Schol. Hor. Vind. ars 145 socium in litore. Fvlg. myth. 3, 6 iubetur puella in montis cacumine sola -i. Hier. in psalm. 119 -simus matres, -simus parentes ... haec omnia -simus. epist. 38,5,1 patrem senem cum navicula et rete -unt. 65,16,5 mortuum patrem. Vvlg. deut. 4, 31 non -et te nec omnino delebit. iud. 2, 23 -sit ergo dominus omnes nationes has. Cassian. conl. 3, 7, 2. Ps. Vict. Vit. pass. 12 -e eos (*i. segrega te ab eis*). Evgraph. Ter. Phorm. 465 quod -serit eam, quam diligebat. Ennod. epist. 8,42 p. 227,6 talis sum, qualem me in desperatione -istis. Fvlg. Rvsp. ad Monim. 1, 19 iuste est in perditione peccati -ssus. *c. acc. dupl.* (*cf. p. 1209, 70*): Val. Fl. 7,455 me sine (*imperat.*) et insontem misero -e parenti. Plin. epist. 7, 27, 16 ne me suspensum incertumque -as. Itala Luc. 10, 30 (cod. d) -entes semivivum *hominem* (ἀφέντες ἡμιθανῆ, Vvlg. semivivo relicto). Chiron 136 coopertum -e *equum* horis tribus aut quattuor. Hier. chron. a. Abr. 1685 Andromacho locorum custode -sso. Vvlg. Iudith 6,9 sic vinctum restibus -erunt eum. Mart. Cap. 7,739 in principio septimani partus hominem absolutum perfectumque -unt. Cassian. inst. 5, 21, 3. Evang. de nativ. Mar. 6, 3 virginem inter septa templi cum aliis virginibus ibidem educandam -erunt.

b *aliquid* (*de locis l. 37. 41 al.*): Lvcan. 3,367 si solus eam -ssis degener armis (Qvint. decl. 271 p. 113,14 Stat. Ach. 1, 424). Itala Is. 66, 19 (Cypr. testim. 1, 21) -am super eos signum (καταλείψω, Vvlg. ponam. *cf.* Itin. Anton. Plac. rec. A 35 Traianus ... signum hoc nobis -sit). Matth. 19,27 (cod e) nos -simus omnia (ἀφήκαμεν, Vvlg. reliquimus). Luc. 19,44 (cod. d) non -ent lapidem super lapidem (ἀφήσουσιν, Vvlg. relinquent). Ioh. 4, 28 (cod. e) mulier ... demisso urceo abiit in civitate⟨m⟩ (ἀφῆκεν ... τὴν ὑδρίαν, Vvlg. reliquit). Herm. Pal. vis. 3, 7, 1 -unt viam suam veram (ἀφίουσιν, vulg. relinquunt). Pallad. 3,12,3 singulis bracchiis vitium bina flagella -e (*opp.* recidere. *cf.* 3, 12, 6 *al.* Vvlg. Dan. 4, 20 germen radicum eius in terra -ite. *cf. p. 1217, 70*). Comment. Lucan. 8, 249 dum alto se dat et dimit⟨t⟩it sinus litoris. Ps. Garg. Mart. p. 210 vas est ... ita per dies VII -endum (*cf.* Soran. p. 113, 11 sic eam *matricem*). Schol. Stat. Theb. 1,401 paternum regnum. Clavd. Don. Aen. 1, 95 ipse enim Aeneas campos, non altitudinem -sit. Hier. in psalm. 119 -simus possessionem, -simus patriam, -simus saeculum. in Is. 17,9 p. 195 aratra. epist. 54, 14, 2 secum portet, quod invitus -urus est. 58, 4, 4 summae stultitiae est renuntiare saeculo, -ere patriam, urbes deserere. 60, 2, 3 ille ... fugitivus propheta, qui reliquit domum suam, -sit hereditatem suam. 60, 9, 1. 61, 1, 3 Aegyptum. Vvlg. gen. 45, 20 nec -atis quidquam de supellectile vestra. exod. 14, 19 cum eo pariter columna nubis, priora -ens, post tergum stetit. Ios. 10, 30 *al.* Avg. civ. 10,30 in hominum ... non sua, quae -erant, sed alia nova corpora redire humanas animas arbitratus est (*cf.* Serm. Arrian. frg. I 15 *Christus templum* [*i. corpus*] in cruce -sit). 20,7 quod dominus omnia sua -enti ... promisit. serm. ed. Mai 3,1 mundum. bon. coniug. 8,8 omnem suam substantiam. Cypr. Gall. gen. 927 urbes. Sidon. epist. 2,1,4 statuit ... nobilitas, seu patriam -ere seu capillos. Evgipp. Sev. 44, 3 (*opp.* transferre). Alc. Avit. carm. 2,392 pondere quo pulsant -ssa (demissa *codd.*) cadavera terram. Drac. Romul. 8, 119 templum -sit et aram. Arator ad Vigil. 9 ecclesiam subeo -ssa ... aula. Lib. iubil. 39,9 vestimenta sua in manibus eius (*syn.* dereliquit). Mart. Brac. corr. 16 signum crucis (*opp.* accipere). *nota i. q. praeternavigare*: Drac. Romul. 8,247 Abydon et Seston -sit aquis *eqs.* *c. dat.* (*cf. p. 1217, 29 sqq.*): Itala Matth. 23, 38 (cod. d) demittetur vobis domus vestra deserta (ἀφίεται, Vvlg. relinquetur). Ioh. 14, 27 (cod. d; Cypr. testim. 3, 2 unit. eccl. 24 *cf.* Optat. 1, 1 p. 3, 9) pacem meam -o vobis (ἀφίημι; cod. e remitto, Vvlg. relinquo). *al.* Lampr. Heliog. 23,7 eosdem ... *colymbos* singulis amicis natantibus -sit. Filastr. 156, 2 diversas doctrinas ... nobis -unt et deferunt. Vvlg. psalm. 16,14 -erunt reliquias suas (*sc. cibi*) parvulis suis. eccles. 2, 21 homini otioso quaesita -it.

2 *speciatim*: a -unt *mortui* (*cf. etiam* demitto *p. 493, 18*): *aliquid* (*hereditatem sim., obi. omittitur l. 76*): Stat. Theb. 1, 185 (*in imag.*) Cadmus ... fraternas acies ... augurium seros -sit ad usque nepotes. Test. porcelli p. 243. 244. Lampr. Heliog. 31, 3 facultates a multis -ssas. Vopisc. Aurelian. 35, 1 posteris suis. Sort. Sangall. 7, 9 fac testamentum ita, ut pauperibus -as (9, 11). Rvfin. hist. 4, 23,10. Hier. epist. 22,33,2 unum solidum. 54,4,3 Vvlg. *passim.* Epist. pontif. Thiel Hilar. 15, 4. Cod. Iust. 5, 17, 8, 7. 11, 66, 1 possessiones ad posteros suos dominii perpetui durabilitate. Hist. Apoll. rec. A 51. *aliquem* (*filium, heredem sim.*): Ampel. 34, 3 *Nicomedes* moriens testamento populum R. heredem -sit. Sort. Sangall. 3, 5 ut servos tuos liberos -as (*cf. supra l. 19*). Itala Matth. 22, 25 (cod. d) -sit uxorem suam fratri (ἀφῆκεν, Vvlg. reliquit). Luc. 20, 31 (cod. d) non -erunt filios (κατέλιπον, Vvlg. reliquerunt). Priscill. tract. 2, 48

p. 39, 20 nos ... quippe quos et ipse in ecclesiis nostris secum etiam communicantes -erat (de- *cod.*). VVLG. Marc. 12, 19 si *frater* ... -serit uxorem et filios non reliquerit. ENNOD. dict. 11, 6 p. 466, 1 heredem. COD. Iust. 6, 60, 3, 1 *filios* in patria potestate. LEX Sal. 44, 1 viduam. **b** *t. t. medicorum de morborum fine*: CELS. 2, 4 ut *febres* per accessiones increscant ... neque umquam integrum corpus -ant (VVLG. Matth. 8, 15 -sit eam febris. HIPPOCR. progn. 17 [ἀφῇ]. PETR. CHRYS. serm. 28 p. 247^A videtis quomodo -it febris quem tenuerit Christus. VITA Sev. 6. *nota sine obi.*: CELS. 2, 7 p. 44, 6 si febris non -it). CELS. 4, 29 quosdam *dolor* non -it. 5, 28 leuce quem occupavit non facile -it. *sim. de somno*: CVLEX 385 hunc ubi sollicitum -sit inertia vitae. OV. medic. 51 cum teneros somnus -serit artus. *de defectione animae*: ITALA gen. 35, 18 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 55, 11) cum -ret eam anima (ἀφιέναι αὐτήν, VVLG. egrediente ... anima). POMER. 3, 17, 1 quem carnalis voluptas superata -serit, mundi vanitas occupabit.

B *translate*: **1** *c. dat.* (*vel* in *c. abl. v. l. 22. 26. 43.* ad *l. 32*) *i. q. dedere, concedere* (*cf.* NON. p. 286 -ere permittere, in potestatem dare): **a** *aliquem*: STAT. silv. 1, 5, 3 et te, Phoebe, choris et te -imus, Euhan. TERT. monog. 14 -ssus est sententiae suae a domino. ITALA Is. 50, 1 (Rufin. Adamant. 1, 27) iniquitatibus vestris -si matrem vestram (ἐξαπέστειλα, VVLG. in sceleribus ... -si). VVLG. prov. 29, 15 puer ... -itur voluntati suae (VICT. VIT. 1, 35 PASS. Thom. p. 131, 2). CAEL. AVR. acut. 1, 10, 73 omnes somno -imus (1, 11, 82 *al.*). VICT. VIT. 3, 17 -it vos ecclesiis et domibus vestris (*sc. abire patitur*). in *c. abl.*: GREG. M. moral. 11, 18 in manu suorum operum -ssum hunc (*improbum*). 13, 37 in infimis voluptatibus -ssi (16, 60). 14, 35 in pravitatis suae sensu. *cf. l. 22.*

b *aliquid*: CVLEX 380 -es omnia ventis. VVLG. Matth. 5, 40 -e (ἄφες) ei et pallium (*cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 20, 2 p. 363 illud *vestimentum* -it [παραχωρεῖ] alii *mulieri*). AVG. epist. 63, 4 causam meam iudicio tuo (ad *aliquem v. p. 1207, 36*). 209, 7 loca illa eidem -ssa atque permissa sunt. quaest. hept. 1, 26 deo (*syn.* commendare). CAEL. AVR. acut. 1, 15, 125 potestati aegrotantium -endum quid velint eligere. 1, 17, 181. SEDVL. carm. pasch. 4, 116 vasto ... profundo retia -i piscautia (*an scrib.* demitti?). EVGRAPH. Ter. Hec. 391 hoc voluntati -itur. ENNOD. opusc. 4 p. 392, 8 -ssa fratribus cellula. epist. 3, 32 p. 94, 22 melius est plus aestimationi per silentium -ere. CASSIOD. hist. 12, 9 p. 1211^A -entes eas *possessiones* quibuscumque personis. ASSVMPT. Moys. 2, 2 magisteria locorum -es illis. FACVND. defens. 2, 6 p. 581^C ipsius considerationi -imus. PASS. Mar. Iac. 4 p. 50, 15 ut recentissima gloriae suae -rent secuturis. in *aliquid*: FRONTO p. 34, 9 N. ne *scripta mea* in fumum -rem (*i. concremarem*). in *aliqua re*: HIER. in Is. 38, 1 p. 467 Ezechias ... in dei iudicio quid velit praestare -it. OP. imperf. in Matth. 22 p. 752 remedium ... sanitatis in potestate misericordiae eius -sit. CASSIOD. hist. 2, 14 p. 933^D hoc in uniuscuiusque voluntate, non in necessitate -isti. GREG. TVR. Franc. 2, 3 ne ecclesiam dei in ambiguo, hoc est in suspenso -rem. *acced. alter accus.*: PS. APVL. Ascl. 10 ne curae omnia suae mandata vidua desertaque -at. CYPR. epist. 22, 2 universi litteras ex compacto universis pacem -simus. PS. AVG. categ. 16 cum philosophus ipse liberum -serit arbitrium inquirentibus. GREG. M. in Ezech. 1, 8, 6 ut locus vacuus, per quem hostis possit ingredi, -atur. *c. acc. gerund.*: HIER. epist. 61, 3, 2 haec aliis aut loquenda aut ridenda -o. VVLG. lev. 19, 10 pauperibus et peregrinis carpenda -es *grana*. AVG. epist. 102, 32 nobis ... ea legenda -erunt. VICT. VIT. 3, 15 non ... mutanda quae ferebant vestimenta, penitus -untur. *al.*

2 *officium sim., statum deserere*: PAVL. sent. 5, 31, 1 si pecuniā acceptā miles custodiam -serit. HEGES. 2, 15, 8 societatem *Romanorum*. HIER. epist. 64, 8, 1 leviticum gradum. VVLG. prov. 1, 8 ne -as legem matris tuae. *sim.* EVGRAPH. Ter. Ad. 855 -it vitam praeteritam. PASS. Thom. p. 151, 15 peto te, ut -as hanc amentiam.

3 *i. q. omittere*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 8 p. 556^A quae in compendium -imus. HIER. adv. Rufin. 3, 14 quae -isti vel addidisti aut Origenis erunt aut tua. epist. 57, 10, 4 si ... aliqua verba -serim. 57, 11, 1 *opp.* addere. SORAN. p. 118, 2 ut ex rebus huic corpori necessariis nihil -isse videamur. *i. q. partem residuam facere, non delere*: VICT. VIT. 1, 18 decrevi ego de nomine et genere vestro nullum -ere. 2, 12. VVLG. exod. 10, 15 quidquid pomorum in arboribus fuit quae grando -erat (*cf.* CORIPP. Ioh. 2, 303 ne male -ssi [*i. non eradicati*] perdant ... hordea vepres *et p. 1216, 39*). iud. 2, 21 non delebo gentes, quas -sit Iosue. Sirach 44, 18 -ssum (red- *cod. A*) est reliquum terrae, cum factum est diluvium. *fort. i. q. delinquere, facere*: LEX Visig. Eur. 276 si vero servus hoc -serit (*antecedit* facere).

part. perf. pass. pro adi. **dīmissus**, -a, -um. *i. q. laxus*: SEN. nat. 7, 27, 6 facies *cometarum* ... non in angustum conlecta et artata, sed -a liberius et multarum stellarum amplexa. PALLAD. 2, 15, 18 cortex in nuce -us maturitatis indicium est. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 70. 2, 32, 171 solubile ac -um ... corpus. 2, 32, 172 corporis habitudo laxior atque -a. 3, 8, 90. chron. 1, 4, 65 corporis -a volutatio. SEDVL. carm. pasch. 3, 94 languida -is pendebant vincula nervis *mortui* (op. pasch. 3, 8).

deriv.: dimissio, dimissor(ius), dimissus. *comp.*: indimissus. *Tafel.*

dimoeros, -on, δίμοιρος. *t. t. mathem.*: VITR. 3, 1, 6 bessem, -ον dicunt, quattuor *partitiones numeri sex habere*. *t. t. metricorum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 116, 3 ⟨versus Adoni⟩dius, quod metrum vocatur -ον ἐπικόν, eo quod duos pedes heroos tantum recipiat, dactylum ⟨et⟩ spondeum (167, 16. 175, 30). *cf.* 116, 23. 120, 8. 161, 28. 163, 1 epodis epici -i (*Gaisford*, duo p. moeris *trad.*) primo *libro odarum usus est Horatius* novies. 171, 34 (*de carm. saec.*) hendecasyllabum est Sapphicum, tribus continuis versibus, epodo quarto epico -o. 172, 5.

dīmōlior *v.* demolior.

dīmoveo, -mōvī, -mōtum, -ēre *a* dis- *et* movere. dismota: S. C. de Bacch. (Corp. I² 581) 30. *saepe confunditur cum* demoveo *q. v.* GLOSS. -vit διέστησεν, μετέστησεν, ἀποκινεῖ. divomerat (*sic*) aperuerat (*cf. infra l. 48*). *legitur inde a* S. C. de Bacch. *et* TER.

1 *strictiore sensu i. q. in diversas partes movere, disicere, discutere, dispellere, dirimere, disiungere*: **a** *aliquem* (*multitudinem*): CIC. Planc. 17 qui hos -vit (*sc. in magistratu petendo*). HOR. carm. 3, 5, 51 *Regulus* -vit obstantes propinquos et populum reditus morantem. LIV. 3, 48, 3 multitudo ipsa se sua sponte -vit (*i. discessit. cf.* TAC. hist. 3, 51 -ota turba. 3, 80 SVET. Galba 19, 2. LACT. inst. 6, 1, 8 populum). 23, 29, 11 hostium cornua. PLIN. nat. 8, 23 occurrentia *animalia*. APVL. met. 9, 21. 11, 6. ITALA IV reg. 17, 20 (Cypr. epist. 69, 6) -vit eos (ἐσάλευσεν, VVLG. afflixit). CASSIOD. chron. II p. 155, 1211 Hunos ... per Aetium -vit. **b** *aliquid* (*hic illic fere i. q. tollere*): S. C. de Bacch. (Corp. I² 581) 30 Bacanalia ... faciatis utei dismota sient. LVCR. 6, 869 ubi sol radiis terram -vit obortus et rarefecit calido gliscente vapore. 6, 891 -endo mari est Aradi fons, dulcis aquai qui scatit et salsas circum se -et undas (OV. epist. 17, 80 -otae corpore murmur aquae. 18, 48 lentaque -otis bracchia iactat aquis. met. 4, 708 undis). PS. SALL. rep. 1, 5, 1 bonis malisque -otis (*cf.* ARNOB. nat. 7, 12 bonas ut res conferant -eantque contrarias *di*). VERG. georg. 2, 513 agricola incurvo terram -vit aratro (OV. met. 5, 341 glaebam. FIRM. err. 3, 4). Aen. 3, 589 umentemque Aurora polo -verat umbram (4, 7. GLOSS. *ad l.* deduxerat. 11, 210. *cf.* CYPR. GALL. Ios. 203 noctem .. opacam). 5, 839 Somnus ... aëra -vit tenebrosum et dispulit umbras (*cf.* 9, 642 spirantes -et auras). HOR. carm. 1, 23, 8 virides rubum -vere lacertae. OV. met. 8, 641 foco tepidum cinerem -vit. 11, 617. fast. 5, 638 raucaque -vit (*i. diduxit*) talibus ora sonis. hal. 24. SEN. Phaedr. 587 -e vocis moras (*cf.* APVL. met. 9, 19 -ota cunctatione). nat. 6, 5, 2 (*in imag.*) rerum naturae latebras -ere (AMM. 15, 9, 2 obscuritate -ota. INSCR. christ. Rossi II p. 63, 10 demovit dominus tenebras). 6, 12, 2 *spiritus* quaerens locum omnes angustias -et. LVCAN. 2, 372 *Cato* nec horrificam sancto -vit ab ore caesariem (APVL. met. 2, 23 crinibus antependulis hinc inde -otis [*Oud.*, dem- *cod.*]). 8, 754 summas -vit harenas. SIL. 12, 705 nubem (CLAVD. 18, 390 nebulam). STAT. Theb. 1, 436 -otis ... claustris (IVL. VAL. 1, 9. *cf.* TAC. ann. 6, 24 parietibus. APVL. met. 4, 10 *fores*. *i. aperire, v. l. 13*). TAC. ann. 4, 63 obruta. PLIN. paneg. 49, 1 -vit perfregitque custodias. SVET. Tit. 10, 1 pallulis. APVL. met. 1, 8 aulaeum tragicum -eto. 2, 8 amicula (10, 31 *laciniam*). 9, 12. MART. CAP. 2, 220 vs. fruge vera omne fictum -ent *libelli* (*cf.* 8, 809 figmenta). PETR. CHRYS. serm. 137 p. 571^D instituit rempublicam, non -vit *Iohannes baptista*.

2 *latiore sensu*: **a** *i. q. removere, avertere* (*accedunt abl., praep.* a): TER. Ad. 170 cave nunciam oculos a meis oculis quoquam -eas tuos (di- ε *et* GLOSS. V 533, 6 -eas avertas, de- *cett. codd.* PLIN. paneg. 67, 5 a custodia tui capitis oculos). CIC. Att. 4, 16, 3 (*in imag.*) quod in iis libris ... personam desideras Scaevolae, non eam temere -vi. SALL. Iug. 42, 1 equites R., quos spes societatis a plebe -verat. AETNA 508 vix †iunctis quisquam fixo (*i. a re qualibet, quas tetigerunt*) -verit illas *scintillas*. HOR. carm. 3, 8, 10 hic dies ... corticem astrictum pice -bit amphorae. 4, 5, 14 curvo nec faciem litore -et. TERT. apol. 5 ab eiusmodi hominibus poenam -vit. ARNOB. nat. 1, 19 quod ab dis convenit procul esse -otum. 1, 25 *mentes* ab omni perturbatione -otas. 7, 23. AMM. 15, 8, 1 partem ... longe -otam. 21, 16, 5 corporibus a lascivia -otis et luxu. 26, 6, 12 -oto longius principe. CYPR. GALL. gen. 127 *deus Adam Evamque* procul sacratis -et hortis. 414 patriis te -e terris. Ios. 19. PS. RVFIN. in psalm. 25, 1 ne a proposito suo -eatur. MART. CAP. 5, 458 imprudentia est, cum a voto scientiaque nostra aliquid -emus. BOETH. herm. pr. 2, 12 p. 171, 18 nos ab hac opinione. **b** *i. q. movere, agitare*: CELS. 1, 6 p. 24 neque ambulatione quamvis leni -eri *debet aegrotus*. 2, 14 p. 60 manus (ORIBAS. syn. 1, 4). 3, 22 p. 111 corpus. 3, 27, 3. 4, 14 p. 139. 4, 31 p. 157 se -ere. APVL. met. 1, 13 capite Socratis in alterum -oto latus.

dīmus bimus GLOSS.

dīna δεῖνα. ITALA Matth. 26, 18 (cod. h) ite in civitatem ad dinan (πρὸς τὸν δεῖνα, ITALA rell. codd. *et* VVLG. ad quendam).

? **dinamerus** (-um?). FVLG. Virg. cont. p. 86, 2 quae ... Dardanus in -is ... cecinerunt.

dinamicē, dinamidia *v.* dyn-. **dīnārius** *v.* denarius.

dindro *v.* drindro. **dingua** *v.* lingua.

dīnitido, -āre *a* dis- *et* nitidare. *i. q. nitidare*: MART. BRAC. humil. 3 *adulatio* levi quadam et suavi unctione caput interioris hominis, quod est cor, quasi unguendo -at. *L.*

dīnōscentia, -ae *f.* [*a* dinoscere, dinoscens. *Th.*]. *in codd.* [*Graeber*]

saepius dign- *scribitur, in vetustioribus autem ubique* din- (*cf. infra l. 26 sqq.*). *i. q. actio dinoscendi, discernendi sive cognoscendi scientia* (*syn.* discretio *l. 22*). [*locus corruptus*: IVL. VAL. 1, 25 p. 34, 26 multitudini nec facilis sui apud omnes singula -a atque etiam difficilis vel conspiratio (*in T non leguntur*).] FVLG. aet. mund. p. 133, 12 ex -ac ... ligno. AVG. civ. 14, 7 lignum eo, quod istam faceret -am ..., ex ea re nomen accepit, ut appellaretur lignum sciendi boni et mali. in psalm. 52, 5 ista -a nobis ex spiritu dei est. gen. c. Manich. 2, 25, 38 in ipso homine tamquam in arbore ... eam -am demonstraturos se esse praesumunt. CASSIOD. in psalm. 30, 22 *labia dolosa* superius obmutescere -ae virtute praedixit (*cf.* 21 quando ... manifestationem resurrectionis agnoverint, ... obmutescunt). *accedit genet. obiect.*: IVL. VAL. 2, 25 p. 91, 13 pulvis ... omnem -am veri eminus confudisset. ITALA gen. 2, 9 (Aug. gen. c. Manich. 2, 9, 12) lignum -ae b o n i e t m a l i (τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, VVLG. scientiae boni et mali). TYCON. 3 p. 18, 12 per -am boni et mali. AVG. gen. c. Manich. 2, 9, 12 arboris -ae boni et mali (*ibid. iterum.* 2, 25, 38 *syn.* scientia boni et mali. gen. ad litt. 8, 15 p. 254, 19. 8, 16 p. 255, 8. 11, 42 p. 376, 26 c. Iul. op. imperf. 6, 30 p. 1581^A nat. bon. 35 p. 872, 21 c. adv. leg. 1, 13, 21 *cf. l. 59 sqq.*). AVG. mor. eccl. 1, 24, 45 ad quam (*prudentiam*) -a pertinet appetendorum et vitandorum. ISID. orig. 10, 240 sicut gustus aptus est ad discretionem saporis ciborum, sic sapiens ad -am rerum atque causarum. *nota sensu passivo de statu eius, qui cognoscitur*: IVL. VAL. 2, 25 p. 87, 15 unus ex Persis armis Macedonicis indutus, evitata hoc astu -a.

*dīnōsco, -nōvī, -nōscere *a* dis- *et* (g)noscere. dign- *saepius scribitur in codd. inde a VIII/IX saec., in vetustioribus ubique* din- *uno excepto loco* (*cf. p. 1221, 80*). den-: FRG. Mur. 57 PS. VEN. FORT. vita Remed. 2, 5. *adde l. 35.* dinusc-: PS. VEN. FORT. vita Med. 2, 4. *perfectum formaeque ab eo derivatae inveniuntur ter* PS. ORIG. tract. 14 p. 155, 15 dinoverat. AMM. 26, 1, 7 dignorat (pignorat *VP*). NOT. Tir. 47, 85^a dignovit. CASSIOD. (*ex Papiriano*) gramm. VII 163, 13 *dis praepositio* sequentibus ... b d g l m n r amittit *s*, ut ... dimovit, -it, diripit. GLOSS. γινώσκω. διαγινώσκω. -it ἐμφανίζει. -itur cognoscitur. -imur φαινόμεθα. denosco παραδειγματίζω. *legitur inde ab* HOR. *et* OV.

I *vi praepositionis* dis- *integra i. q.* **discernere, distinguere, internoscere**: **A** *aliquem*: COLVM. 8, 5, 7 mater (*gallina*) suos et alienos *pullos* propter similitudinem -ere non potest (*cf. l. 64*). SOL. 1, 82 murmillo et ... orator *tam similes*, ut ... -i non possent, nisi discrepantiam habitus indicaret. VEG. mil. 3, 5 muta signa, quae dux belli in equis aut in indumentis et in ipsis armis, ut -atur hostis, praecipit custodiri. *obiect. supplend.*: OV. met. 13, 835 geminos ... inter se similes, vix ut -ere possis, ... catulos ... ursae. *nota fere i. q. recensere, recognoscere*: TERT. scorp. 10 p. 167, 22 qui *Christiani* non -i habeant (*i. dinoscendi sint*) illic (*sc. in limine caeli*), sed agnosci. CYPR. GALL. num. 31 genitos primo pueros -ere partu (VVLG. num. 3, 42 recensuit). *indicatur, a quo discernatur*: *abl.*: HOR. epist. 1, 15, 29 scurra ... impransus non qui civem -ret hoste. a b: PAVL. dig. 18, 1, 5 difficile -i potest liber homo a servo. *additur nota distinctionis*: SEN. dial. 10, 2, 4 his illos -i ... notis (*cf.* MIN. FEL. 31, 8 nos ... non notaculo corporis ... sed innocentiae ac modestiae signo [*v. infra l. 77*] facile -imus. *v. etiam l. 84*). QVINT. inst. 11, 3, 31 sonis homines ut aera tinnitu. TAC. Germ. 20 dominum ac servum nullis educationis deliciis.

B *aliquid*: ALBINOV. carm. frg. 14 nihil erepto valuit -ere mundo †obstructum. MANIL. 2, 608 cognata ... signa. SEN. epist. 45, 7 quemadmodum hanc similitudinem (*quae inter adulationem extat et amicitiam*) possim -ere. 124, 5 minuta discernere, ... b o n u m m a l u m q u e -ere (ITALA gen. 2, 9 [Aug. gen. ad litt. 8, 4 p. 235, 13] lignum scientiae -endi bonum et malum [τοῦ εἰδέναι γνωστόν, VVLG. scientiae boni et mali]. Aug. gen. c. Manich. 2, 15, 22. *cf. supra l. 14 sqq.*). COLVM. 3, 2, 30 quaedam *vites* ... a qualitate sua discesserunt, ita ut -i non possint. 3, 20, 5 vites, quae propter similitudinem ... -i nequeunt (*cf. supra l. 39*). PS. QVINT. decl. 8, 12 indifferentiam *fratrum geminorum* ... parentum ... agnitio -it, separat notitia nutricum. FRONTIN. aq. 26 differentiam unciae digiti *etc.* ... ut facilius -amus. IVV. 10, 2 pauci -ere (discernere ς) possunt vera bona atque illis multum diversa. *obiect. supplend.*: SVET. Otho 12, 1 galericulo capiti propter raritatem capillorum ... adnexo, ut nemo -ret. *indicatur, a qua re discernatur*: *abl.*: HOR. epist. 2, 2, 44 curvo -ere rectum. PERS. 5, 105 veris speciem -ere. a b: PLIN. nat. 12, 72 vix ut -i possit a mastiche vera (*de herba simili*). 28, 119. CHAR. gramm. I 48, 5 unde ... -itur et discernitur nomen a participio? DIOM. gramm. I 344, 19 iterativa verba ab incohativis. *additur nota distinctionis*: *abl.*: SEN. clem. 1, 3, 1 vitia ... virtutes imitantia non possunt secerni, nisi ⟨iis⟩ signa, quibus -antur, impresseris (*cf. supra l. 52*). COLVM. 3, 2, 9 frequentia materiarum foliorumque ... magnitudine -itur *vitis Aminea maior*. 3, 2, 26. PLIN. nat. 28, 119 praecipua ... differentia *scincus* -itur a crocodilo *eqs.* FRONTIN. aq. 13 ut *aquae* facilius appellationibus -rentur. PS. APVL. Ascl. 30 terrenum ... tempus aëris qualitate, aestuum frigorisque varietate -itur. CENS. 20, 10 quattuor ... illi (*sc. menses*) ... eo -untur, quod *eqs.* LACT. inst. 3, 10, 2 *animalia* cum ... suas voces propriis inter se notis discernunt atque -unt, colloqui videntur (*cf.* ira 7, 7 *muta animalia* -unt invicem se vocibus. *v. p. 1219, 51 sqq.*). HIL. in Matth. 22, 3 haec ... parabola (*i. interpretatio huius fabulae*) distinguenda temporibus est et -enda personis. *obiect. supplend.*: COLVM. 2, 2, 20 sapore *terram.* i n: DIOM. gramm. I 434, 6 in illis (*i. accentibus*) sonos, in his (*i. lineis virgulisque*) tempora -i videmus (*item* MAR. VICTORIN. gramm. VI 193, 25). p e r: SERV. Aen. 3, 587 nox media ... inactuosa, carens actibus, per quos tempora -imus. *ibid. iterum.* *a d v e r b.*: CHAR. gramm. I 48, 5 unde (*cf. p. 1219, 74*). VLP. dig. 50, 16, 99, 2 inde. *significatur instrumentum, quod ad discernendum adhibetur*: QVINT. inst. 11, 3, 18 non haec (*i. vox*) minus auribus quam oculis illa (*i. facies*) -itur.

C *sequitur interrogatio indirecta*: VAL. MAX. 1, 1, 8 ne -retur, utri rem divinam fieri oporteret. 5, 6, 6 -i arduum est (*cf. p. 1221, 28*) utrum ... an (6, 8, 5). 9, 9, 2 hostesne an commilitones occurrerent. COLVM. 2, 4, 1 in utram partem vomer actus sit. STAT. Theb. 11, 37 -ere ..., quae magis arma sonent, quo plus eat hasta lacerto. POMPON. dig. 46, 8, 16 pr. utrumne ... an. VLP. dig. 39, 4, 3, 2 quis sit. 50, 16, 99, 2. TERT. adv. Hermog. 15 p. 143, 5 non examinando nec -endo, quomodo illud (*i. malum*) aut deo tribuant aut a deo separent. AVG. gen. ad litt. 12, 1 p. 380, 18 c. adv. leg. 1, 13, 21. SVLP. SEV. chron. 1, 11, 3 ad -endum, qui (*i. uter*) prius nasceretur. *nota*: PERS. 5, 24 pulsa, -ere cautus, quid solidum crepet, et pictae tectoria linguae. *indicatur instrumentum ad discernendum adhibitum*: AVG. gen. ad litt. 8, 15 p. 254, 21 antequam ... homo ... ipsa experientia -ret, quid interesset inter bonum ... et malum.

II *vi praepositionis* dis- *debilitata vel prorsus neglecta verbum meram in notionem abit (discernendo) plane, recte* **noscendi, agnoscendi, cognoscendi**: **A** *aliquem*: TERT. resurr. 2 p. 27, 1 in *Christo* (*qui est idem deus et homo*) -itur deus (*i. discernendo a Christo homine plane cognoscitur*). ITALA Ier. 31, 34 (Cypr. testim. 1, 11) -e dominum (γνῶθι, VVLG. cognosce. *cf.* PSALT. Rom. 47, 4 deus in gradibus eius -etur; VVLG. cognoscetur). HERM. Pal. sim. 3, 2 neque iusti neque iniqui in hoc saeculo -untur, sed similes sunt (φαίνονται, *syn.* apparent). *ibid. iterum.* 3, 3. COMM. instr. 1, 32, 6 lex tibi non ulla est nec te in prosperitate -is (*i. recte diiudicas*). AVG. serm. ed. Mai 55, 1 gubernator in tempestate -itur, miles in acie probatur. PS. AVG. categ. 7 ut animal intellegi non potest nisi de subiecto homine (καθ' ὑποκειμένου λεγόμενον ἀνθρώπου), sic homo adverti non potest, nisi de subiecto aliquo homine -atur. *obi. omissum*: COMM. instr. 1, 36, 15 traiectum clavis dominum cognoscere nolunt, in cuius iudicium cum ve⟨ne⟩ri⟨n⟩t, ibi -unt. *indicatur nota, qua quis agnoscitur*: e x: TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 442, 12 unde magis -itur Christus creatoris quam ex verbi potestate? (*ibid.* agnoscitur). PS. APVL. Ascl. 35 hominum genus *est* uniforme, ut homo -i ex aspectu possit. i n: HIER. epist. 39, 1, 3 in eo facilius -batur, quod neglectius (neglegentius *al.*) incedebat.

B *aliquid*: **1** *obiectum solum*: FRONTO p. 95, 24 N. ut parentes cum in voltu liberum oris sui liniamenta -unt, ita ego cum in orationibus vestris vestigia nostrae sectae animadverto *eqs.* p. 139, 5 castella verborum, conciliabula verborum loco, gradus, pondera, aetates dignitatesque -ere, ne in oratione praepostere ... collocentur. GELL. 17, 15, 4. PS. APVL. Ascl. 15 nec qualitates ... nec quantitates nec positiones nec effectus -i potuissent earum rerum, quae nusquam sunt. 32 cuius veritatis in mundo nequidem extrema linea umbrave -itur. *ibid.* intellectus noster ad qualitatem sensus mundi intellegendam et -endam mentis pervenit intentione. TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 523, 26 tempus ... illud non -entes (*syn.* p. 524, 2 eius tempora nosse). anim. 9 p. 310, 23 *mulier ecstatica* quorundam corda -it (ITALA Luc. 16, 15 [cod. e Cypr. epist. 68, 4] deus ... -it corda vestra [γινώσκει, codd. b c *al. et* VVLG. novit]). ITALA Luc. 12, 2 (Tert. adv. Marc. 4, 28 p. 516, 17) nihil absconditum, quod non -etur (γνωσθήσεται, cod. e cognoscatur, d scietur, VVLG. sciatur). COMM. apol. 65 agricola doctus tempestiva (*i. tempestates*) longe -it (*fere i. q. praenoscit*). 113 nec poterit tanti dei forma -i (*cf. p. 1221, 34 sq.*). SOL. 19, 18 IVL. VAL. 1, 30. LACT. opif. 7, 11 quantum conferat *barbae ratio* ... ad -endam corporum maturitatem. IVL. VICT. rhet. 4, 1 p. 385, 33 statum *causae* (p. 385, 8 *syn.* cognoscere). DICT. 4, 18 secreta. PS. RVFIN. in Am. 2, 4. 5 p. 1064^A morum vulnera -ere ac vitare. AVG. in psalm. 149, 2 ne forte fragilitas humana -ere non posset lupum sub ovina pelle. SVLP. SEV. chron. 2, 34, 3. MACR. sat. 1, 3, 12 diluculum, cum incipit -i dies. PHYSIOGN. 45 eius nominis (*sc.* ἐπιπρέπεια) significatio concipienda tibi est atque -enda. SIDON. epist. 5, 3, 1. EVG. TOLET. carm. 6, 1 vis -ere verum. BENED. reg. 61. *additur abl. modi*: TYCON. 7 p. 70, 14 eadem ratione. *nota absolute*: VAL. MAX. 2, 6, 8 quantum -ere erat (*i. licebat*). **2** *indicatur nota, qua quid agnoscitur*: *abl.*: PS. APVL. Ascl. 34 aliquid ... corporale, id est quod possit qualitate, quantitate numerisque -i. d e: TERT. pudic. 5 p. 226, 25 de loco modum, de ordine statum, de confinio meritum cuiusque (*sc. delicti*) -as. adv. Marc. 1, 17 p. 312, 8 alterum de operibus, alterum de beneficiis -etur (*M*, dei -itur *R*). ITALA Matth. 12, 33 (cod. k) de fructu ... arbor -itur (γινώσκεται, VVLG. agnoscitur). *cf. p. 1221, 7.* i n: TERT. adv. Marc. 1, 29 p. 332, 7 abstinentia nubendi in facultate -itur. FILASTR. 152, 4 *ut* fides atque doctrina

[*Graeber*]

studiumque et vita praeclara in paucorum fidelium et cupientium voluntate -retur exuberans. VVLG. Sirach 4, 29 in lingua ... sapientia -itur (agnoscitur *A*) et sensus et scientia et doctrina in verbo sensati et firmamentum in operibus iustitiae. ex: TERT. adv. Hermog. 39 p. 169, 15 ex partibus totum. LACT. inst. 7, 9, 10 ex eo *argumento* aeternitatem animae. opif. 8, 12 mens ac voluntas ex oculis saepe -itur. ACT. Archel. 20, 2 p. 31, 16 ex fructu omnis arbor (*cf. p. 1220, 82*). *adde infra l. 48.* a: LAMPR. Alex. 27, 1 ut *officia et dignitates* a vestitu -rentur (*syn.* agnoscere). *adverb.*: TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 442, 12 unde (*cf.* PS. AVG. quaest. test. II nov. 47 p. 448, 1). SIDON. epist. 5, 3, 1 hinc. 3 *significatur instrumentum, quod ad agnoscendum adhibetur: abl.*: PLIN. nat. 18, 216 non ... difficili ratione -entur *siderum exortus* ... digestione circulorum. PS. APVL. Ascl. 32 ubi ... quid temporum dimensione -itur. 34 intellegibilem mundum, id est qui mentis solo obtutu -itur. TER. MAVR. 663 hanc (*sc. vicem consonantis*) ... sensu per artem tradito -imus. ARNOB. nat. 7, 7 neque ... apertissima potuit cognitione -i. CLAVD. MAM. anim. p. 100, 8 omnia -untur melius contrariorum comparatione. *adde*: PLIN. nat. 6, 40 sunt ... aliae *Portae* Caspiis gentibus iunctae, quod -i non potest nisi comitatu rerum Alexandri Magni (*i. per homines comitantes Alexandri expeditiones*). DICT. 6, 5 futura defunctorum animis (*cf. l. 23*). per: APVL. Socr. 6 p. 134 somniis conformandis vel extis fissiculandis ... ceterisque adeo, per quae futura -imus (*cf. l. 21*). TERT. resurr. 15 p. 45, 2 cogitatus ... per carnem -untur extrinsecus. *adde singulariter*: ITALA Matth. 24, 32 (cod. e) a ficu ... -ite similitudinem (μάθετε, VVLG. discite).

C *sequitur interrogatio indirecta*: VAL. MAX. 1, 8 pr. quae (*miracula*) unde manaverint aut qua ratione constiterint, -ere arduum est (*cf. p. 1220, 14*). 7, 3, 8 quisnam re vera esset. PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 136, 22 qualem oporteat nominativum singularem esse. APVL. met. 9, 7 ut erasis intrinsecus sordibus diligenter aptum⟨ne⟩ usui (*sc. dolium*) possim -ere. PS. APVL. Ascl. 34 locus solus quid sit -i non potest. TERT. cult. fem. 2, 9 pompae quam ... curent luxuriae negotium. COMM. apol. 99 hunc (*i. deum*) ... nec ipsi nuntii (*i. angeli*) -ere possunt, qualis sit aut quantus (*per anticipationem. cf. etiam p. 1220, 65*). 244 nec modo (*i. nunc in exilio*) -unt, quapropter sint talia passi. AVSON. 303, 11 quid ferre possis quidve non -ere (AVG. gen. ad litt. 1, 21 p. 31, 21). DICT. 3, 23 barbarine Graecine summa rerum potirentur. 5, 1 quae apud Graecos actitata essent. PS. AVG. quaest. test. II nov. 47 p. 448, 1. SVLP. SEV. Mart. 12, 1 ut difficile fuerit -ere quid videret. MACR. sat. 1, 4, 3 Saturnaliorum ... cur malimus quam Saturnalium dicere. EVG. TOLET. carm. 16, 7. *nota indicativum*: PS. SORAN. quaest. med. praef. p. 246, 8 aptissima ... semiotica est inspectio vel probatio vitiorum, qua -itur quod in arte est bonum.

D *sequitur acc. c. inf.*: PS. ORIG. tract. 14 p. 155, 15 in saeculo iam eum (*sc. dominum*) venisse -erat *Ioannes*. MAR. VICTORIN. verb. script. 3 AMM. 26, 1, 7. MACR. sat. 1, 23, 12 hunc ... eundem Iovem solemque esse cum ex ipso sacrorum ritu tum ex habitu -itur. COD. Theod. 14, 4, 1 (*a. 334*). SIDON. epist. (carm. 14) 1.

III *vi et praepositionis* dis- *et verbi* noscendi *magis magisque evanescente verbum passive personaliter usurpatur: sequitur nom. c. inf.: hic illic supplendum est* esse (*syn.* probari *l. 55. 77*; apparet *l. 62*; manifestari FILASTR. 87, 3; cognosci FILASTR. 137, 3): MOD. dig. 2, 4, 25 si inopiā -itur laborare. PROB. inst. gramm. IV 54, 36 'fau' ... corruptum invenitur, 'ni' vero coniunctio esse probatur, 'us' autem corruptum esse -itur. PS. APVL. Ascl. 1 alterum ... alterius consentaneum esse -itur: omnia unius esse aut unum esse omnia. TERT. anim. 17 p. 325, 21 per hos sensus solus omnium homo animal rationale -itur. FRG. Mur. 57 una ... per omnem orbem terrae ecclesia deffusa esse denoscitur (*sed cf. Lietzm.*). MAR. VICTORIN. verb. script. 2 quando temperantur invicem, sibi necessaria esse -untur (*sc. lux et tenebrae*). *ibid. iterum* (*syn.* apparet). TRACT. c. Arrian. p. 14, 31 deus, si pluraliter loquitur, consortem naturae suae habere -itur. LVCIF. Athan. 2, 21 p. 187, 13 esse intellegeris unus ex illis, qui -antur audire: vae vobis *eqs.* moriend. 12 p. 309, 9 hi sunt spiritus, quibus tu .. sacrificare -eris. SERM. Arrian. frg. I 1 p. 598^B pater in sua non nata substantia incomparabilis -itur (*sc. esse*). FILASTR. 49, 4. 87, 3 ut consortes Iudaeorum criminis et sceleris (*sc. esse*) manifestantur atque ab omnibus -untur. 118, 4 non ... Moses in illa hora -itur circumcisus (*sc. esse*). 137, 3 *al.* FVLG. myth. 1 praef. p. 3, 14 quia et mihi nuper imperasse -eris, ut *eqs.* GENNAD. dogm. 72 qui usuras accepisse convincitur aut in scaena lusisse -itur. RVFIN. hist. 4, 16, 6 ex quibus apertissime -itur ... ignorare (φανερὸν ὑμῖν ἐστιν ὅτι ... οὐδὲν ἐπίσταται). 5, 17, 3 *al.* EPIST. pontif. 285 Migne 20, 465^A *illorum* in locum successisse -or. AVELL. p. 636, 7 quanto flagramus studio ... iamdudum planum fecisse -imur. p. 701, 5. 712, 3 *al.* BREV. fid. adv. Arrian. p. 661^D nulli subditus esse probatur, sed suae potestatis esse -itur. *al.* COMPVT. cod. Col. prol. 9 p. 233 *al.* PS. ARNOB. confl. 2, 5 p. 277^A quomodo *anima* non corporea esse -itur. CLAVD. MAM. anim. p. 53, 4 FAVST. REI. spir. 1, 6 p. 109, 6 *al.* CONC. Arv. a. 535 p. 68, 17 quod quisque fecisse dignuscetur (*C*, cogn- *rell. cf. p. 1219, 26 sq.*). CASSIOD. in psalm. 86, 1 *templum* a Salomone fabricatum esse -itur. 87, 16. 113, 16 *al.* COD. Iust. 1, 3, 48, 5. 5, 3, 19, 1 NOVELL. Iust. 9, 1. 37, 1 METROL. p. 138, 7 LEX Visig. *passim.*

syn.: *ad I*: secernere (SEN. clem. 1, 3, 1 PS. QVINT. decl. 8, 12), discernere (SEN. epist. 124, 5 CHAR. gramm. I 48, 5 LACT. inst. 3, 10, 2 AVG. gen. ad litt. 1, 10 p. 16, 13. 12, 1 p. 380, 18), separare (PS. QVINT. decl. 8, 12 VLP. dig. 50, 16, 99, 2), distinguere (HIL. in Matth. 22, 3). *ad II*: animadvertere (FRONTO p. 95, 25 N.), pervidere (PS. APVL. Ascl. 32), intellegere (PS. APVL. Ascl. 32), agnoscere (LAMPR. Alex. 27, 1 ACT. Archel. 20, 2 p. 31, 16), probare (AVG. serm. ed. Mai 55, 1). *ad III cf. p. 1221, 52 sq.*

deriv.: dinoscentia, (in)dinoscibilis. *Graeber.*

dīnōsis *v.* deinosis.

dīnoto, -ātus, -āre *a* dis- *et* notare. *i. q. discernere, dinoscere*: CIC. ac. 2, 57 cum ei (*sapienti*) res similes occurrunt, quas non habeat -atas.

dīnumerābilis, -e *a* dinumerare. *i. qui dinumerari potest*: PS. RVFIN. in psalm. 21, 17 p. 723^A *ossa* -ia. CASSIOD. in psalm. 150 concl. qui arenam maris, pluviarum guttas ... -i quantitate complectitur.

3 *significare, quo tendant, pertineant, quomodo recte intellegenda sint dubie dicta; fere i. q. interpretari*: *α indicatur quo vel unde*: PS. QVINT. decl. 4, 15 nihil ita locutus est *mathematicus*, ut illud audientium interpretatio traheret -retque quo mallet. TERT. adv. Hermog. 23 p. 151, 22 'erat' (*in verbis*: terra erat invisibilis) in hoc -it *Hermogenes* (*in hanc sententiam recte interpretari conatur*), quasi quae semper retro fuerit. adv. Marc. 4, 11 p. 452, 5 *Christus* in hoc -bat similitudinem (*i. parabolam*), ut ostenderet *eqs.* 5, 12 p. 617, 23 si 'satanas transfiguratur in angelum lucis', non potest hoc -i in creatorem. pudic. 9 ad martyrium potius -remus spem illarum (*parabolarum, i. parabolis peccatoribus propositam*). adv. Marc. 4, 38 p. 550, 18 cum ... sensus responsionis non ad (*i. secundum*) aliud sit -endus quam ad propositum interrogationis. anim. 1 si quid de anima examinandum est, ad dei regulas -et *sapientia Christiana*. resurr. 37 p. 79, 1 ex materia dicti -endus est sensus. *β absolute*: TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 453, 13 cetera de sabbato ita -o (*prave intellecta ita interpretor*). adv. Prax. 2 p. 229, 29 *οἰκονομίας* sacramentum, quae unitatem in trinitatem disponit, tres -ens ('*definiens, interpretans*' *Kroymann per litteras*) patrem et filium et spiritum. *cf. etiam p. 1238, 27 sqq.*

II *praevalente notione* **ad destinatum finem convertendi, promovendi** (*plerumque accedunt adverbia vel praepositiones finem indicantes, item dativus, v. l. 25. p. 1241, 63. 65. 82. 84 1243, l. 40. 1244, 41; quod ubicumque non fit, intellegendum: 'ad destinatum finem' vel 'recta in porrectum'*): A *proprie* (*nota in proverbio metaphorice positum sine obiecto*: VARRO rust. 1, 4, 1 agricolae ad duas metas -ere debent, ad utilitatem et voluptatem. 1, 18, 1 de familia Cato derigit ad duas metas, ad certum modum agri et genus sationis): 1 *quae non loco moventur, sed delineando, muniendo procedere videntur*: a ordines, lineas (*ad β cf. etiam p. 1236, 53* ordines, sulcos): *α aliquo*: VARRO ling. 10, 22 ad hunc quadruplicem fontem *analogiae* ordines deriguntur bini, uni transversi, alteri derecti, ut in tabula *latruncularia*. BOETH arithm. 2, 22 p. 106, 4 si ... ad ... verticem *tetragonae basis* lineae -antur, erit pyramis. PS. BOETH. geom. p. 387, 8 (= grom. p. 389, 2) si ... ab eo puncto (*sc. centro*) ad circulum ... lineae ... -antur. *β finis non indicatur*: CHALC. comm. 78 littera *Θ*, per quam lineae duae -antur. GROM. p. 362, 23 -i lineam. PS. BOETH. geom. p. 387, 1 (= grom. p. 388, 20) si in circulo per centrum linea quaedam recta -atur. GROM. p. 389, 2. 24. 29. 390, 8 *al.* (*syn.* ducere). b vias (*cf. p. 1235, 16 sqq.*) *aliquo*: CIC. nat. deor. 2, 137 quasdam a medio intestino usque ad portas iecoris ... ductas et -ctas vias. c munitiones (*inde a* CAES. *infra l. 27*): *α aliquo*: BELL. Afr. 38, 2 bracchium ... ab eo loco ... usque ad eum ... derigi (di- *al.*). BELL. Hisp. 38, 6 circummunitiones iugo (*dat.*) derigunt (di- *al.*). CVRT. 4, 3, 8 molem ... in adversum ventum non latere, sed recta fronte -xit. *β finis non indicatur*: CAES. Gall. 7, 27, 1 promota turri derectisque (di-, perf- *al.*) operibus (*sc. aggere*). BELL. Afr. 51, 2 bracchia ... ducere et ita ⟨d⟩erigere, ut ad angulum dextrum sinistrumque ... oppidi convenire⟨n⟩t. *aliter*: FLOR. epit. 4, 12, 26 castella, *v. p. 1236, 51.* d *fossas, aquaeductus sim.*: *α aliquo*: PLIN. nat. 18, 47 quasdam *fossas* in alias -i (de- *d*) maiores. VLP. dig. 43, 23, 10 cloaca ... ex aedibus eius in tuas pertinet, hoc est: derigitur, extenditur, pervenit. PALLAD. 1, 39, 3 ad ... milliarium fistula ... -atur. *β finis non indicatur*: VITR. 8, 6, 5 *v. infra l. 59.* FRONTIN. aq. 20 hi (*arcus*) -cti per Caelium montem. 124 specus (*i. aquaeductus subterranei*) per privatorum agros derecti. CET. FAV. 6 p. 293, 8 canaliculus ... iuxta magnitudinem aquae -atur. 6 p. 293, 17 *v. infra l. 62.* VVLG. Iudith 7, 6 quod fons ... aquaeductum ... a parte australi extra civitatem -ret.

2 *quae motum significant*: a cursum (*navis* [*cf. etiam I B 1 a p. 1238, 62 et 1238, 82*], *equi al. aquae: l. 61. 62. 71; metaphorice: l. 53. 65; fort. huc etiam referendus usus absolutus v. 3 a p. 1241, 51*): *α aliquo*: CIC. Sest. 98 quo *gubernatores* c. suum derigere (*P*) debeant (AVG. epist. 55, 15 c. aliquo et alicunde -endum, quod gubernatores navium faciunt et hi, qui per solitudines ... nulla certa semita gradiuntur). CAES. civ. 3, 25, 4 ad litora. NEP. Milt. 1, 6 quo tendebat. VERG. Aen. 6, 195 c. per auras derigite *PR*, di- *M*) in lucos. LIV. 37, 27, 1 eo ... onerariae derigebant c. (39, 25, 9 praeter Thebas Demetriadem c. derigerent). VELL. 2, 19, 4 in Africam (IVST. 22, 5, 1). VAL. MAX. 1, 5, 6 cursu⟨m⟩ in insulam Cyprum ... classe[m] -xit. 7, 3 ext. 2 in ... locum. 7, 4, 5 alio. SEN. dial. 10, 2, 2 quibusdam nihil, quo c. derigant, placet. CVRT. 10, 1, 17 Gades. IVST. 31, 2, 5 ad Antiochum. HYG. astr. 4, 14 quod *stella erratica* ad aliud signum ... feratur et suum c. -at. *al.* volatus (*cf. infra l. 73*): LACT. Phoen. 65 in Syriam. *β finis non indicatur* (*cf. p. 1236, 73. exempla, in quibus accedens* ad *non finem, sed relationem indicat, v. p. 1238, 82 sqq.*): CIC. nat. deor. 2, 131 ab *ventis Etesiis* maritimi cursus celeres et certi -untur. VITR. 8, 6, 5 (*de aquaeductibus*) sin ... non longa erit circumitio, circumductionibus, sin autem valles erunt perpetuae, in declinato loco cursus -entur (CET. FAV. 6 p. 293, 17 aut fistulis plumbeis aut canalibus libere cursus -atur). VELL. 1, 4, 1 classis c. esse -ctum ... columbae antecedentis volatu. SEN. epist. 16, 3 *philosophia* sedet ad gubernaculum et per ancipitia fluctuantium -it cursum. benef. 3, 31, 5 *et* epist. 95, 45 *v. p. 1238, 82 sq.* FRONTIN. strat. 3, 13, 6 (*de nante*) ut cruribus velut gubernaculis dimissis c. -ret. APVL. met. 10, 34 per mediam plateam -it c. petiturus ... mulierem. SOL. 56, 3 ab eo promunturio ... cursus *navium* -atur. FIRM. math. 2, 1, 1 per *zodiacum orbem* planetae ... cursus suos -unt (4, 8, 2. 4, 15, 1. 3. 4. 6. 7. 8). err. 17, 1 *sol* per XII horarum spatia cursus sui ordinem -it. HEGES. 4, 15, 3 cum Iordanes obstructus cursus proprios -ere non posset. AVG. in psalm. 93, 16 luminaria ... -ere cursus suos. CASSIAN. conl. 1, 4, 4 *v. p. 1229, 30. al.* volatus (*cf. supra l. 55*): AMM. 21, 1, 9 v. avium -it deus. b *impetum, motum, vim* (*cf. B 1 c*): *α aliquo*: CIC. Tim. 25 hanc (*φοράν*) ... mediana linea -it ad laevam (*opp.* detorsit ... in dexteram partem). SEN. nat. 2, 32, 7 submissiora *sidera* ... propius in nos vim suam -unt. SIL. 4, 676 Venus ... rapidas -xit (*Col.*, detexit *Sang.*) in amnem coniugis ... vires. HIER. tract. in psalm. I p. 7, 27. *β finis non indicatur*: GELL. 9, 1, 5 cum modus et impetus iactūs temperandus -endusque (de- *N*) est. RVFIN. Orig. in num. 16, 7 daemonum ... -entium vel avium vel pecudum vel fibrarum motus. c iter *et suum et aliorum* (*saepe metaphorice*): *α aliquo* (ad *c. gerund. p. 1241, 5*): PLANC. Cic. epist. 10, 11, 2 ad Mutinam. HEGES. 1, 9, 3 in Ara-

[Dittmann]

biam. RVFIN. hist. mon. prol. *deus* nostrum i. -xit ad Aegyptum. SVLP. SEV. chron. 1, 31, 4 i nullo duce in Iudaeam pecudes -erunt. HIST. Apoll. 48 rec. A ad Ephesum i. -at *gubernator*. profectionem (*cf.* β): APVL. met. 11, 26 Romam versus p. -o. viam *i. iter* (*cf.* β. *aliter p 1240, 20*): VVLG. psalm. 118, 5 -antur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas (κατευθυνθείησαν). I Thess. 3, 11 Christus -at viam nostram ad vos (κατευθύναι). PAVL. NOL. epist. 47, 1 p. 388, 26 -endam ad te viam sermonis (*i. epistulae*) ac filii nostri. *ibid.* p. 389, 12 *dominus* -at ad nos viam tuam. β *finis non indicatur accedens* ad *non finem, sed relationem indicans v. p. 1239, 2*): [*dub.*: CAES. civ. 3, 30, 1 iter secundum eas terras -erant. *cf. Meusel in editionis appendice*]. OV. fast. 1, 4 timidae -e navis iter (*cf. p. 1245, 78*). CVRT. 7, 4, 28 *v. p. 1239, 2*. ITALA prov. 9, 15 (Vincent. Ler. 21, 26) -unt i. suum (κατευθύνοντας ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν; VVLG. pergentes itinere suo). PORPH. Hor. epist. 1, 15, 13 *equus* i. -it (*opp.* devertit). SOL. 2, 46 *dux agminis avium* ductu certum i. -at. 20, 3 itineris -endi. HYG. astr. 4, 14 quo loco Veneris stella i. suum -it. AMBR. hex. 5, 10, 29 qui duces i. *piscium* -unt (PAVL. NOL. carm. 20, 364). VAL. CEM hom. 2, 2 suum ... per angustum. GREG. TVR. Thom. p. 130, 5 -as i. meum. profectionem (*cf.* α): APVL. met. 9, 17 securam -it p. expeditiones: SOL. 10, 12 quatenus *grues* e. suas -ant. viam (*cf.* α): SOL. 19, 11 *cervi* secundo vento vias -unt (de- LP^{1}, fugiunt PLIN.). VEG. mil. 3, 23 *camelos* confusas ... vento vias absque errore -ere. VVLG. *saepe metaphorice (sensu interdum ad I A 1 b α declinante, cf. p. 1235, 72 sqq.)*. *adde* prov. 4, 26 -e semitam (*cf. p. 1235, 29. 78*) pedibus tuis. *ex graeco*: Tob. 4, 20 vias tuas -at (αἱ ὁδοί σου εὐθεῖαι γένωνται). psalm. 5, 9 -e in conspectu tuo v. meam (ὁδήγησόν με). Sirach 2, 6 -e v. tuam (εὔθυνον) (*item i. q.* εὐθύνω: Sirach 37, 19 -at *deus* in veritate v. tuam. RVFIN. hist. 1, 1, 3 v. verbi [τοῦ λόγου πορείαν] absque errore -ere. *cf. p. 1239, 28*). d *gressum, gradum, pedes* (*metaphorice l. 34. 39 sqq.*): α *aliquo*: VERG. Aen. 1, 401 qua te ducit via, derige (R^{1}, di- *M*) gressum. 5, 162 huc derige (*PR*, di- *M*) gressum (11, 855). SEN. Phoen. 120 -e huc gressus. APVL. met. 7, 12 -it gressum ad suam patriam. VVLG. Luc. 1, 79 ad -endos pedes nostros in viam pacis (κατευθῦναι). β *finis non indicatur*: OV. am. 1, 6, 8 inoffensos -it *amor* pedes. SEN. Phoen. 62 regam abnuentem, -am inviti gradum. APVL. met. 6, 1 ilico -it citatum gradum. 9, 21 rapidum -it gressum. ITALA prov. 16, 9 (Cypr. zel. 17) a deo -antur (διορθωθῇ) gressus eius. VVLG. Tob. 14, 12 -ite gressus vestros, ut exeatis hinc. psalm. 36, 23 apud dominum gressus hominis -entur (κατευθύνεται; *item* 39, 3 -xit gressus meos. 118, 133 gressus meos -e secundum eloquium tuum). *saepius*. *notione ad I A 1 e declinante*: GREG. TVR. Mart. 2, 25 p. 618, 1 paralyticorum gressus -it *Martinus*.

3 *quae moventur*: a navem (-es) *sim.* (*aliter p. 1236, 41*): α *aliquo*: NEP. Chabr. 4, 2 eo. LIV. 29, 27, 12 huc -ite. VAL. MAX. 9, 8, 2 in altum -i iusso navigio. CVRT. 7, 9, 5 ratem ... in ripam -i. 8, 13, 11 rates ... -i ad ripam. LVCAN. 3, 592 -it huc puppim. CYPR. epist. 68, 3 ad ... portus naves. AMM. 27, 5, 9 navibus remigio -ctis in medium flumen. RVFIN. hist. mon. 18 Alexandriam. *omisso obiecto absolute* (*cf. p. 1240, 43 et IV B p. 1250, 60. 72. 77*): LIV. 29, 27, 8 si iubeat eo -i, ... in portu fore ... classem. LVCAN. 8, 170 quotus in Plaustro Libyam bene -at ignis. β *finis non indicatur*: OV. fast. 1, 466 -it in medio quis mea vela freto? VAL. FL. 2, 49 non hanc ... sine numine pinum -imus. SOL. 32, 43 Pharos ... e qua facibus ... -itur navigatio (PLIN. cursum navium regens). VVLG. Iac. 3, 4 naves ... circumferuntur, ... ubi impetus -entis voluerit (τοῦ εὐθύνοντος). b *tela sim.* (*acced. interdum abl. instrum.*): α *aliquo*: VERG. Aen. 6, 57 (*ad Phoebum*) Paridis -xti tela manusque corpus in Aeacidae (VAL. MAX. 7, 2, 5 in ... pectus. SEN. benef. 4, 34, 2 ut telum meum in commilitonem manus -at. SIL. 9, 171 de- *LF*. HOMER. 40. FRONTIN. strat. 3, 3, 4 de- *G*. AVIAN. fab. 17, 17 PRVD. ham. praef. 56). Aen. 10, 400 Ilo (*dat. cf. l. 65*) ... procul ... derexerat (RM^{1} *ante corr.*, di- PM^{1} *e corr.*) hastam (OV. met. 8, 66 in te. CVRT. 4, 9, 25 -cta in guttur. 7, 4, 37 in os). Aen. 12, 490 huic (*cf. l. 63*) ... *hastile* certo contorquens derigit ictu. MANIL. 1, 269 in *Scorpionis* caudam contento -it arcu *Sagittarius* ... sagittam (SVET. Dom. 19 in pueri ... palmam sagittas tanta arte -xit [de- *v. l.*]. AMM. 25, 1, 18 pone versus -ctis. VEG. mil. 2, 15 ad manuballistas. VVLG. III reg. 22, 34 in incertum. *adde* PERS. 3, 60 est aliquid, quo tendis et in quod -is arcum; *cf. p. 1242, 28*). VEG. mil. 1, 14 destinato ictu vel in palum vel iuxta -at missile. 3, 24 sarisas ... in elefantos. VVLG. II reg. 11, 24 iacula ... ad servos tuos ex muro. *metaphorice de telis fortunae*: SEN. epist. 107, 5 multa et varia ... in nos -untur. quaedam in nos fixa sunt, quaedam vibrant ... quaedam ... nos stringunt. gladios sim. (*cf. p. 1242, 26*): CVRT. 3, 11, 5 mucrones in ora. VVLG. Ezech. 38, 21 gladius ... in fratrem ... -etur. telorum similia (*cf. p. 1242, 24*): OV. met. 8, 400 summa *aper* -xit ad inguina dentes. fast. 6, 759 -xit in ipsum fulmina. VAL. MAX. 3, 2, 12 virgam ... in ... barbari oculum. 8, 11 ext. 7 quam (*spongeam abiectam*) fortuna ad ipsas equi *picti* nares -ctam. SEN. benef. 2, 17, 4 *pilam* in ipsam *collusoris* derigentes manum. DRAC. Romul. 9, 66 puppibus ... quis -et ignes *Hectore mortuo*? vulnera (*cf. p. 1242, 32*): SEN. Herc. O. 160 vicino Nabataei (*cf. l. 63. 65*) v. -it Parthus. ictus (*cf. infra l. 35*): TAC. ann. 2, 31 duos i. in viscera *sua* derexit. β *finis non indicatur* (-unt *machinae: infra l. 7. 22. 23; cf. etiam l. 13. obiecto omisso absolute*: VEG. mil. 2, 23 ars -endi): VERG. Aen. 7, 497 curvo derexit (RF^{1}, di- MF^{2}) spicula cornu (11, 654 spicula converso ... derigit arcu. OV. met. 12, 606 certa ... letiferā -xit ... dextrā [-xit *vulg.*, dimittit *N*]. SIL. 3, 273 HOMER. 439. VEG. mil. 3, 24 *carroballistae* longius et vehementius spicula -unt. CLAVD. 3, 81 *Megaera* Athamanteae -xit spicula dextrae). HOR. carm. 4, 9, 18 tela Cydonio derexit (*R*, di- *cett.*) arcu (SEN. epist. 71, 3 -ere ac moderari manu telum. QVINT. inst. 9, 4, 8 arcu derigentium [*A*] tela. HIER. c. Lucif. 7 eminus. *al.*). SEN. Phaedr. 51 grave dextra laevaque simul robur lato ... -e ferro. 813 totis iaculum -e viribus (VEG. mil. 4, 44 fundis ... ballistis scorpionibus iacula -untur et saxa. HIER. epist. 64, 11, 2). epist. 94, 3 destinatum locum captat et manum format ad -enda, quae mittit. VAL. FL. 6, 541 missile (*cf.* VEG. mil. 2, 23 missibilia vel plumbatas. 3, 4. 24 ex equis). MART. epigr. 23, 1 certo venabula -it ictu. PORPH. Hor. carm. 4, 6, 3 sagittam ... derigente (AMM. 21, 16, 7 perite. HIER. epist. 52, 14, 2 sagitta ... interdum resiliens percutit -entem. c. Lucif. 13 VVLG. I par. 12, 2 CLAVD. 8, 530 *al.*). VEG. mil. 1, 20 *pilum* scienter ac fortiter -ctum (2, 15 arte et virtute -ctum). 3, 14 funditores ... -unt saxa (*ibid.* prope ad instar onagri -it *fustibalus* saxa. 4, 29 s. manibus, fundis sive fustibalis -cta; *syn.* mittere, destinare. *cf. etiam supra l. 13. adde* 4, 22 onager -it lapides; *syn.* destinare). telorum similia (*cf. p. 1241, 77*): VAL. FL. 1, 569 *Iuppiter* -xit per inane facem (*i. fulmen*). ensem *sim.* (*cf. p. 1241, 76*): HOMER. 604. LVCAN. 9, 676 Pallas dextra ... trementem Perseos ... derigit (di- *al.*) harpen. arcum, *machinas* (*cf. p. 1241, 71*): MANIL. 2, 171 intentum ... arcum (STAT. Ach. 1, 632 arcus. AMM. 24, 2, 13 ex edito arcus ⟨d⟩erigebant). VEG. mil. 4, 22 *ballista* si ab exercitatis hominibus -atur. *cf.* 2, 25 *carroballistis* singula contubernia ad armandum vel -endum deputantur. vulnera (*cf. p. 1241, 83*): VERG. Aen. 10, 140 -ere (de- *PR*). SIL. 2, 92 liquidas ... per auras -it (deligit *Col.*, der- *FV*) aligero ... vulnera ferro. TAC. hist. 2, 35 e ripa v. derigebant. iactus, ictus (*cf. p. 1241, 84*): STAT. Theb. 8, 524 -xit iactus. 9, 773 modo derigit (di- *Pω*) ictus (*i. recta in hostes obversos -it, opp.* nunc latere alterno dubius conamina mutat). AVSON. 72, 7 certos manus ... -at ictus. c *currum, equum sim.*: α *aliquo*: OV. met. 12, 78 currum -xit in hostem. LIV. 2, 6, 8 concitat ... equum atque in ipsum ... consulem -it (*FV*, -regit *P*, regit *RD*, ru//it *M*). APVL. met. 6, 29 unde me (*asinum*) arrepto capistro -ere dextrorsum. β *finis non indicatur*: PANEG. 6 (7), 12, 22 currum devio rectore turbatum ... rursum -ret *deus*. FIRM. err. 7, 3 quadrigam ... per medium lacum -it. d *manus (aliter p. 1238, 71 et 1241, 59), gestum, digitos, pedes (aliter p. 1241, 34. 36) sim.*: α *aliquo*: VAL. MAX. 6, 2, 9 -ctis in Pompeium ... manibus. IVV. 4, 89 (*proverbialiter*) numquam derexit bracchia contra torrentem. QVINT. inst. 11, 3, 105 in posteriora gestus non derigitur (*B*). PASS. Petr. Paul. long. 60 crux mea caput meum in terra debet ostendere et pedes ad caelum -ere (κατευθύνειν). *nota*: MELA 1, 45 pronis *armentis* -cta in humum cornua officiunt (PLIN. nat. 11, 125 in terram derecta). *cf.* SOL. 29, 8 si rectā ad pastus ora -ant *armenta*. β *finis non indicatur*: APVL. met. 2, 30 (*notione ad I A 1 e declinante*) -ctis digitis et detortis nutibus praesentium denotor. *aliter* (*metaphorice*): VVLG. Sirach 38, 10 averte a delicto et -e manus (εὔθυνον). e *instrumentum medicum aliquo*: CELS. 8, 15 p. 356, 11 D. spatha ... ad alam bracchio -itur (*i. usque ad alam bracchio in porrectum adaptatur*) sic, ut caput eius summae alae subiciatur. f *medicamenta* -ere *i. q. immittere, introducere*: CHIRON 833 lini semen ... bene contusum -e ⟨per cornu *vel* in fauces *Büch.*⟩. 835 offam facito ... et quasi salivatum -es. g -i *de rebus naturalibus i. q. recta procurrere, procedere, protendi*: α *aliquo*: SEN. nat. 5, 10, 2 cum ... recti in nos radii -untur (*cf.* 1, 11, 1 *infra l. 67*). PANEG. 3 (11), 9, 2 ad itinera vestra derecti solis radii. COLVM. 5, 6, 10 ut *ulmorum* rami ad orientem et occidentem -antur (*cf.* β *l. 69*). *de tempore*: MACR. sat. 1, 15, 2 *mensis* post kalendas ... -itur in nonas. β *finis non indicatur*: SEN. nat. 1, 11, 1 cum radii per angusta foramina nubium tenues et intenti distantesque inter se -untur (*cf.* 5, 10, 2 *supra l. 62*). PALLAD. 3, 13, 2 ita formandi sunt rami ..., ne alter sub alterius linea -atur (*cf.* α *l. 64*).

4 *visum, oculos sim.*: a *aliquo*: CATVLL. 63, 56 cupit ipsa pupula ad te sibi (*i. suam*) -ere aciem (MANIL. 2, 514 Pisces ad Scorpion ... -xere aciem. SEN. epist. 88, 45 lumen, per quod acies -atur [de- V^{1}] ad verum. POTAM. tract. 1 p. 1415^{B} CASSIAN. inst. 5, 15 *al. cf. etiam p. 1243, 6. 7 et 1244, 41*). BELL. Afr. 26, 4 (5) oculos mentemque ad mare depositos (disp- *al.*) -ctosque (*cf. p. 1233, 10*) haberet (SEN. contr. 1, 8, 6 in me ... civium -untur [de- *B*] oculi [HIER. epist. 60, 14, 5]. 7, 6, 19 nemo in domum nostram o. -bat. SEN. dial 12, 12, 3 *o.* in Caesarem -e. epist. 55, 3 -xi o. in villam. GELL. 2, 1, 2 ore [*cf. p. 1243, 1 sqq.*] atque oculis eundem in locum -ctis. LACT. inst. 2, 17, 9 eo [de- *H*]. VVLG gen. 18, 16 contra Sodomam. II par. 20, 12 ad te. Tob. 3, 14. RVFIN. hist. mon. 1 p. 397^{C} oculum cordis nostri in *deum*. AVG. civ. 22, 29 p. 630, 12 D. conf. 4, 6, 11. *al.*). CARM. epigr. 960, 2 (*aet. Caes.*) qui

[Dittmann]

... nostri voltus derigis inferieis (VVLG. num. 24, 1 -ens contra desertum vultum suum. *cf. p. 1242, 80 et infra l. 10*). SOL. 5, 2 Pachynus aspectus in Peloponnesum ... -it (de- *N*). CHALC. comm. 258 ad eam partem *speculi* contemplatio -atur (*cf. p. 1244, 50*). CLAVD. 20, 134 ad moenia visus -e. b *finis non indicatur*: PLIN. nat. 11, 148 *pupillae* angustiae non sinunt vagari incertam aciem ac velut canali -unt. PHYSIOGN. 42 qui ... aciem -unt, affectatores pulchritudinis sunt. *accedit unde*: AVIEN. Arat. 1039 medio de tramite si quis -at (de- *V*) obtutus. *sequitur* ut (*sensu ad B 1 declinante*): VVLG. IV reg. 12, 17 -xit faciem suam (*cf. supra l. 2*), ut ascenderet in Ierusalem (*cf. graec.* ἔταξεν τὸ πρόσωπον).

5 *aliquem*: a se -ere (*i. se conferre*): α *aliquo* (*absolute l. 18*): VAL. MAX. 5, 4, 3 se in Pomponii domum ... -xit. VLP. dig. 47, 11, 7 derectarii ... hoc est hi, qui in aliena cenacula se -unt furandi animo. APVL. met. 6, 7 se protinus ad Iovis ... arces -it. 6, 16 protinus ... ad inferos ... te derige[t]. 10, 24 domum iuvenis protinus se -xit saeva Rivalitas. ITIN. [Silv.] 47, 2 clauduntur ... ostia, ne qui cathecuminus se -at (*i. accedat, Geyer*). GREG. TVR. Franc. 2, 40 -ite vos ad me. *metaphorice de tempore* (*i. procedere*; -i *v. p. 1242, 66*): MIN. FEL. 2, 3 post aestivam diem in temperiem semet autumnitas -bat (*nisi agnoscenda est notio 'ad rectum revocandi, temperandi'; sed cf.* MACR. sat. 1, 15, 2 *p. 1242, 66*). β *acc.* de ... per: APVL. met. 9, 2 de ... angiportu canem rabidam ... per posticam impetu miro sese -isse. b -ere *alios (res pro personis: infra l. 27; bestias: l. 28. 44. 46. 48) i. q. deducere, perducere.* GLOSS. ὁδηγῶ. α *aliquo*: SIL. 8, 224 (*Anna ad Hannibalem*) huc -e signa (*cf. II A 3 a c*). [LIV. ANDR.] trag. 33 (Ter. Maur. 1938) -e ... ad certa cubilia canes. TERT. scorp. 8 qui spiritu dei agebantur, ab ipso in martyria -bantur. IVL. VAL. 1, 41 *satrapas* oportere *Alexandrum* compeditum ad sese -ere. NON. p. 303 (*ad* VERG. Aen. 6, 295 via ... quae fert Acherontis ad undam) ferre -ere, ducere (*cf. infra l. 47*). OPTAT. 1, 17 ad palatium -retur. AMBR. Isaac 8, 78 alas, quae ... ad superiora -ant. AMBROSIAST. in Rom. 1, 10 ut *Paulus* -retur ... ad urbem Romam. HEGES. 1, 20 Aristobulus cum filio Romam -cti sunt (ἀνήχθη. PS. RVFIN. perductus est). VVLG. Iudith 13, 24 dominus ... te -xit in vulnera capitis principis inimicorum. GREG. TVR. Franc. 5, 14 p. 201, 18 Merovechus ... monasterium ... -itur. PASS. Petr. Paul. brev. 8 utrique ergo, ubi fuerat corpus, -cti sunt. PASS. Mar. Iac. 2 p. 48, 16 sua Christo gubernante ad ipsum *martyrii* locum -cta vestigia. BAVDON. vita Radeg 27 basilicae (*dat.*) ... sunt -cti. *metaphorice* (*cf. B 2 α*): VVLG. psalm. 26, 11 -e me in semitam rectam (ὁδήγησόν με, deduc PSALT. sec. Hebr.). Sirach 36, 19 -e nos in viam iustitiae. β *finis non indicatur*: ITALA iud. 4, 8 (Lugd.) in qua *die* -it dominus angelum mecum (εὐοδοῖ; *om.* VVLG.). HIER. in Is. 13, 14/16 p. 243 *bruta animalia* huc atque illuc errantia non habent, qui eos -ant. *metaphorice* (*cf. B 2 b β*): SACR. Leon. p. 345 *grex tua* iisdem rectoribus -atur (SACR. Gelas. p. 656 gubernetur). ARATOR act. 2, 255 *Christo cognito* via rectior omnes -it. BAVDON. vita Radeg. 20 obtinuisses ..., ut ante te oves, quas congregaveras, -isses; ... gregem domino tradidisses. *item metaphorice* -i (*cf. p. 1245, 59*) *i. q. recta procedere*: CASSIOD. in psalm. 36, 24 -imur, quando fidei regulam, in qua gradiamur, accipimus. -imur plane, cum sine erroribus ambulamus. *notione 'ad finem' vel 'recta' promovendi plane evanida i. q. ducere*: HEGES. 1, 6, 1 quod pompam armatorum ... -erit. 3, 16 l. 7 quem catenatum Vespasianus ante currum suum -at. GREG. TVR. Franc. 2, 33 exercitum per aquaeducto -ctum.

B *translate*: 1 *praevalente notione* **intendendi** (*primum in veriloquio*: VARRO Serv. auct. Aen. 3, 366 prodigium, quod porro -it. *cf.* SERV. Aen. 2, 601 quod in longum tempus -it significationem): a *orationem, sermonem sim.* (*fine ubique indicato praeter γ p. 1244, 26 sqq.*): α ad, in *rem*: CIC. rep. 2, 55 (*potest revocari ad 2, cf. p 1245, 27*) ad quae (*exempla*) reliqua oratio derigatur mea (top. 89 cum de honesto turpique quaeritur, ad animi bona aut mala omnis oratio -enda est. SOL. 2, 1 ad locorum commemorationem stilus -endus est atque adeo ... in Italiam). *aliter* TERT. (*cf. I B 1 a α, b*): resurr. 49 p. 102, 11 *apostolus* ad disciplinam totum hoc *praeceptum* -it (*i. pertinere vult*). 52 p. 108, 14 sine dubio ad hoc -xit *apostolus*: 'non omnis caro eadem caro' (*i. verba 'non eqs.' spectare voluit*). adv. Marc. 4, 34 p. 535, 16 unde hanc sententiam deduxerit dominus quove -erit. in: QVINT. inst. 2, 1, 11 communes loci, ... qui sunt in vitia derecti (*B*). TERT. resurr. 28 p. 65, 26 in carnem ... -itur, quicquid in sanguinem praedicatur (*seq.* ut: adv. Marc. 4, 11 p. 452, 5 in hoc -bat Christus similitudinem [*i. parabolam*], ut ostenderet *eqs.*). β ad, in, adversus *personam*: ad: QVINT. inst. 2, 13, 5 ad iudicem omni sermone derecto (*B*), *opp.* averso (HIL. syn. 77 reliquus mihi sermo ad ... episcopos -endus est. HIER. epist. 65, 13, 2 PELAG. in Rom. 2 p. 654D. RVFIN. hist. 4, 11, 11 *gr.* προσφωνεῖ. Orig. princ. 2, 3, 6 Orig. in cant. prol. p. 63A. 4 p. 194B. AVG. in psalm. 109, 18 ad ipsum dominum. MACR. sat. 4, 6, 10 vel ad inanimalia vel ad muta *vicem personarum agentia*. PROSP. in psalm. 121, 6 ad ipsas sedes dei. SALON. in eccles. p. 993C SIDON. epist. 1, 11, 11 FAVST. REI. grat. 1, 4 p. 19, 10 CASSIOD. inst. div. 5 BENED. reg. praef.). QVINT. inst. 4, 1, 64 *prooemii sensus* acrior fit atque vehementior ad personam derectus (*B*) alterius (*cf.* 4, 1, 68 derecto [*B*] ad Ciceronem ... principio, et quidem protinus). HEGES. 2, 8, 4 ad Agrippam ... populus -xit precatum (VITA Caes. Arel. 2, 20 preces ad dominum pro curatione eius -xit). HIER. epist. 22, 15, 1 nunc ad te mihi omnis -itur oratio (SALON. in eccles. p. 1003C ad deum). AVG. civ. 10, 19 orantes atque laudantes ad *deum* -imus ... voces (SERM. Caspari Anecd. p. 218, 6 ad vos ... vox ... -atur). CASSIAN. inst. 12, 4, 3 dixit ... de Adam et Eva: '...'; quod etiam ad hos, qui ... confidunt, iustissime -etur. PROSP. in psalm. 137, 1 ad quem (*Iesum*) prophetica est -cta confessio. CASSIOD. var. 1, 30, 3 ad populum ... praecepta nostra -ximus. *pro obiecto sunt ipsa verba orationis* (*cf. infra l. 22*): TERT. scorp. 9 ad apostolos -it: 'ecce *eqs.*'. adv. Marc. 5, 1 p. 569, 24 cum ad Beniamin -isset: 'Beniamin', inquit, 'lupus rapax *eqs.*'. *sim.*: TERT. monog. 13 ad eas (*iuvenculas viduas*) -it (*sc. pertinere vult apostolus, quae dicit, cf. infra l. 21*). in: CVRT. 8, 5, 13 haud perplexe in Callisthenem -batur oratio. TERT. adv. Prax. 29 p. 286, 5 -ctam blasphemiam in patrem. AVG. epist. 125, 2 non in meam personam ... verba -xit. PS. RVFIN. in Am. 4, 1 in divites ... obiurgationem (MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4 maledictiones ... in proximos). INST. Iust. 4, 7 pr. -amus sermonem in personam servi dominique. *nota*: TERT. pudic. 17 licet ... ex Iudaismo disputare videatur *apostolus, tamen* in nos -it (*i. pertinere vult, cf. supra l. 13*) integritatem et plenitudinem disciplinarum. *pro obiecto sunt ipsa verba orationis* (*cf. supra l. 10*): TERT. adv. Marc. 4, 15 p. 465, 10 'vae' si et vox maledictionis est vel ... austerioris inclamationis et a Christo -itur in divites. adversus: QVINT. inst. 5, 7, 6 *interdum* adversus singulos -itur actio (*aliter l. 81 sqq.*). γ -i *i. q. ad finem derecto spectare, recta procedere* (*cf.* -ere circuitus *orationis I A 1 e p. 1236, 70*): CIC. part. 46 -itur (de re igitur *A*) *argumentatio*, cum proposuit aliquid, quod probaret (*syn.* ad fidem derecto spectat, *opp.* se inflectit ad motum). RVFIN. Adamant. 3, 1 qualiter disputatio -i debeat. hist. 1, 2, 1 ita ... perfectius nobis narratio -itur (γένοιτ' ἂν ἡμῖν ... ἐντελὴς ἡ τῶν ἀκολούθων διήγησις). *cf.* VVLG. psalm. 140, 2 *p. 1237, 77.* b *animum, intentionem sim.* (*seq.* ut: *infra l. 36 et 76*): α *aliquo* (se -ere ad *aliquid v. p. 1239, 30 sqq. et l. 62*): CIC. ac. 2, 66 *v. I B 1 a α p. 1238, 61.* CVLEX 91 huc imminet, omnes -it huc sensus, haec cura est subdita cordi, ... ut *eqs.* VAL. MAX. 3, 7, 4 quonam mentem (*cf. p. 1242, 76*) suam -ens *Phidias* vultum Iovis *finxisset*. *cf. p. 1238, 71* (AMM. 14, 11, 7 ad hoc unum mentem sollicitam -bat. AMBR. obit. Valent. 1 in eum, *quem amissum dolemus*, mentem -imus intentionemque defigimus. *cf. etiam* APON. 9 p. 179 *anima*, quae futuris bonis aciem mentis -ret). VAL. MAX. 8, 14, 4 Sulla ... ad neminem scriptorem animum -xit, *i. omnes neglexit* (SEN. benef. 6, 16, 3 *praeceptor* numquam in me derexit animum. 6, 19, 3 in me. nat. 2, 32, 6 in *auspicia*. TERT. resurr. 30 p. 69, 3. DARES 24 in eum. SVLP. SEV. epist. 2, 17 quo. VAL. CEM. hom. 18, 4 animus iam totus -ctus ad caelum. animos: APVL. met. 10, 15 totos ad me -unt. animam: VVLG. Sirach 51, 27 *gr.* κατεύθυνα). SEN. epist. 71, 3 (*cf. quae praecedunt*) errant consilia (*cf. p. 1238, 52*) nostra, quia non habent, quo -antur: ignoranti, quem portum petat, nullus suus ventus est. COLVM. 3, 12, 4 ad quae contemplationem suam derigat (*cf. p. 1243, 4*). QVINT. inst. 10, 3, 28 *intentionem* si tota mente in opus ipsum derexeris (*B*). *item* intentionem: AVG. civ. 19, 20 sapientia ... i. suam ... ad illum -it finem (SALON. in prov. p. 969A ad deum). BOETH. herm. sec. 5, 12 p. 398, 8 animi. in Porph. comm. sec. 1, 5 p. 147, 18 *v. p. 1239, 44.* GREG. M. moral. 1, 34, 47 post [*i. ad*] virtutum sensum i. cordis -ere. PALLAD. hist. mon. I 32 p. 318C ad deum. *cf.* BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 452, 18 quo ... maxime -at dubitationem). ITALA Ios. 24, 23 (Lugd. *et* Aug. quaest. hept. 6, 29) -ite cor vestrum ad dominum (εὐθύνατε, VVLG. inclinate). *item* cor: VVLG. II par. 20, 33 Iob 34, 14 (AVG. in psalm. 93, 18). Ier. 31, 21 in viam rectam. AVG. in psalm. 32 serm. 1, 2 recti *sunt*, qui -unt cor secundum voluntatem dei. in psalm. 93, 18 -rent se et cor suum ad ... sequendam voluntatem dei. 93, 19 figas *cor* ad regulam et -atur in deum cor tuum. ZACCH. 2, 14 p. 1134A corda ... ad ... perfectionem informat et -it *spiritus sanctus. cf. etiam supra l. 53. 56.* aures *i. intentionem*: SEN. epist. 123, 16 nos ad illa potius a. -amus. mandatum *sim.* (*cf. β infra l. 77*): GILD. Brit. 40 chron. III p. 50, 12 quibus sententia domini -itur per prophetam. BENED. reg. 26 mandatum ei -ere. β *finis non indicatur: accedit* per: ARNOB. nat. 1, 2 *homines* per diversas artium disciplinarumque rationes ... ingenia derigunt (*i. ire iubent*). VVLG. psalm. 77, 8 generatio, quae non -xit cor suum (κατεύθυνεν, *item* II Thess. 3, 5 dominus ... -at corda vestra). prov. 23, 19 -e in via animum tuum. PS. RVFIN. in Os. 2, 10 quam nec consilia -erint *Iudaei* (*cf. supra l. 48*). CASSIOD. in psalm. 77, 11 -it mentem, qui ad divinas se correxerit iussiones. *seq.* ut: AVG. fid. et op. 14, 21 apostolicae epistulae ... eam -unt intentionem, ut ... astruant. mandatum (*cf. α supra l. 66*): PAVL. MED. bened. 3, 2 *Christus* a monumento per mulieres mandatum -xit dicendo 'ite et dicite *eqs.*'.

c *affectus sim.* (*cf. A 2 b et infra 2 c*) *aliquo*: SEN. Phoen. 163 -e iras quo soles. APVL. met. 7, 21 in eam furiosos -xit impetus.

d *speciatim in re iudiciaria*: α actionem (*aliter* QVINT. inst. 5, 7, 6 *supra l. 25*): QVINT. decl. 261 p. 71, 11 in personas eorum, qui possent rei publicae esse suspecti, -i actiones. VLP. dig. 5, 4, 1, 3 *coheres* -at actionem adversus ... possessorem. COD. Inst. 8, 35 (36), 2

[*Dittmann*]

(*a. 213*) pro portione tua ... actiones -ere potes. 9, 12, 2 (*a. 213*) tutelae actionem adversus fiscum -e. *sim.*: VLP. dig. 10, 2, 20, 8 si ... mulier adversus utrumque -at dotis petitionem. *fere i. q. deferre* (*cf. γ*): TERT. patient. 12 p. 18, 11 ⟨ad⟩ iudicem cum adversario suo -ens negotium. *β voluntatis intentionem* (*cf. I B 1 b*): PAVL. dig. 28, 5, 72 (71), 1 si *testator* in aliam personam captionem *alienae hereditatis* -erit (*fere i. q. transtulerit*). PAPIN. dig. 2, 14, 40 pr. tale pactum ... non in personam -itur (*opp.* generale est). 31, 77, 10 in eum (*solum*) destinatio (*i. voluntatis intentio*) -i potest. 31, 77, 26 in quem voluntatis intentio -atur. *γ crimen, accusationem sim.*: TERT. nat. 1, 3 in nos crimen ... -i. *ibid.* crimina, quae neque institutum (*sc. institutum maiorum personae vicem agens*) -it neque probatio assignat neque sententia enumerat. 1, 10 quod in nos generali accusatione -itis, divortium ab institutis maiorum. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 5 uti ... in creatorem -as culpam ut in auctorem diaboli. HEGES. 1, 41, 9 quasi in praesentes accusatio -batur. AVG. epist. 126, 8 iste pecuniae ... appetitus ex obliquo in clericos ... -atur. e *tempus -ere aliquo*: SVLP. SEV. chron. 2, 9, 7 omne ... tempus in Stiliconem consulem -xi (*spectare volui; cf. Bernays, Ges. Abhdl. II 85*). f *quaestionem -ere i. q. proponere: alicui*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 111 propositiones (προβλήματα) ... solvendas alterutris -bant (ἀντεπέστελλον). *absolute*: DIOM. gramm. I 306, 7 horum ... nominum ... declinatio multiplex nullo catholico continetur; ... ideo quaestio -itur. g *insidias*: IORD. Get. 244 contra eum.

2 *praevalente notione* **deducendi** (*cf. A 5 p. 1243, 40 sqq.*): a *orationem aliquo*: CIC. rep. 2, 55 *v. 1 a p. 1243, 61.* PRAEF. bibl. monarch. in Matth. p. 12, 9 L. *Matthaeus* principium a credendi fide in electionis tempus porrigens et ex electione in transmigrationis diem -ens atque a transmigratione usque in Christum definiens. b *animum* (*passim personam pro eius animo*; se -ere ad *aliquid v. I B 1 a β p. 1239, 29 sqq.*): *α aliquo* (*cf. A 5 b α p. 1243, 40*): CIC. div. 1, 25 *coniectura* fallit ... nonnumquam, sed tamen ad veritatem saepissime -it. ANTON. Cic. Att. 14, 13^a, 3 ad hanc opinionem ... -ere puerum. QVINT. inst. 10, 2, 1 ad exemplum virtutum omnium mens derigenda (*B*). *cf. p. 1239, 20.* ITALA Ioh. 16, 13 (Nicet. spir. 4 p. 22 B.) *spiritus* vos -et in omnem veritatem (ὁδηγήσει, VVLG. docebit). EMPOR. rhet. p. 572, 24 id ipsum, ad quod sententia nostra -itur *ab oratore.* AMBR. in Luc. 8, 43 -i ad dei regnum (8, 44). AVG. epist. 173, 3 *filius* ad bonam disciplinam coactus et domitus -atur (*cf. p. 1237, 73*). CASSIAN. conl. 1, 5, 3 quidquid ... nos ad hunc scopon, id est puritatem cordis, potest -ere (1, 5, 4 ad *c. ger.*). EPIST. pontif. 381 (*a. 431*) Migne 50, 533 in quam nos sententiam -it ... papae ... regularis auctoritas. PROSP. chron. I p. 472, 1301 Britannos ad catholicam fidem. FAVST. REI. grat. 1, 8 p. 25, 20 cum gentes ... ad mali bonive iudicium insito sibi -antur arbitrio. DRAC. satisf. 12 quocumque iubes, -is ingenia. GREG. TVR. Thom. p. 130, 5 in veritate -as servum tuum ad sedem tuam. THEOD. MOPS. in Gal. 2, 15/16 p. 30, 10 ad virtutes. *β finis non indicatur* (*cf. A 5 b β p. 1243, 45*): VVLG. II par. 26, 5 *deus* -xit eum in omnibus. II Esdr. 1, 11 -e servum tuum hodie. psalm. 24, 5 -e me in veritate tua (ὁδήγησόν με, deduc PSALT. sec. Hebr.; *item* 24, 9 -et mansuetos). 66, 5 gentes in terra -is (ὁδηγήσεις, gentium ... ductor es PSALT. sec. Hebr.). 89, 16 (ὁδήγησον). prov. 11, 3 simplicitas iustorum -et eos. PAVL. NOL. carm. 31, 70 praecepta, quibus per bona -rer. BOETH. mus. 1, 1 p. 179, 8 quem conveniens investigatio veritatis contemplatione -erit. in Porph. comm. pr. 1, 4 p. 11, 27 ubi ipsarum ... rerum nulla scientiae cognitione -imur. NICET. fid. 7 (p. 17, 31 B.) *dei* gubernatio semper nos ... -at. *nota* -i (*cf. p. 1243, 50*) *fere i. q. prospere agere: cf.* CASSIOD. in psalm. 100, 10 illos ... -i dicimus, qui accedendo proficiunt aut aliqua prosperitate meliorantur, quod *iis non contingit,* qui tortuosis ... semitis *ambulant.* VVLG. psalm. 101, 29 semen eorum in saeculum -etur (κατευθυνθήσεται; *item* 139, 12 vir linguosus non -etur in terra). prov. 28, 13 qui abscondit scelera sua, non -etur. c *affectus* (*cf. 1 c*) *aliquo*: LACT. inst. 6, 16, 11 ut *affectuum* impetus ... derigeretur (*B R,* di- *cett.*) ... in viam rectam. 6, 17, 9 non ... temperandus timor ..., sed in veram viam ... -endus est. 6, 17, 12 affectus ... derigamus (*B,* di- *cett.*) in rectum. d *de tempore* (?): PLIN. nat. 18, 202 *v. p. 1233, 74.* e *i. q. ficta in vera convertere* (*cf. c.* declinare, deflectere): FRONTIN. strat. 3, 2, 1 morem illum obambulandi in subitum -xit (de- *G*) impetum.

f *deducere i. q. repetere*: TERT. anim. 25 astrologi genituram hominis ab initio conceptus -bant (*i. initium capere ex primo conceptu volebant*; digerebant *B in marg.*). SCHOL. Veron. Verg. Aen. 9, 404 ⟨de vi⟩cino et proximo -untur opportune invocationes (SERV. auct. *ad l.* ducat).

3 *praevalente notione* **regendi, gubernandi**: a *i. q. regere, gubernare*: OV. fast. 6, 484 -e vatis opus (*sic V,* navis iter *vulg., cf. p. 1241, 12*). *cf. p. 1246, 23.* ITALA psalm. 1, 3 (Hil. in psalm. 1, 2) omnia, quaecumque faciet, bene -entur (κατευοδωθήσεται, VVLG. prosperabuntur). VVLG. gen. 39, 3 omnia, quae gereret, ab eo (*deo*) -i in manu illius. 39, 23 omnia opera eius -bat. psalm. 89, 17 opera manuum nostrarum -e (κατεύθυνον, CASSIOD. *ad l.* ut, cum fuerimus perversi, efficiamur eius correctione rectissimi). sap. 11, 1 -xit opera eorum (εὐώδωσε). Sirach 39, 10 *deus* -et consilium eius et disciplinam (κατευθυνεῖ). Is. 53, 10 voluntas domini in manu eius -etur. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 231, 7 actiones ... nostrae ... ratione -ctae. SEN. epist. 107, 10 Iovem, cuius gubernaculo moles ista (*sc. mundus*) derigitur (CHALC. comm. 75 est ... totius mundi ... constitutio ... providentiae gubernaculis ad motum aeternitati convenientem -cta). PS. QVINT. decl. 3, 15 di magnitudinem tuam curant ac -unt (dil- *M*). TERT. anim. 17 *opiniones,* quae a sensibus -untur (*fere i. q. pendent ex sensibus, item* orat. 5 ultio *martyrum* a saeculi fine -itur). 48 ex arbitrio erunt somnia, si -i poterunt. AVG. gen. ad litt. 12, 20 p. 409, 6 intercluso itinere intentionis a cerebro, qua -itur sentiendi modus (p. 409, 14). VVLG. Sirach 38, 14 -at requiem eorum et sanitatem (εὐοδώσῃ, *item* I Macc. 3, 6). PELAG. in Rom. 12 p. 700^D per quem (*sensum*) regitur corpus et omnia membra -untur. CASSIAN. conl. 13, 9, 5 bonarum voluntatum ... principia *a deo.* CLAVD. MAM. anim. epil. p. 192, 2 quos (*sensus corporis*; quod *cod.*) -it memoria (*cf. Engelbrecht praef. p. XLVII*). se -ere: TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 319, 17 natura (*cf. supra l. 4 sq.*) ... se ita -it, ut, si cessaverit, non sit.

b *i. q. administrare* (*sublatente notione ad rectum revocandi, ad finem deducendi*): TERT. anim. 25 *inter arma medicorum* aeneum spiculum, quo iugulatio *fetus* ipsa -itur caeco latrocinio (*subesse videtur* 'transigitur, ad finem perducitur'). PRISCILL. tract. 6, 94 divini gratia sacramenti paschalis mysterii opus -ens. 7, 112 David ... primi psalmi opus -ens. *cf. p. 1245, 78*). RVFIN. Clement. 1, 7 si quis ... secundum voluntatem ... dei patris actus suos -erit. ENNOD. opusc. 3, 65 p. 347, 18 bene causae suae ordinem -it, qui *eqs. fort. huc referendum* VLP. *p. 1237, 66.*

III *sensu debilitato plane iam* **de motu** *i. q. porrigere, mittere* (*ita vero, ut -i fere soleat vel ab eo vel ad eum, qui dignitate, quadam praeditus est*). *cf.* GLOSS. *p. 1233, 54.*

A *generatim*: 1 *i. q. porrigere*: ACT. Arv. a. 219 b 5 corona⟨s⟩ derectas per com(mentariensem?) ...; *cf. Mommsen ap. Henzen Act. Arv. p. 33 sq., qui paulo aliter interpretatur* 'per com(mentariensem) *signatas nominibus Arvalium, quibus singulae destinatae erant*'. *passive* -i *i. q. porrigi, extendi* (*cf. p. 1237, 36 sqq.*): FIRM. math. 3, 5, 3 ⟨per⟩ totum orbem faciet imperia, ut ... potestas eius ... per totius orbis ... spatia -atur (4, 17, 10). 2 *i. q. transmittere, mittere, maxime praesidium, opem, dona sim.*: a *aliquo* (per: *infra l. 58. 72*; ad *sensu finali: l. 61*): MANIL. 4, 323 Cancer in adversum Capricorni -it astrum *decem* partes, dignatus (*sc.* -ere) in illo *tempore eqs.* (*agnoscitur adhuc notio* '*recta ad finem destinatum promovendi*', *quae in ceteris exemplis plane iam evanuit. cf. de radiis solis p. 1242, 63*). NOVATIAN. trin. 29 dona, quae ... spiritus *sanctus* ecclesiae Christi sponsae quasi quaedam ornamenta distribuit et -it. hic est, qui ... linguas -it (MAXIMIN. c. Ambr. 136 spiritus sanctus ... ministeria -ens et dividens gratias). 31 a quo (*patre*) vis divinitatis ... etiam in filium tradita et -cta. IVL. VAL. 2, 12 Peloponnesiis ... frumenta ... -isse *Alexandrum.* COD. Theod. 8, 5, 18 (*a. 364*) -ctarum rerum custodes (*syn.* species transmittendas). ITIN. Theod. 28 *lapidem* Constantinopolim -ere (CASSIOD. var. 3, 10, 2 marmora ... ad ... urbem per catabolenses ... -antur). PS. AVR. VICT. epit. 34, 2 ad quem ... indumenta regia -erat. GAVDENT. serm. 14 med. spiritus sanctus ... -endus erat apostolis. HEGES. 1, 37, 3 imagines Antonio (διαπέμψασθαι, CASSIOD. Ios. arch. 15, 2 p. 428, 43 destinare; *sed v. l. 67*). 2, 9, 1 quo -at merces suas *terra.* HIER. in Os. 10, 5/6 p. 111 vitulos aureos inter munera ... Assyriis regibus (*syn.* mitto). *item* PS. RVFIN. in Os. *ad l.* VVLG. I reg. 16, 13 -ctus est spiritus domini ... in David. CASSIAN. inst. 10, 22 per loca Libyae *et* per civitates *captivis* -unt *monachi* alimoniae victusque substantiam. PROSP. resp. ad Gall. 2, 10 in universos fines terrae euangelium -atur (PS. PROSP. vocat. gent. 2, 3 quamvis ... ad omnium hominum vocationem euangelium -retur). EVSTATH. Bas. hex. 8, 8 p. 954^C stamina, quae Seres huc -unt. RVRIC. epist. 2, 64 (p. 441, 15) vehicula illo -ere. ENNOD. epist. 9, 17, 2 (p. 241, 3) cucullam ... -ere religionem profitenti. 9, 17, 3 (p. 241, 8) laenam et racanas ... mihi ... -ite (EVGIPP. Sev. 17, 4 ad eum vestium copiam). CASSIOD. Ios. antiq. 12, 4 (p. 342, 37 ed. Bas. 1524) multa large regi et Cleopatrae ... dona -bat (ἔπεμπε). 15, 2 (p. 429, 1) imagines Antonio -xit (πέμπει). *al.* VEN. FORT. carm. 3, 27, 3 -xit nobis mustum tua ... voluntas. vita Germ. 13, 43 sex milia solidorum. vita Radeg. 9, 21 *lineum* loco sancto. carm. 6, 8, 49 mihi ... -xti *naviculam.* GREG. M. epist. 1, 70 illic (*i. illuc*) naves quantas possumus -amus. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 362^A multas oblationes -xit per ... monasteria (ἀπέστειλεν). BENED. reg. 54 si ... a parentibus sui ei quicquam -ctum fuerit. BAVDON. vita Radeg. 14 digitum *reliquum ex corpore hominis sancti* cum digno honore ... Radegundi -xit. 16 ad imperatorem non munera -it. b *finis non indicatur*: COD. Theod. 8, 5, 48, 1 (*a. 386*) lineae vel amictoria ... nec ulterius raedis, sed angariis vel navibus -antur (*syn.* mitto). AVG. c. Fort. 25 p. 109, 10 *deus* animam -xit (*syn.* mitto). COD. Iust. 11, 65 (64), 5 pr. (*a. 399*) quidquid *tributi* exactum fuerit, -atur (*sc. ad palatium*). ALC. AVIT. epist. 72 p. 90, 17 octo palustres ... et duo paria solearum ... -xi. 74 p. 91, 6 deliciae, quas ... -istis. 87 p. 96, 23 magdaliola ... -i. ENNOD. epist. 7, 22, 3 (p. 190, 25) anatem -ximus (*syn.* destino). CASSIOD. var. 3, 44, 2 pro reparatione murorum ... pecuniae ... -ximus

[Dittmann]

quantitatem. Greg. Tvr. glor. mart. 54 reliquias ... pontifex ... cum honore per presbyterum -it (*sc. devoto expetenti*). Ps. Ven. Fort. vita Leob. 23, 73 benedictum ... oleum. Evgipp. Sev. capit. 17 (p. 9 K.) distributioni eius (*i. distribuendas per eum*) ... decimas -bant. *ibid.* qui -ere distulerant (17, 4 mittere). Vita Caes. Arel. 2, 9 tres naves ... cum tritico -erunt.

B *speciatim*: 1 *litteras sim.* (*pro litteris sunt interdum ea, quae litteris continentur*). *prima huius usus exempla sunt* Cic. fil. (?) *infra l. 82 sqq.* Ps. Sen. *infra l. 11* Frg. Mur. *p. 1248, 5* (*cf. Wölfflin, Archiv 4 [1887], 100*) *et infra* Cypr. epist. Pavl. sent. Mod. dig. a *aliquo* (*accedit unde l. 18. 19. 26*): Ps. Sen. epist. 1 litteras ... ad aliquam civitatem seu caput provinciae -isti (Cypr. epist. 68, 3 -antur in provinciam et ad plebem ... a te litterae). Pavl. sent. 5, 34, 1 ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, litterae dimissoriae -untur, quae vulgo apostoli appellantur (*cf. infra l. 71*). Mod. dig. 3, 3, 65 litteras suas ad adversarium derigere debebit. Cypr. epist. 15, 1 ad me (*item* litteras ad *aliquem*: epist. 15, 4. 16, 3. 45, 1. 48, 1 de ... colonia. *ibid.* illuc ad presbyteros. 63, 17. 66, 7 de carcere. Hier. epist. 134, 2, *cf. l. 23.* Epiphan. Hier. epist. 51, 1, 3 Canon. Migne 56, 426^C Alc. Avit. epist. 75 p. 92, 1. Ennod. epist. 2, 13, 6 p. 54, 9 *syn.* mitto. Anon. Vales. 10, 47 *al. dat.*: Ambr. hex. 5, 10, 29 tribunis militum. Hier. epist. 134, 2, *cf. supra l. 19.* Evgipp. Sev. 32, 1 Bavdon. vita Radeg. 10 *al.*). Epist. imp. Constant. Corp. V 2781 (*a. 314, ex schedis*) ad praefectos nostros ... scripta -ximus (ad *aliquem*: Epist. pontif. 235 [*a. 380*] Migne 13, 356^A. Avg. epist. 141, 1 ex concilio. Epist. episc. Aug. epist. 176, 5 Leo M. epist. 32 p. 795^A Cassiod. var. 3, 4, 4 Iord. Get. 186 Mart. Brac. corr. 1. *dat.*: Avg. epist. 215, 2). Cod. Iust. 7, 62, 19 pr. (*a. 331*) iudex ... acta ad nos -at. Hier. vir. ill. 71 epistula ad episcopos -itur (ad: Hier. adv. Rufin. 3, 16 contra papam ... ad te. Avg. epist. 191, 1 de hac re ad ... eum ... per *illum.* c. Iul. op. imperf. 1, 18. Vict. Vit. 3, 19 ad regiones transmarinas. Ennod. epist. 2, 12, 4 p. 52, 13 Vitae patr. 3, 34 Cassiod. inst. div. 6 p. 1118^A Evgipp. Sev. epist. 1 Caes. Arel. suggest. p. 305 *al. dat.*: Avg. epist. 177, 15. 202^A, 8 Mar. Merc. Theod. epist. p. 1083^A Canon. Migne 56, 480^A Ferrand. epist. 11 Vita Fulg. 54. per *loca*: Cassian. conl. 10, 2, 1. ubique *i. quoquoversus*: Hyd. chron. II p. 20, 73). Hier. in Zacch. prol. p. 777 dictare ... quod ... tibi -am (*cf.* Apring. in apoc. 1, 11 *ad* Vvlg. *l. c.* 'mitte septem ecclesiis' quod scripserit, quo -at, *cf. infra l. 66 sq.*). reg. Pachom. praef. 1 libros a ... Silvano ... mihi -ctos (*syn.* missos). *item dat.*: Avg. epist. 185, 51 tibi librum. Cassiod. c. Ap. 1, 101 (ἔπεμψε). ad *aliquem*: Vita Fulg. 54 Isid. vir. ill. 9 (22 Arev.). Lucif. 23 ad *illum* synodum (*i. synodi placitum*) -xit. Clavd. carm. min. 40, 1 adfatus (*i. litteras*) ... non mihi -is. Avg. epist. 178, 2 decretum per epistulam ... papae *illi* -endum. 197, 1 Hieronymi ... expositiones ... beatitudini tuae. retract. 2, 27 ad illos ... promissa. Ps. Avg. c. Fulg. 1 libellum, quem mihi religio tua -xit (Pavl. Med. adv. Cael. 5 beatitudini tuae. Leo M. epist. 12, 6 ad nos. *cf. b p. 1248, 17*). Pavl. Med. vita Ambr. 26 ad se relationis exemplaria -rentur (*cf. l. 63*). Cod. Theod. 1, 10, 7 (*a. 401*) breves ... ad officium ... -endos (Cod. Iust. 1, 32, 1, 2). gest. in sen. 3 (*a. 438*) codices ... per orbem (*cf. b p. 1248, 18*). Pol. Silv. chron. I p. 518, 7 laterculum ... apud (*i. ad*) te ... -xi. Hyd. chron. II p. 24, 130 quae *gesta* ab Hydatio ... ad Antoninum -cta (133 gesta de Manichaeis per provincias -untur. *cf.* 145 *responsa* cum ... gestis et scriptis per ecclesias -untur). p. 24, 135 ad episcopum ... disputatio *perscripta* -itur. Praedest. 1, 16 p. 592^B assertiones *haeretici* -entes ad ... episcopum (*cf. b p. 1248, 20*). Sidon. epist. 5, 17, 2 ad te ... versus (*cf. b p. 1248, 21*). 7, 9, 1 orationem ... tibi. Favst. Rei. epist. 7 p. 201, 5 quam (*scripturulam*) ad me -ere dignatus es (Cassiod. hist. 2, 11 p. 929^C -ximus vobis ... scripturam). Vict. Vit. 2, 38 episcopo ... praeceptum (*cf. infra l. 75*). 2, 39 edicti tenorem ... coepiscopis (*cf. infra l. 72*). 3, 29 relationem ... Carthaginem adversus eos -xit (Cassiod. var. 2, 24, 2 ad ... praefectum. Greg. M. epist. 2, 39 nobis. 3, 1. 2 *al.*). Alc. Avit. epist. 22 p. 54, 20 -ctae ad me paginae (Ennod. *saepius*). Apring. in apoc. 1, 1 Iohanni -cta est apocalypsis (Vvlg. mittens ... Iohanni, *cf. supra l. 39*). Cassiod. hist. 1, 14 p. 913^D tomo, quem ... vobis -xi per *illum.* Conc. Rom. a. 499 p. 402, 2 -ctis ... per provincias auctoritatibus (*i. rescriptis*). Novell. Iust. 8 iusiur. pr. p. 89, 5 (*a. 535*) *indiculi* exemplar ... -ctum est tuae celsitudini. 23, 4 (*a. 536*) ad ... praefecturam appellationes (*cf. supra l. 14 sq. syn.* transmitto). 33 (*a. 535*) legem ... in Thraciam. 86, 1 (*a. 539*) edictum (*cf. supra l. 62*) ad omnes ... subiectos (καταπέμψαι). 114, 1 pr. (*a. 541*) inter quos et ad quem iudicem vel per quam fuerit -cta personam *imperatoris iussio.* 112 epil. (*a. 541*) *praeceptiones* in universas provincias. Iord. Get. 269 ad fratris (*sc. domum*) gaudii nuntium -xit. Hist. Apoll. rec. A 19 -o ... codicillos filiae meae (rec. B mittite). Caes. Arel. suggest. tit. suggestio humilis sacerdotibus -cta. Dionys. Exig. Procl. fid. p. 418^A haec vestrae caritati -imus (*syn.* destinare). Vita Fulg. 46 dicta ... legenda ei celeriter -it. Isid. vir ill. 3 (16 Arev.) opusculum -ctum ad *illum.* b *finis non indicatur* (*accedit unde: p. 1248, 6; passim* per *illum*): Serv. Aen. 8, 168 Cicero per epistulam culpat filium, dicens male eum dixisse '-xi litteras duas', cum 'litterae', quotiens epistulam significant, numeri tantum pluralis sint (*item* litteras: Heges. 1, 38, 6 per suos. Hier. adv. Rufin. 3, 16 Vvlg. Esth. 16, 17 Avg. epist. 191, 1 Epist. pontif. 784 [*a. 517*] Alc. Avit. epist. 42 p. 70, 18. 71, 14 Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 112 Vita Fulg. 41 Bavdon. vita Radeg. 7. *cf.* Alc. Avit. epist. 87 p. 96, 20 has, *sc. litteras*). Frg. Mur. 40 epistulae Pauli a quo loco vel qua ex causa -ctae sint (Heges. 1, 45, 3 *bis* [ἔπεμψα. Ps. Rvfin. misi]. Avg. epist. 189, 1 Ennod. epist. 2, 12, 5 p. 52, 17. *cf. etiam infra l. 29*). Cod. Theod. 8, 5, 28 (*a. 368—373*) *in subscriptione*: -cta v kal. Ian. (*alias* data, proposita. *item in subscriptionibus*: Vict. Vit. 2, 101 -cta ... per episcopos. Canon. conc. Carth. a. 419 Migne 56, 875^B gesta ... per nos -cta). Epist. pontif. 260 (*a. 390*), 4 Migne 13, 1171^B haec scripta -xi per fratres (Ennod. epist. 4, 25, 1 p. 116). Avg. epist. 139, 2 per diaconum ... commonitorium -xi (Qvodv. Aug. epist. 223, 1, *syn.* destinare. *cf.* Paschas. epist. 2 commemoratorium). epist. 179, 1 per quem ista -xi (Hil. Aug. epist. 226, 9 haec [*opp.* per me deferre]. 226, 10. Favst. Rei. epist. 1 p. 164, 15 quae). Pavl. Med. adv. Cael. 4 libellum (*cf. a p. 1247, 47*). Cod. Theod. gest. in sen. 3 (*a. 438*) codex ... principis praeceptione -ctus (*cf. a p. 1247, 52*). Praedest. 1, 85 p. 616^B *haereticorum* confessiones ... -xit, *sc. Damasus ad Valentinianum* (*cf. a p. 1247, 57*). Sidon. epist. 5, 17, 11 *carmen* cras -etur (*cf. a p. 1247, 58*). Rvric. epist. 2, 5 p. 380, 8 sermo mediator (*i. epistula*) ... a me -itur, a te suscipitur. Sigism. Alc. Avit. epist. 29 p. 59, 14 -ctis litterarii sermonis officiis (Alc. Avit. epist. 39 p. 68, 3 salutationis officium pagina famulante -xi). Alc. Avit. epist. 34 p. 64, 9 pagina ... quasi ab uno -cta (52 p. 81, 9. Ennod. epist. 2, 26, 2 p. 68, 14). 59 p. 87, 12 caritatis apicibus, quos -istis. Ennod. epist. 2, 1, 11 p. 41, 2 ruptam singultibus contestationem pro stili ubertate -ens. 5, 1, 1 p. 123, 3 verba. Cassiod. var. 7, 34 tit. evocatoriae (*sc. epistulae*), quam princeps motu suo -it. *al.*

β ***aliquem***: Stat. Theb. 4, 524 Styx -etis interflua manibus obstat. Tac. hist. 4, 75 culpabant *illum* passum iungi (*sc. eos*), quos -etos intercipere licuisset. Itala psalm. 67, 15 (Cas.) in -endo caelestes reges (*sim.* Vvlg.; *ἐν τῷ διαστέλλειν*). Porph. Hor. carm. 1, 13, 18 ita amoris vinculo inter se constricti sunt, ut numquam -i possint. Avg. civ. 11, 34 non illic apparet, ubi facti sint angeli, sed ubi -eti (*cf. p. 1302, 84 sq.*). Prisc. periheg. 7 populos . . . per orbem -etos (*cf. Dionys. periheg. 2 ἀνδρῶν ἄκριτα φῦλα, quae corrigere voluisse videtur* Prisc.). Cod. Iust. 6, 51, 1, 10[e] disiuncti (*sc. disiunctim heredes scripti*) . . . ab ipso testatoris sermone apertissime sunt -eti (*sc. a coniunctis*). *indicatur res, qua qui(s) disiunga(n)tur: ablat. instr.* (*additur* a *l. 45 sq. al.*): Liv. 23, 33, 2 *Philippus* propior Italiae ac mari tantum Ionio -etus erat (*cf.* Val. Fl. 7, 13 *Medea* tam magno -eta mari). 31, 29, 12 alienigenae homines plus lingua et moribus et legibus quam maris terrarumque spatio -cti (Tac. hist. 1, 9 longis spatiis -eti exercitus . . . *non* miscebantur. 4, 46. *cf. p. 1297, 15 sqq.*). Cvrt. 10, 10, 7 a ceteris sui quisque imperii regione -eti (*cf. l. 76*). Plin. nat. 4, 109 Tarne . . . amne -eti a Tolosanis Petrocori (*cf.* 6, 29. Tac. hist. 1, 65 uno amne -etis conexum odium). Tac. hist. 1, 51 exercitus finibus provinciarum -bantur (*v. p. 1297, 12. cf.* 3, 15 discordes animis, -etos viribus hostium exercitus). 4, 64 *illi* Rheno -eta gens. ann. 13, 5 *Agrippina* velo -eta, quod visum arceret, auditus non adimeret (Plin. epist. 4, 19, 3). Tert. nat. 1, 7 satis . . . est nobis sola ver⟨itate⟩ a vestra positione -i. adv. Marc. 5, 18 p. 639, 4 creatoris extranei et longa separatione -eti. Amm. 16, 11, 14 *illum* cum exercitu quem regebat . . . Gallico vallo -etum. 25, 4, 21 ab his consortiis (*i. a municipalium ordinum coetibus*) privilegiis aut origine longe -etos. Pavl. Nol. carm. 11, 52 donec . . . -ar orbe (ab orbe *B O*) quolibet. Ennod. dict. 18, 8 p. 477, 23 nescio qua sint criminum diversitate -eti, interim . . . poena iungendi sunt. *ablat. limit.* (*additur* a *l. 64*, per *l. 66*): Tac. Germ. 38 *Suebi* propriis nationibus nominibusque -eti (*cf. p. 1301, 2 sqq.*). hist. 5, 5 *Iudaei* separati epulis, -eti cubilibus (*sc. a ceteris nationibus*). Avien. orb. terr. 1298 -eti populi, -eti finibus (*ἀπὸ κοινοῦ?*) agri . . . Arieni. Dict. 4, 22 p. 85, 19 se *Antenorem* eadem stirpe, qua Priamum Graecis coniunctum, animo semper ab eo -i. Avson. 166, 13 -eti quamquam tumulis et honore iacetis, commune hoc verbi munus habete: vale. Avell. p. 20, 12 licet essent corpore -eti per intervalla regionum. Ennod. epist. 4, 34, 2 p. 121, 25 inter habitatione -etos (9, 34, 1 p. 258, 22). per: *cf. supra l. 66 et infra l. 82. 84.* *indicatur, a qua re disiungatur: ablat. separat.: homine*: Pavl. Nol. carm. 26, 204 *Christus* inter iniquos condemnatus obit, nos ut -at iniquis. Carm. de Sod. 133 Loth -ctus patruo. *re*: Pavl. Petric. Mart. 2, 564 templi faetorem chrismate Christi. Cod. Iust. 10, 35 (34), 2, 9 extraneum . . . heredem propinquitatis . . . iure -etum. *nota dativ.*: Cypr. Gall. Ios. 161 femina . . . fuit meritae donata saluti, civili -eta neci. a, ab (*adde supra l. 40. 59 et p. 1299, 3*, ab *c. gerund. l. 81, accedit* per *l. 82. 84*): Cvrt. 10, 9, 18 ccc fere . . . a ceteris -etos (*cf. l. 45*). Tac. hist. 4, 57 a legionibus. Hil. in psalm. 1, 9 p. 24, 28 cum per confessionem dei ab impietate -cti sint. myst. p. 8, 1 *Cain* per ipsam interpretationem (-is *cod.*) nominum (*sc. Cain et Abel i. risus et fletus*) -etus a sanctis. Amm. 14, 7, 21 a societate noxiorum insontes (*cf.* Avg. civ. 12, 9). 18, 5, 5 ab impetranda magisterii dignitate per obscuritatem adhuc longe -etus. 23, 6, 54 *illi* omnes paene collibus altis undique circumsaepti, ideo a mari -eti. Sidon. epist. 8, 2, 2 per *dignitates* solebat ultimo a quoque summus

[Graeber]

quisque -i. inter: TAC. hist. 4,46 victores constituit modicis inter se spatiis -etos (*cf. p. 1297, 15 sqq.*).

nota se -ere (*accedit* a *l. 6 sq.*, e *l. 3*): AMM. 26, 6, 3 e medio se conspectu -vit. 29, 5, 54 manibus repens et pedibus longius (longius de *V*) sese -vit. AVG. civ. 16, 2 Cham ... medius Noe filius, tamquam se ab utroque -ens et inter utrumque remanens. VINCENT. LER. 24, 34, 7 quis umquam haereses instituit nisi qui se prius ab ecclesiae catholicae ... consensione -crit?

γ ***absolute***: AVG. epist. 186, 12 p. 55, 8 quae sola *gratia* sic -it a poena, ut *eqs.*

b *subi. est res* (*nomen verbale infra l. 38. 40. exempla verbi passivi cum ablativo rei efficientis coniuncti sub αα collocare malui, cf. p. 1297, 7 sqq.*): *α* ***aliquid***: VARRO rust. 2, 7, 10 inter singulas *equas* a praesepibus intericere longarios, qui eas -ant, ne inter se pugnare possint. SALL. Iug. 79, 3 neque flumen neque mons erat, qui finis eorum -ret (PORPH. Hor. carm. 3, 29, 28. AVIEN. orb. terr. 1031 Cydnus *flumen* ... mediae -it moenia Tarsi. *cf.* AVSON. 391, 6 maesti ... parentis oscula et amplexus -erat invidus amnis [*meton. i. parentem* oscula dare ... cupientem]). OV. fast. 2, 194 ubi -etas insula rumpit aquas (*Tiberis*). MANIL. 1, 635 *circulus meridianus* medium praecidit Olympum -itque diem. 1, 705 veluti virides -it semita campos. CELS. 4, 1 p. 121, 11 *saeptum transversum* non solum intestina, sed iecur quoque lienemque -it (*cf. l. 35 sq.*). PLIN. epist. 2, 17, 26 vicus, quem una villa -it (*sc. a mea villa*). PAPIN. dig. 31, 77, 18 permutatio rerum -eus communionem intervenit. CENS. 23, 8 p. 51, 1 partes diei bifariam tum divisi meridies -bat. AVIEN. Arat. 995 *aequator circulus* dividit ima noti -itque alta aquilonis. *indicatur res, qua quid disiungitur: ablat. instrum.*: CLAVD. 28, 364 *Rubicon* spatiis -ens gaudia parvis (*cf. p. 1297, 14 sqq.*). CARM. de aegr. Perd. 60 *sol* diem sextā magnum -erat horā. ISID. orig. 19, 31, 8 discriminalia capitis mulierum sunt vocata ex eo, quod caput auro -ant (*cf.* discerniculum 1 *p. 1295, 74 sqq.*). *indicatur, a qua re disiungatur: ablat. separat.*: PRISC. perieg. 16 Libyam Europae -it finibus amplis linea, quam *eqs.* (21 *syn.* disiungere). a, ab: CELS. 7, 4, 2 p. 267, 19 saeptum id, quod transversum a superioribus visceribus intestina -it (*cf. supra l. 22 sq. et infra l. 42 sq.*). 8, 1 p. 323, 18 duae *suturae* super aures tempora a superiore capitis parte -unt. PLIN. nat. 18, 185 runcatio ... segetem ... -it a caespite. AVIEN. orb. terr. 46 *sinus* Libycis Asiam -it ab oris. VEG. mil. 4 praef. p. 128, 10 agrestem ... hominum ... vitam a communione ... ferarum urbium constitutio prima -vit. POL. SILV. fast. Ian. 5 nonus dies *nonas* -it ab Idibus. CAEL. AVR. acut. 2, 34, 180 *membrana* (*i. diaphragma*) a visceribus -it intestina (*cf. l. 22 sq. 35 sq.*).

β ***aliquem***: AMM. 22, 9, 13 qui locus Cappadocas -it et Cilicas. AMBR. obit. Valent. 79 p. 1382[B] non vos -vit tumulus, quos non -bat affectus (*syn.* separare). PAVL. NOL. carm. 21, 287 quos -it sexus, consociat pietas. ENNOD. epist. 9, 5, 1 p. 231, 26 quos -it itinerum prolixitas, ... iungit affectio. CARM. epigr. 739, 3 -vit uos vita quidem, se⟨d⟩ vivet amoris indivisa fides. *indicatur, a qua re disiungatur*: a, ab: AMM. 17, 13, 16 ⟨quos⟩ a nostrorum acie ulterior -erat ripa.

γ ***absolute***: PLIN. nat. 31, 4 *aquae* alibi frigidae alibi calidae, alibi iunctae ... tenui intervallo -ente. *acced. abl. instr.*: CATVLL. 64, 179 *patriae* petam montes? a, gurgite lato -ens (*sc. patriae montes a me, vel me a patriae montibus*) ponti truculentum ubi dividit aequor! inter: PS. HIL. libell. 5 *ut* esset, quod inter humana et divina -ret (*de caelo*). ISID. orig. 14, 5, 11 *ille mons* -it inter fecundam terram et harenas.

2 *speciatim de praedestinatione et salvatione i. q. seiungere, eligere servandi causa: subi. est deus sive qualitates eius personatae: accus.*: ITALA I Cor. 4, 7 (Aug. correpť. 7, 12 praed. sanct. 5, 9. 10) quis ... te -it? (*item* VVLG.; διακρίνει). HIL. myst. p. 3, 12 *Christus praefiguratione* ecclesiam -it (*sc. ortu Isaac*). AVG. epist. 186, 12 p. 55, 12 cum parvulos ipse -at deus, quos merita nulla -unt (*cf. l. 79*). *acced. ablat.* (*additur* a, ab *l. 68 sqq.*): AVG. civ. 14, 26 *deus* non eos iam meritis ..., sed gratiā -ens. correpť. 7, 12 -untur ... non meritis suis, sed per gratiam mediatoris. 7, 13 quicumque ... ab illa originali damnatione ista divinae gratiae largitate -eti sunt (*cf. infra l. 73*). c. Iul. 4, 131 ab eis dei misericordiā. c. Pelag. 3, 3, 5 quos ... deus a filiis diaboli non solum lavacro regenerationis, sed ipsius etiam ... fidei probitate -it. *acced.* a, ab: AVG. correpť. 7, 12 non sunt ab illa conspersione -eti, quam constat esse damnatam. *ibid.* ab illa perditionis massa (*cf. supra l. 68 et infra l. 78 sq. 80*). in euang. Ioh. 76, 2 dilectio sanctos -it a mundo. enchir. 99, 25 sola ... gratia redemptos -it a perditis, quos in unam perditionis concreverat massam ab origine ducta causa communis (*cf.* c. Iul. 4, 124 Israelitas ... pios ab his ... non -bat natura, sed gratia. *v. etiam l. 66 sqq.*). ex: AVG. c. Iul. 4, 131 quos ex massa perditionis non humana merita, sed gratia divina -it (*cf. supra l. 68. 73. 80*). de: AVG. epist. 214, 3 de massa illius perditionis ... non -it hominem ... nisi deus (*cf. supra l. 68. 73. 78*).

B *latiore sensu: distinctio indicatur*: 1 *i. q. distinguere, dinoscere; passivum saepius i. q. differre*: a *subi. est persona*: *α* ***aliquid***: VARRO ling. 8, 48 his -etis (decr- *F*) particulas singulas perspice (*cf.* rust. 3, 1, 8 quae ipsa pars [*i. pastio*] duplex est, tametsi ab nullo satis -cta, quod altera est villatica pastio, altera agrestis). 9, 94 similitudinum -endarum causa (9, 109 *cf.* 108 quom similitudo saepe sit confusa, ut -i nequeat, nisi *eqs.* SEN. epist. 45, 6 quid mihi vocum similitudines distinguis ...? res fallunt: illas -e). 10, 20 (19) non enim idem oppidum et Roma, cum oppidum sit vocabulum, Roma nomen, quorum discrimen ... alii -unt, alii non. rust. 2, 5, 6 -untur in prima *aetate* vitulus et vitula, in secunda iuvencus et iuvenca *eqs.* CIC. de orat. 2, 139 ut genera rerum -rent eaque paulo subtilius explicarent (PLIN. nat. 37, 98. *cf. p. 1301, 8 sqq.*). part. 86 in -endis bonis malisque (*cf. l. 16*. AVG. in psalm. 148, 3 per intellectum -endi bonum et malum). fin. 2, 33 sunt et in animo praecipua quaedam et in corpore, quae cum leviter agnovit *animal*, tum -ere incipit, ut *eqs.* ac. 2, 40. Tusc. 5, 114 Democritus luminibus amissis alba ... -ere et atra non poterat, at vero bona mala, aequa iniqua ... poterat. off. 3, 7. LVCR. 4, 555 necessest verba quoque ipsa plane exaudiri -ique articulatim. NEP. Lys. 4, 2 alterum *librum* pari magnitudine et tanta similitudine, ut -i non posset, ... subiecit. VITR. 4, 4, 2 in concluso ... aere si quae extenuatae erunt *columnae*, non -entur. CELS. 3, 13 -endae ... singulae *febres* sunt. SEN. nat. 1, 3, 6 nec dispiciuntur intervalla, quibus singulae *solis facies* distant, spatio prohibente -i. COLVM. 3, 10, 9 PLIN. nat. 33, 157. 34, 67. QVINT. inst. 2, 2, 11 probanda atque improbanda. 2, 8, 7. 3, 8, 2. 8, 3, 11. 9, 1, 3. 12, 2, 10 ambigua aperire et perplexa -ere. PLIN. nat. 14, 125 Liguriae maxime Circumpadanisque mustis (*dativ.*) utilitas -itur hoc modo: *eqs.* (*cf. infra l. 74*). FRONTIN. aq. 92 omnes *aquas*. PS. FRONTIN. strat. 4 praef. p. 2, 26 στρατηγικῶν et στρατηγημάτων perquam similem naturam. TAC. Agr. 16 *non* sexum in imperiis (*cf.* AMM. 24, 3, 12 sexus *palmarum v. p. 1301, 32*). ann. 2, 65 ius et iniuriam. 3, 1 *non* -res proximos alienos, virorum feminarumve planctus, nisi quod *eqs.* 3, 10 vera ... aut in deterius credita iudice ab uno facilius -i. 6, 12 vera *carmina Sibyllae* (*sc. a falsis*). PLIN. paneg. 75, 5 acclamationes veras falsasque. IAVOL. dig. 46, 3, 78 *nummos*. EPIST. imp. Sev. et Carac. ad Tyr. (Corp. III 781) 22 *promercales res* professionibus ad -enda munifica mercimoniorum edendas esse. GAIVS inst. 4, 4 sic ... -etis actionibus. VLP. dig. 18, 1, 11 pr. minus *peritus* -endarum materiarum. TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 25 substantias. 4, 11 p. 451, 18 nova et vetera (*cf. in seq.* separare, *hoc loco consulto, ut videtur, non positum*). ITALA I Cor. 11, 29 (Pacian. paraen. 7 p. 112, 18) non -ens corpus domini *sc. a pane et vino* (διακρίνων, VVLG. diiudicans). PORPH. Hor. epist. 1, 10, 29 (vero distinguere falsum) veram Tyriam et fuco Aquinate tinctam. CENS. 14, 13 p. 27, 11 duos istos numeros subtiliter -erunt (decrev- *codd.*, dis- *Vatic. in marg. manu recent.*, dicrev- *Hultsch. cf. p. 1296, 13 sq.*). DON. Ter. Ad. praef. 1, 4 *quinque actūs* a veteribus doctis -eti atque disiuncti sunt. HIL. trin. 4, 41 p. 126[B] quid exaequata (*i. dei filium et deum patrem*) discriminas? quid comparata -is? (*cf.* in Matth. 20, 5). syn. 15 quomodo inter filium atque patrem natura -itur generis indifferentis? (*ibid.* indiscreta ... indissimilisque natura. 20 si in *patre et filio* differentis essentiae -eta natura est. 27. 36. AMM. 18, 3, 8 profutura ... et nocentia. 22, 4, 7 auri et lapillorum varietates. VVLG. II reg. 19, 35 suave aut amarum. HIER. monogr. 15 p. 233 casus *declinationis*. RVFIN. hist. mon. 27 p. 449[A] gratia (*i. donum*, χάρισμα) -endorum spirituum. AVG. civ. 7, 9 factorum prima ... et summa. 10, 9. 11, 6 si ... recte -untur aeternitas et tempus. 15, 7 cum *deus* sacrificia -isset amborum, in illius respiciens, huius despiciens. 15, 19 *generationes* -untur (*fere i. q. dinumerantur*) *inde* a progenie Cain. gen. ad litt. 1, 10 p. 16, 13 *syn.* dinoscere. epist. 120, 3 p. 706, 27 procul dubio -vit *propheta* haec duo (*sc. credere et intellegere*). BENED. reg. 2 p. 10, 36 non ab *abbate* persona in monasterio -atur. ISID. diff. 2, 2 invicem haec vocabula (*sc. deus et dominus*) -untur. *aliquid et aliquem*: TAC. ann. 1, 55 ipsi tempus fore, quo crimina et innoxios -ret. *indicatur instrumentum, quod ad distinguendum adhibetur sive nota distinctionis: ablat. instrum. sive limit.* (*additur* a *l. 82. p. 1301, 14. 18 al.*): VARRO ling. 9, 44 quas (*sc. extremas litteras*), qui audit voces (*sc. crux Phryx*) auribus -ere potest nemo. 9, 60 quibus (*i. praenominibus*) -rentur nomina gentilicia. 10, 62 *sexti* casus litterarum discriminibus facilius reliquorum varietate⟨m⟩ -ere poterit (LIV. 34, 54, 5 omnia discrimina talia, quibus ordines -rentur, et concordiae et libertatis aequae minuendae esse. QVINT. inst. 10, 2, 10 ut non res, quae simillimae quaeque pares maxime videantur, utique discrimine aliquo -antur). rust. 2, 1, 12 in *pecore maiore* sunt ... ad tres species natura -eti boves asini equi (QVINT. inst. 2, 4, 39 utilitas ... interim natura -itur, interim tempore. FAV. EVL. p. 20, 7 *ut analogia* coniungat faciatque eadem, quae fuerant natura -eta). VERG. Aen. 3, 201 diem noctemque ... caelo. MANIL. 1, 72 variosque dies incertaque noctis tempora nec similes umbras, iam sole regresso, iam propiore, suis poterant -ere causis (AVIEN. Arat. 1389 certis singula signis [*v. p. 1303, 34*] tempora. *adde p. 1301, 5*). CELS. 1 pr. p. 7, 12 *remedia* usu -eta. 5, 27, 12 p. 204, 33 *fungi inutiles* et specie quidem -i possunt ab utilibus. 7, 6 p. 271, 34 aliis ... vocabulis quaedam *tubercula* alii -unt. SEN. epist. 124, 5 non oculis, sed tactu minuta -ere (*syn.* dinoscere; *cf.* SALON. in eccles. p. 1004[A] oculis mentis). COLVM.

[Graeber]

2, 10, 35 sapore . . . nihilo differt *cicera* a cicercula, colore tantum -itur. PLIN. nat. 8, 63. 192 Gallicis . . . nominibus *tomentum* -itur (15, 137 silvae nominibus *Caesarum* -etae. 21, 27. 33, 31 decuriae . . . pluribus -etae nominibus fuere. QVINT. inst. 9, 3, 25 tam parva momenta nominibus. CENS. 24, 1 p. 51, 6 noctis et diei tempora . . . propriis . . . -eta nominibus. FAV. EVL. p. 3, 19 virtutes sexu . . . nominibusque -etae. AVG. civ. 15, 22. 17, 21 nomine. *v. etiam p. 1302, 49 sq.*). 9, 131 *purpurarum* genera plura pabulo et solo -eta (14, 29 praeciae *uvae* duo genera magnitudine acini -untur. 19, 125 alii colore et tempore satus genera *lactucae* -vere [22, 38. *v. etiam l. 38 sq. p. 1300, 75*]. 20, 222 amplitudine folii [*cf. l. 13*]. QVINT. inst. 12, 10, 58 *illa divisione* -i posse . . . recte dicendi genera inter se videntur). PLIN. nat. 14, 32 -itur *vitis minor a maiore* folio circinato (20, 134 *Pythagoras* in *ruta* marem minoribus . . . foliis a femina -vit [*cf. infra l. 79*]). 16, 40 aliquid visu (37, 128). 16, 48 nos ista Romano -imus iudicio. 19, 55 aquae . . . separantur et ipsa naturae elementa vi pecuniae -eta sunt. 22, 50 radix *pseudoanchusae* in oleo non fundit rubentem sucum et hoc ab anchusa -itur. 25, 79. 35, 155 ab illo facta poma et uvas nemo posset aspectu -ere a veris. QVINT. inst. 8, 3, 18 clara . . . atque sublimia . . . materiae modo -enda sunt. 9, 3, 65 *distinctione* similia -untur (*cf.* AVG. civ. 6, 9. *v. etiam p. 1300, 3 sqq.*). 11, 2, 13 ut . . . membra . . . nulla nota possent -ere (TAC. Germ. 10 *surculos* notis quibusdam -etos. *v. p. 1303, 9*). decl. 276 p. 127, 8 -eta sunt ipsā legis scripturā: mortem vel nuptias (*opp.* iungere). TAC. hist. 4, 7 sorte et urna mores non -i. 4, 33 pauci prudentiā honesta ab deterioribus, utilia ab noxiis -unt. PLIN. paneg. 2, 3 -atur orationibus nostris diversitas temporum. DON. gramm. IV 387, 8. VLP. dig. 43, 12, 1, 1 flumen a rivo magnitudine -endum est aut existimatione circumcolentium. PS. APVL. herm. p. 268 *verbo* praecipue etiam in illis proprietatibus *pars propositionis declarativa* a pari subiectiva -itur. TERT. adv. Val. 29 p. 205, 5 animas ipsas duplici proprietate -unt, bonas et malas *eqs.* ARNOB. nat. 1, 59 p. 40, 23 sexus . . . femininis generibus masculinisque -etos (*cf. p. 1300, 29*). 2, 15 p. 60, 10 sententiae . . . *non* infinita varietate -etae. PS. IVL. RVF. schem. lex. 22 (rhet. p. 53, 23) παραδιαστολή (*latine* discriminatio) est, cum similes res -untur contrariis redditis. HIL. trin. 12, 40 p. 459A caeli, terrae . . . creatio ne levi saltem momento operationis -itur. in Matth. 20, 5 comparatio omnis per se absoluta est: sed personis distinguenda et -enda temporibus est. HIER. epist. 52, 6, 3 saporibus avium -o provincias (*cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 16, 1 vim radicum sapore). RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 16 p. 161, 22 discretionis donum, quo -i et intellegi possit a bono quod melius est. AVG. civ. 10, 16 p. 428, 10. 12, 3 p. 516, 12 *mente capaci intellegibilis lucis* -itur iustum ab iniusto. 14, 13 p. 33, 20 *differentia magna* civitas . . . utraque -itur. PHYSIOGN. 79 ruborem *vultūs* oculorum indiciis. 104 *iuxta pos.* noscere. MART. CAP. 9, 968 omnis . . . numerus (*i. rhythmus*) triplici ratione -itur: visu audituque vel tactu. a: VARRO ling. 6, 78 a qua 'facie' (*sc. a rem faciente rei, quam facit, velut imposita*) -itur (*sc. id quod fit*), ut dici possit aliud esse vestimentum, aliud vas *eqs.* in (*additur a l. 51. 52*). PLIN. nat. 16, 45 omnia ea *genera non* facile -untur in fronde etiam a peritis. AVG. civ. 20, 9 in quo -atur *regnum sanctorum cum Christo per mille annos* a regno aeterno. BOETH. in Porph. comm. pr. p. 119, 14 in quo differentia ab specie -retur. ex *accedente* a: VLP. dig. 43, 20, 1, 3 ex proposito utentis et ex natura locorum aquam aestivam a cotidiana -i. pro: TERT. anim. 27 seminis *corporis et animae* . . . -enda sunt tempora pro statu ordinis (*syn.* dividi; *ibid.* indiscretus. *cf. etiam p. 1300, 77 sqq.*). resurr. 54 p. 113, 6 -e pro sensibus communionem verborum (*sc. quae sunt* mors *et* mortale). per: VIRG. gramm. epit. 5 p. 33, 21 cetera . . . *nomina* primae positionis sicut nec componi ita nec per modos -i *habent. adde p. 1303, 31.* de: AVG. in epist. Ioh. 7, 8 non -untur facta hominum nisi de radice charitatis. secundum: AVG. epist. 149, 23 p. 369, 12 -entes cibos secundum culturam angelorum atque ita de hoc mundo decernentes dicunt. *indicatur, a qua re distinguatur: ablat. separat.*: MANIL. 2, 692 pacata infestis signa ut -ere (perdiscere *codd.*) possis. TERT. cult. fem. 2, 2 si deus . . . facto stupri concupiscentiam non -it in poena. PORPH. Hor. epist. 1, 10, 29 ('vero distinguere falsum') vera bona falsis. ALC. AVIT. carm. 2, 203 sic sancta ut noxia nosse, iniustum recto, falsum -ere vero (*cf. infra l. 74*). a, ab (*adde supra l. 49. p. 1300, 65*): VARRO ling. 5, 33 Gabinus *ager* quoque peregrinus, sed quod auspicia habe[n]t singularia, ab reliquo -etus. CIC. de orat. 1, 50 eorum . . . in dicendo ubertatem et copiam ab eorum exilitate, qui *eqs.* ac. 2, 22 qualia visa a falsis -i non possent (2, 25. *cf.* PLIN. nat. 37, 197 veras *gemmas* a falsis. AVG. c. Cresc. 1, 15, 19 verum . . . a falso. *v. etiam supra l. 68*). MANIL. 5, 494 pacem a bello. CELS. 5, 28, 2 p. 207, 8 cacoethes . . . a carcinomate. SEN. benef. 7, 7, 3 a sacris profana. PLIN. nat. 8, 63. 21, 27 *violae purpureae* solae . . . Graeco nomine a ceteris *violis* -untur. 21, 115 *accedente abl. caus.; syn.* distinguere. 22, 50. 34, 135. 162. 35, 56 in pictura marem a femina (*cf. supra l. 14*). 35, 155 ab *illo* facta poma et uvas . . . aspectu -ere a veris. QVINT. inst. 1, 4, 6 consonantes a vocalibus. 8, 6, 35. TAC. ann. 1, 70 incerta ab solidis, brevia a profundis. FRONTO p. 161, 2 N. vestem interpolem a sincera. SATVRN. dig. 48, 19, 16, 6 furta manifesta a nec manifestis -i solent, rixae a grassaturis, expilationes a furtis, petulantia a violentia. VLP. dig. 21, 1, 19, 2 dictum a promisso. 49, 4, 1, 11 propriam causam ab aliena. TERT. resurr. 55 p. 113, 25 -enda est . . . demutatio ab omni argumento perditionis: aliud enim demutatio, aliud perditio. adv. Marc. 5, 3 p. 576, 22 *non* laborasset *apostolus* fidem a lege -ere, quam diversitas ipsius divinitatis ultro -isset, si fuisset. HIL. in Matth. 11, 9 p. 982C non idem est opus virtutis et virtus, et efficiens -itur ab effecto. trin. 6, 31 p. 183A quantum interest nasci et adesse, tantum a se (*cf. p. 1306, 84*) uterque sermo -itur (*sc.* 'a patre venisse' et 'ex deo exisse'). AVG. civ. 2, 29. 6, 5. 8. 9 *al.* 13, 23 ab spiritali . . . hoc quod nunc est animale -ere (*cf.* 13, 24). 15, 6 deus a vasis misericordiae irae vasa -ens. 21, 8 ut nisi inter se similes essent *homines*, non -retur species eorum ab animalibus ceteris *eqs.* (*cf. infra l. 81 sq.*). *al.* conf. 2, 2, 2 p. 30, 3. 8, 9, 21 p. 188, 3 vix a servitio . . . imperium. *al.* DRAC. Orest. 920 a licito -o nefas. inter: QVINT. inst. 12, 10, 58 inter se (*cf. p. 1301, 11 sq.*). VVLG. lev. 10, 10 ut habeatis scientiam -endi inter sanctum et profanum, inter pollutum et mundum. III reg. 3, 9 inter bonum et malum (AVG. civ. 14, 17 SALON. in eccles. p. 1004A). PELAG. in Rom. 2 p. 656B eligis maiora et inter minora -is. ISID. diff. 1, 553 inter temperantiam et temperationem sic -itur, ut *eqs.* 2, 89 inter intelligibilia et sensibilia taliter veteres -oruut: *eqs.*

β aliquem: CIC. har. resp. 39 uxorem sororemque non -is (*i. cum sorore cois tamquam cum uxore*). CAES. Gall. 7, 75, 1 ne tanta multitudine confusa nec moderari nec -ere suos . . . possent. LIV. 40, 10, 1 -e, dispice insidiatorem et petitum iusidiis. SEN. contr. 7, 5 (20), 2 lumen (*cf. p. 1303, 19*) attulisti, ut -res [erat] illic, quem leviter vulnerare deberes (*cf. γ*). TAC. Germ. 21 notum ignotumque, quantum ad ius hospitis, nemo -it. PLIN. epist. 7, 19, 10 utram magis *dilexerim*, nescio nec -i volebant. TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 622, 9 duos deos, iustum alium, bonum alium. HIL. syn. 14 -itur persona accipientis et dantis (*cf.* OPTAT. 7, 1 p. 163, 24 cum patrum et filiorum et personae -antur et nomina). CLAVD. 8, 211 Eurotas proprios -ere nescit alumnos (*sc. Ledae filios geminos*). AVG. civ. 21, 8 admiramur, quando duos ita similes reperimus, ut in eis -endis aut semper aut frequenter erramus. quaest. hept. 4, 34 p. 349, 11 in psalm. 106, 14. PHYSIOGN. 50 liberalem atque obscurum et malignum -ere. COD. Iust. 6, 22, 10 pr. -etis surdo et muto (*i. distinguentes inter surdum et mutum*) . . . sancimus *eqs.* NOVELL. Iust. 112, 1 p. 524, 9 in *constitutione* scientes et ignorantes emptores -vimus (διεκρίναμεν). *aliquid et aliquem: v. p. 1300, 62 sq. adiungitur alter accusativ. praedicative*: VARRO ling. 9, 55 nullius nostrum filium et filiam non apte -i marem ac feminam, ut Terentium et Terentiam. TERT. pudic. 16 *Paulus* illam *virginem* beatiorem -it, quae *eqs.* *indicatur instrumentum, quod ad distinguendum adhibetur sive nota distinctionis: ablat. instrum. sive limit.* (*additur* inter *l. 49,* a *l. 51. 54 sq. 58 al.*): MANIL. 4, 322 (*de Libra, Scorpio, Centauro denas Geminorum partes capessentibus*) nec quisquam numero (*partium sideris sibi attributarum*) -itur. QVINT. inst. 11, 3, 74 qua *observatione* servi, lenones *etc.* inter se -untur. TAC. Germ. 38 nominibus (*cf. p. 1301, 2 sqq.* RVFIN. hist. 5, 1, 52). FRONTO p. 143, 7 N. quis dubitat sapientem ab insipiente vel praecipue consilio et dilectu rerum et opinione -i? PAPIN. dig. 28, 7, 24 eos heredes institutos, sed emolumento portionum eventu nuptiarum -etos. TERT. resurr. 49 p. 101, 20 *Christus* nihilo ex ista substantiarum condicione a choica qualitate -itur. LAMPR. Alex. 27, 3 equites Romani a senatoribus clavi qualitate. ARNOB. nat. 7, 48 p. 282, 18 *si* sequentia tempora malos omnes generarent et nulla diversitate -etos. RVFIN. hist. 5, 1, 34 ut vultu ipso et aspectu -rentur a ceteris (διαδήλους . . . εἶναι). AVG. civ. 7, 30 qua pietate -atur a creaturis creator. 9, 8 nullum bonum eorum commemoravit, quo boni -untur a malis. praed. sanct. 5. 10 *natura* -imur a pecoribus. *ibid. natura* in ipsis hominibus a deformibus pulchri vel ingeniosi -untur a tardis (*cf. p. 1301, 54*). MART. CAP. 4, 438 cum . . . hominem animal risibile dixerimus, eo a ceterorum animantium generalitate -vimus. PRAEDEST. 1, 53 p. 606B presbyterum ab episcopo nulla differentia debere -i. per *accedente* a: MART. CAP. 4, 348 hominem a leone per violentiam volentes -ere. ex: COD. Iust. 6, 2, 21, 4 ex tempore omnibus -etis. *adverb.* (*additur* a *l. 69*): AVG. civ. 19, 1 illud quidquid est, unde philosophi Cynici -untur a ceteris. c. Iul. op. imperf. 5, 30 p. 1468 cum quaeritur unde fecerit *deus mundum*, ibi -imur (*sc. a Manichaeis*). *indicatur, a quo distinguatur: ablat. separat.*: ALC. AVIT. carm. 4, 405 nec dominos famulis -ere noverat ordo. a, ab (*adde supra l. 46. 68*): CIC. Font. 23 ubi -i *possit* stultus auditor et credulus ab religioso et sapienti iudice. MANIL. 5, 494 nec pacem a bello, civem -et ab hoste. CVRT. 10, 2, 10 ab integris sumptuosos. 10, 5, 9 nec poterant victi a victoribus in communi dolore -i. PLIN. nat. 7, 55 QVINT. inst. 7, 3, 15. decl. 367 p. 401, 27 ab inimicis amicos. TAC. ann. 6, 7 alienos a coniunctis, amicos ab ignotis *eqs.* (*cf. supra l. 27*). TERT. nat. 1, 9 p. 74, 3. AVG. civ. 8, 14 deos a daemonibus tam diligenter copioseque -it (*cf.* 10, 9 a daemonibus angelos). 21, 8 nisi inter se dissimiles essent *homines*, non -routur singuli ab hominibus ceteris. inter (*adde supra l. 49*): VVLG. act. 15, 9 nihil -vit inter nos et illos (διέκρινεν). AVG. civ. 11, 19 (*notione ad A declinante*) inter sanctos angelos et immundos fuisse -etum, ubi dictum

[*Graeber*]

est: et divisit deus inter lucem et tenebras (*cf. p. 1298,34sq.*). ISID. diff. 1,499 inter sapientem et prudentem ita -i solet, ut *eqs.*

nota se -ere: PRISCILL. tract. 6,101 p. 75,16 *deus* in nullo se secundum mundi elementa -ens.

γ sequitur interrogatio indirecta (*additur ablat. instr. l. 6. 34*, ex *l. 21*, per *l. 31*): VARRO ling. 7,17 id quo -itur, homo mas an femina sit. 9,4 *v. infra l. 36 sqq.* rust. 1,2,12. 1,3,1 quae diiungenda essent a cultura cuiusmodi sint, quoniam -etum *est* (*syn.* 1,1,11 secerno). CIC. rep. 2,6 ne nota quidem ulla, pacatus an hostis sit -i ac iudicari potest (*cf. p. 1301,22*). Tim. 27 *animus* -it...quid sit eiusdem generis quid alterius et cetera diiudicat. LVCR. 4,384 eadem... sint lumina necne... hoc animi demum ratio -ere debet. SALL. Catil. 25,3 pecuniae an famae minus parceret, haud facile -res. OV. Pont. 4,15,25 erroris nam tu vix est -ere nostri sis argumentum maius an auxilium. LIV. 7,9,7 nec qui poterentur, incertis viribus satis -i poterat. 8,34,10 nec -atur, interdiu nocte, aequo iniquo loco, iussu iniussu imperatoris pugnent. 21,4,3. 21,18,8 quoniam -i placet, quid publico consilio, quid sua sponte imperatores faciant. ?SEN. contr. 7,5 (20),2 *v. p. 1302, 26 sq.* VAL. MAX. 5,4,6 SEN. benef. 5,9,3 COLVM. 1 praef. 23. PLIN. nat. 2,95 ut facile -i posset ex eo, non modo an obirent ac nascerentur *stellae*, sed an ..., item an *eqs.* 35,133 TAC. hist. 3,28 ann. 5,6. 6,7 quid repens aut vetustate obscurum. SVET. Cal. 25,1 matrimonia contraxerit turpius an dimiserit an tenuerit, non est facile -ere (*cf.* SOL. 1,48). VLP. dig. 27,5,1 pr. PAVL. dig. 18,1,1,1 in permutatione -i non potest, uter emptor, uter venditor sit (*cf.* 19, 4,1 pr.). APVL. met. 2,25 ut ne deus quidem Delphicus ipse facile -ret duobus nobis iacentibus, quis esset magis mortuus. 8,17. PORPH. Hor. ars 273 (iuurbanum lepido seponere dicto) hoc est: -ere quid inurbane dictum sit, quid lepide. epist. 2,2,44 (curvo dinoscere rectum) id est per ethicam partem philosophiae discer⟨ner⟩e quid sit vitium, quid sit virtus. ARNOB. nat. 2,23 p. 66,25 *iuxta pos.* discriminare. AVG. gen. ad litt. 12,1 p. 380,18 *syn.* dinoscere. in psalm. 40,6 PHYSIOGN. 46 *al.* 54 ceteris... signis -es, utrum... an *eqs.* (55 *cf. l. 84 et p. 1300,79*).

δ absolute sive obi. omisso: VARRO ling. 9,4 ea quae dicam quo facilius pervideri possint, prius de trinis copulis (*cf. vol. IV p. 918,61sqq.*) -endum (nam confusim ex utraque parte pleraque dicuntur, quorum alia ad aliam referri debent summam): primum de copulis naturae et ⟨u⟩suis: ... secundum de copulis multitudinis ac finis, utrum... an *eqs.* 9,60 -endi causa. QVINT. decl. 363 p. 395,20. GELL. 1,3,29 *Theophrastus* cum -endi magis disceptandique diligentia quam cum decernendi sententia atque fiducia scripsit. TERT. adv. Hermog. 7 p. 134,14 AVG. civ. 21,10 p. 511,29 c. Cresc. 1,15,19. in psalm. 32,2 serm. 2,5 p. 288 confundunt illi male -endo creaturam cum creatore. *ibid.* illi -unt et confundunt. 148,3 pecora etsi ... mentem intellegentem atque -entem non habent. *acced. abl. instr.*: PLIN. nat. 16,67 Graeci situ -unt *acera.* 22,97 quidam -vere *fungos* arborum generibus *eqs.* 24,142 *ille* satu -vit *aron et dracontium.* VVLG. Rom. 14,23 qui ... -it, si manducaverit, damnatus est (διακρινόμενος). MART. CAP. 7,752 *numeri* ut re ipsa -eti sunt, sic etiam vocabulis -am (*sc. eos*).

b *subi. est res* (*saepe sensu causativo i. q. diversum reddere*):

α aliquid: VARRO ling. 9,42 si analogia rerum dissimilitudines assumat ad -endum vocis verbi figuras ('vocis *fort. del. vel scrib.* voce' *L. Spengel*). 10,7 duae res (*sc. tempora et casus*) vel maxime -unt analogias. CIC. ac. 2,27 ut *visa* vel falsa esse possent neque ea posset ulla notio -ere. PHAEDR. 4,24,22 fabella talis hominum -it notas eorum, qui *eqs.* SEN. nat. 1,14,3 cum acies nostra non -at (*fere i. q. dispiciat, cf. p. 1305,35. 38*) transitum *chasmatum*, sed quacumque cucurrerunt, id totum igneum credat. epist. 82,6 quae sit illa ratio, quae appetenda ac fugienda -at. PLIN. nat. 36,144 adulteratum haematiten -unt venae rubentes et friabilis natura. TAC. ann. 1,34 vexilla praeferri *iubet*, ut id saltem -ret cohortes. PRISC. gramm. III 157,9 *pronominis* proprium est -ere personas. SERG. gramm. IV 525,28 altitudinem -it accentus. TERT. adv. Marc. 5,3 p. 576,23 (*cf. p. 1302,4sq.*). SOL. 1,71 ipsum dentium numerum -it qualitas sexus. 1,95 pudoris disciplinam etiam inter defuncta corpora natura -vit. FILASTR. praef. 2 p. 1,9 tempus aetatis -ens (*sc. genus pullorum a perdicis, matris affectatae*). AMM. 25,5,6 nomen *Iuliani* una littera -bat (*sc. a Ioviani nomine*). RVFIN. Adamant. 1,28 p. 59,13 istud capitulum (*i. scripturae sacrae locus*) non naturas -it, sed hominum propositum. PAVL. NOL. carm. 16,69 (*narratur miraculum*) ignotus notusque suis fit civibus idem (*sc. Felix*), -ente fide vultum credentibus ipse, hostibus alter erat. AVG. civ. 19,20. MART. CAP. 9,989 *rhythmus* διάγυιος ... dictus est id est quasi duplicia membra -at. INST. Iust. 3,28 pr. hoc dividatur secundum imaginem rerum proprietatis et usus fructus, quam nostra -vit constitutio (*cf. ibid.* secundum... constitutionis nostrae divisionem). BENED. reg. 63 p. 61,11 in omnibus... locis actas non -at ordines nec praeiudicet. *indicatur instrumentum, quod ad distinguendum adhibetur, sive nota distinctionis: ablat. instr.* (*additur* a *p. 1304,2. 4*, in *l. 7*): MANIL. 1,65 *mundum* (*i. astra*) fatorum ... vices certis -ere signis (*cf. supra l. 34*). GERM. 337 *Sirion* -it ... ortu longe sata: vivida firmat, *alia* exanimat. CELS. 1 prooem. p. 6,25 D. medicinam ortam ... aliorum salute aliorum interitu perniciosa -entem a salutaribus. PLIN. epist. 5,3,9 *vultus, oculi, nutus, manus, murmur, silentium* satis apertis notis iudicium ab humanitate -unt (*cf. p. 1301, 22*). APVL. apol. 38 quibus membris et causis -crit natura viviparos *piscium* et oviparos. LACT. opif. 10,13 *lingua* vocem motibus suis in verba -it. MAR. VICTORIN. ad Iust. 4 p. 1001[D] *silva* omne lignum materie -vit specierum, arborum genere dispar atque dissimile. per: ENNOD. epist 3,31,2 p. 93,25 per *paginas* amicitiam (*i. veram a fucata*) -ere absentia vix (*fort.* iudex *Hartel*) praesumit. *indicatur, a qua re distinguatur*: a, ab (*adde l. 2. 4*): SEN. contr. exc. 2,1 census equitem Romanum a plebe -it (*P*, secern- *M*). QVINT. inst. 1,6,30 nonnumquam etiam barbara ab emendatis conatur -ere *etymologia.* AVG. civ. 19,4 quid illa virtus, quae prudentia dicitur, nonne tota vigilantia sua bona -it a malis, ut *eqs.* inter: PS. PRIMAS. in Hebr. p. 712[B] (*notione ad A declinante*) sermo ... dei patris in tantum est efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti, ut -at inter opera carnis et opera spiritus, inter carnalia peccata et spiritalia *eqs.* (*cf.* VVLG. Hebr. 4,12 discretor cogitationum et intentionum cordis).

β aliquem: LVCAN. 3,605 -vit mors saeva viros, unumque relictum agnorunt... parentes. APVL. met. 2,3 nec aliud nos quam dignitas -it quod *eqs.* *indicatur instrumentum, quod ad distinguendum adhibetur, sive nota distinctionis: ablat. instr.* (*additur* a *l. 30*): PANEG. 9 (12),13,2 eadem sub numine tuo tela inimicos aut supplices tuos pernicie aut conservatione -unt. HIL. syn. 33 omnis ... sermo in nullo patrem et filium essentiae ac naturae diversitate -vit. AVG. quaest. hept. 3,41 p. 276,27 quod ... dicitur cicatrix signi... ideo dicitur..., quod ipsum hominem signo quodam -it a ceteris, hoc est notabilem reddit. *indicatur, a quo distinguatur*: a, ab: PLIN. nat. 28,133 butyrum barbararum gentium lautissimus cibus et qui divites a plebe -at. SATVRN. dig. 48,19,16,5 tempus -it emansorem a fugitivo et effractorem vel furem diurnum a nocturno. 48,19,16,7 quantitas -it furem ab abigeo. VLP. dig. 50,16,46,1 matrem ... familias a ceteris feminis mores -unt atque separant. TERT. adv. Marc. 2,29 p. 376,6 antitheses Marcionis ... gestientes ex qualitatibus ingeniorum ... -ere atque ita alienare Christum a creatore. AVG. praed. sanct. 5,10 illa natura ... non -it ab homine hominem; ipsa vero fides -it ab infideli fidelem.

γ sequitur interrogatio indirecta: AVG. civ. 10,16 satis deberet pietas ipsa -ere, quid horum de fastu superbiae, quid de vera religione descenderet.

δ absolute (*sive obi. omisso*): GREG. M. moral. 1,49 mentis custodia -endo virtutes a vitiis separat. BENED. reg. 63 ordines suos in monasterio ita conservent *monachi*, ut conversationis tempus, ut vitae meritum *monachos* -it.

2 *i. q.* ***discutere, singillatim examinare***: a *aliquid* (*acced. abl. instr. l. 50. 53*): PLIN. epist. 1,22,3 dubitat diversitate rationum, quas acri magnoque iudicio ab origine causisque primis repetit, -it, expendit. CYPR. epist. 33,2 p. 568,1 peto -atis desideria vestra. 41,1 p. 587,17 et aetates et condiciones... et merita. *ibid.* p. 588,4 neve ea ... possent diligentiae vestrae examinatione -i. CLAVD. MAM. anim. 1,4 p. 37,15 -endarum naturarum causas ingressus. GREG. M. moral. 3,23 p. 611[A] si non hoc quod die agitur etiam subtiliter -atur. *cum reprehensione*: CASSIAN. inst. 4,41,3 nihil ... -ens, nihil diiudicans ex his, quae tibi fuerint imperata. **b** *aliquem*: GREG. M. moral. 10,26 quisquis iam prava a se opera exterius resecat, necesse profecto est, ut... sollerter sese in mentis intentione -at.
c *absolute sive obi. omisso*: AVG. epist. 147,39 p. 313,13 testium pondera -endo perpende. GREG. M. moral. 2,81 p. 595[A] vestimenta scindimus, cum -endo nostra opera retractamus. 3,23 p. 611[A] oblata ... recte dividere est quaelibet bona nostra sollicite -endo pensare. 3,24 -ere caute neglegimus. BENED. reg. 64 p. 63,34 *in operibus iniungendis* -at et temperet cogitans discretionem sancti *illius.*

3 *i. q.* ***diiudicare, iudicare, dirimere, disceptare*** (*inde a* CAES. *p. 1305,14*): **a** *subi. est persona*: *α aliquid* (*acced. abl. modi l. 70. 72*): SEN. Herc. O. 1559 Aeacos inter geminosque Cretas facta -ens. CALP. ecl. 6,90 hoc alius possit -ere iudex. HOMER. 879 sedet illic aequus utrisque iudex et litem -it fronte severa (serena *codd. dett.*) (NEMES. ecl. 1,52 ruricolum ... lites. BOETH. in Porph. comm. sec. p. 142,16 hanc litem ... tali ratione. *cf. p. 1305,2sq.*). ITALA Matth. 16,4 (codd. e ff[1]) faciem quidem caeli nostis -ere, signa autem temporum non potestis scire? (διακρίνειν, VVLG. diiudicare). VVLG. III reg. 3,11 sapientiam ad -endum iudicium (Bar. 6,53). psalm. 42,1 iudica me, deus, et -e causam meam de gente non sancta (*i. adversus gentem non sanctam*). COD. Inst. 7,62,34 pr. *suggestionem. ibid.* in scriptis relationem. PALLAD. hist. mon. I 12 p. 289[A] tantum ... habuit in -enda rerum ambiguitate iudicium (διακριτικός). *acced. abl. instr.*: VELL. 2,118,1 quod ... solita armis -i iure terminarentur. VLP. dig. 5,1,14 sorte res -i solet (SCHOL. Cic. Bob. p. 162, 11 St. quoniam -i huiusmodi magistratus [*i. aediles*] nisi sorte non possent). CLAVD. rapt. Pros. 1,250 veterem qua lege tumultum -vit Natura parens. CASSIOD. in psalm. 32,5 p. 227[C] di-

ligit ... iudicium, cum pios sequestrat ab impiis et merita eorum aequitatis qualitate -it. cx: COD. Iust. 7, 62, 37 pr. *lis* ex ipsa ... sententia iudicis -enda (*cf. p. 1304, 72*). *β aliquem* (*cf.* AVG. civ. 20, 24 [*v. l. 6*] -ere ... populum suum, quid est nisi per iudicium separare bonos a malis, tamquam oves ab haedis): ITALA psalm. 49, 4 (Aug. civ. 20, 24 *ter. v. l. 4. cf.* SACR. Leon. 309 p. 16, 22) populum (VVLG. *item*, LXX διακρῖναι). 81, 1 (Cypr. testim. 2, 6. *cf.* Psalt. Rom. 81, 1 Hier. epist. 22, 4, 4) deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos -ens (διακρινεῖ, VVLG. diiudicat). Ier. 15, 10 (Hier. adv. Rufin. 2, 24. *cf.* epist. 39, 2, 2) mater ... quid me genuisti virum, qui iudicer et -ar omni terrae (δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον, VVLG. *aliter*). *nota*: BENED. reg. 2 p. 10, 45 solummodo in hac parte apud ipsum *deum* -imur, si meliores ... inveniamur.
γ sequitur interrogatio indirecta: CAES. civ. 1, 35, 3 neque sui iudicii neque suarum esse virium -ere, utra pars iustiorem habeat causam. LIV. 22, 61, 10 quam quid veri sit -ere queas (*cf.* PLIN. nat. 7, 112). PLIN. nat. 25, 23 qui gravissimi ex his (*i. morbis*) sint, -ere stultitiae prope videri possit. QVINT. inst. 2, 8, 3 cui quisque certamini praeparandus sit. AMM. 24, 8, 7 nec ... aere concreto -i potuit quidnam esset. PS. AVG. categ. 2 haec ... cur unam rem tot *nomina* significent, nec -i nec definiri potest.

b *subi. est res*: *α aliquid*: VERG. Aen. 12, 898 saxum ... limes agro positus, litem ut -ret arvis (*dat. [cf. p. 1304, 71]; parum probabiliter alii pro abl. accipiunt, ut sit* -ret *i. q.* '*arceret*'). PS. PRIMAS. in Hebr. p. 712[C] subtilitatem cogitationum et intentionum cordis -it et diiudicat sermo dei (*cf.* VVLG. Hebr. 4, 12 [*ibid.* p. 712[B]] discretor cogitationum et intentionum cordis. *v. p. 1304, 16 sqq.*). *β sequitur acc. c. inf.*: OROS. hist. 1, 2, 38 hoc ita non esse -it fluvius Euphrates.

II *vi praepositionis debilitata*: **A** *i. q. discernendo sive distinguendo plane cognoscere* (*cf.* dinosco *II*), *interdum i. q. dispicere*: **1** *aliquid*: CELS. 4, 2 p. 124, 19 si parum causa -itur. SEN. epist. 90, 29 quemadmodum -antur vitae aut vocis ambigua (*cf. infra l. 49*). PERS. 4, 11 rectum -is, ubi inter curva subit. PLIN. nat. 8, 116 nec potest aetas -i, sed dentibus senecta declaratur. VAL. FL. 5, 394 si vivos (*i. natura, non arte factos*) possis -ere calles (*fere i. q. dispicere*). AVG. c. acad. 3, 3, 6 istos adulescentulos vix ... posse -ere quae acute ac subtiliter disseruntur. POMER. 1, 5, 1 p. 423[C] ut quod nunc in aenigmate cernunt nec perfecte -unt, tunc in illa revelatione conspiciant (*cf.* VVLG. I Cor. 13, 12 videmus). GREG. M. moral. 2, 52 p. 581[B] iuxta litteram (*i. ad verbum*) historiam audierant, sed virtutem eius -ere spiritaliter nesciebant. *subi. est res*: AMM. 23, 5, 9 oracula dubia ... quae non nisi casus -vere postremi. APRING. in apoc. 2, 18 *filii dei* intuitus universa -it. *indicatur instrumentum, quod ad cognoscendum adhibetur, sive nota, qua quid cognoscitur*: *abl. instr.*: [*dub.*: CIC. part. 77 temperantia ... duobus ... modis ... -itur (*E vulg.*, cernitur *A*), ... non expetendo et ... abstinendo.] CELS. 5, 26, 31 p. 196, 26 *cancer* aliis aliisque signis -itur. SEN. nat. 1 praef. 2 *altera pars philosophiae* lumen admovet, quo -antur ambigua vitae (AVG. epist. 120, 10 p. 713, 5 lumen, quo cuncta ista -imus [*syn.* diiudicare]. *cf. l. 32. p. 1302, 26 sq.*). TAC. ann. 2, 83 eloquentiam *non* fortuna -i. AMM. 15, 4, 5 quod ni ita agi ipse doceret aspectus, nulla vi credebatur posse -i. **2** *sequitur enuntiatum*: ALC. AVIT. epist. 6 p. 33, 29 -ite, quod reddantur in centuplum non quae tribuuntur Christi nomine, sed quae pro Christi nomine relinquuntur. **3** *absolute*: OROS. hist. 6, 15, 16 si Apollo iste Pythius paulatim -ente experientia contemptus, relictus atque abolitus est. PS. RVFIN. in Am. 1, 1 p. 1058[C] quasi -endi luminibus effossis tenebras ... populus diligebat (*cf. l. 49 sq.*).

B *i. q. decernere, determinare, destinare, statuere*: **1** *aliquid* (*acced. dat. l. 61, in l. 63*): TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 536, 23 ad inferos -it Abrahae sinum pauperi (*syn.* determinat). adv. Val. 16 p. 196, 5 *Soter feminam Achamoth* ab omnibus iniuriis *Passionis* expumicat, non eadem neglegentia in exterminium -etis, quam acciderat in casibus matris. **2** *sequitur interrogatio indirecta*: OPTAT. 5, 7 p. 134, 21 per quem baptizentur *gentes*, nulla exceptione -etum est.

syn. et iuxta posita: *ad I A 1*: cernere (MANIL. 1, 635), digerere (PLIN. nat. 2, 33), discludere (MAR. VICTORIN. defin. p. 24, 22), disiungere (PRISC. perieg. 21. *cf.* 27. 28), disparare (MART. CAP. 2, 156), dividere (CATVLL. 64, 180), rumpere (OV. fast. 2, 194), secernere (VINDIC. med. 9 p. 214, 2), separare (POMPON. dig. 15, 1, 4 pr. VLP. dig. 1, 1, 1, 1 TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 492, 8 *al.* AMBR. obit. Valent. 79 p. 1382[B]). *ad I B 1*: diiudicare (CIC. Tim. 27 AVG. epist. 120, 10 p. 713, 5), dinoscere (SEN. epist. 124, 5 AVG. gen. ad litt. 1, 10 p. 16, 13. 12, 1 p. 380, 18), disceptare (GELL. 1, 3, 29), discriminare (ARNOB. nat. 2, 23 p. 66, 25), dispicere (LIV. 40, 10, 1 SEN. nat. 1, 3, 6 QVINT. inst. 2, 8, 6), distinguere (SEN. epist. 45, 6 PLIN. nat. 21, 115 HIL. in Matth. 20, 5). dividere (TERT. anim. 27), internoscere (CIC. ac. 2, 85), iudicare (CIC. rep. 2, 6), noscere (PHYSIOGN. 104. *cf.* ALC. AVIT. carm. 2, 203), notabilem reddere (AVG. quaest. hept. 3, 41 p. 276, 27), seiungere (MART. CAP. 4, 348), separare (PLIN. nat. 19, 55 VLP. dig. 1, 1, 1, 1. 50, 16, 46, 1). *ad I B 2*: diiudicare (CASSIAN. inst. 4, 41, 3), expendere (PLIN. epist. 1, 22, 3). *ad II A*: diiudicare (AVG. epist. 120, 10 p. 713, 5).

nota annominationem: cernere (POMER. 1, 5, 1 p. 423[C] *v. p. 1305, 37 sq.*), decernere (GELL. 1, 3, 29 *v. p. 1303, 43.* AVG. epist. 149, 23 p. 369, 12 *v. p. 1301, 61 sqq.*), disserere (AVG. c. acad. 3, 3, 6 *v. p. 1305, 36 sq.*).
opp. ad I A 1: concrescere (PLIN. nat. 34, 121 AVG. enchir. 99, 25), conectere (TAC. hist. 1, 65 AMM. 27, 9, 10), coniungere (DICT. 4, 22 p. 85, 19), consociare (PAVL. NOL. carm. 21, 287), iungere (QVINT. decl. 276 p. 127, 7 TAC. hist. 4, 75 PLIN. epist. 2, 6, 7 TERT. pudic. 15 ENNOD. epist. 9, 5, 1 p. 231, 26 dict. 18, 8 p. 477, 23 carm. 2, 151, 1), miscere (TAC. hist. 1, 9), permiscere (LVCR. 6, 790 PLIN. paneg. 32, 3), sociare (PLIN. paneg. 32, 3 AVSON. 10, 5). *ad I B 2*: confundere (AVG. in psalm. 32, 2 serm. 2, 5 p. 288), decernere (GELL. 1, 3, 29).
adv. part. praes. act. **discernenter**: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 81 alii ... -r aiunt hoc adiutorii genus sic adhibendum, ut *alii* statim ... phlebotomentur, *alii* in tertium diem ... differantur (*nisi forte pro* -r *scribendum* discernentes *absol. sensu i. q. distinguentes v. supra I B 1 a δ*).
part. perf. pass. pro adi. (*vel subst. cf. infra l. 50 sq. p. 1307, 1 sq. 19 sqq.*) **discrētus**, -a, -um. *compar. v. p. 1307, 83. superl. v. p. 1307, 68. 1308, 13.* **A** *disiunctio sive separatio sive divisio indicatur*: **1** *strictiore sensu i. q. disiunctus, separatus, divisus, interruptus*: **a** *de rebus*: *α corporeis*: VARRO rust. 2, 9, 4 *canes* digitis -is (PLIN. nat. 11, 248 *digiti elephanto* indivisi ac leviter -i unguilisque ... similes). 3, 6, 4 cubilia. VAL. MAX. 2, 4, 3 -is ... locis (*cf.* MART. CAP. 1, 44 -is plurimum locis deorum singuli mansitabant [*ibid.* per diversas caeli regiones]. *v. etiam p. 1296, 41*). SEN. Med. 735 haec (*i. veneficia*) scelerum artifex (*sc. Medea*) -a ponit (*fere i. q. disponit*). Oed. 66 non ossa tumuli sancta -i tegunt. LVCAN. 7, 804 petimus non singula busta -osque rogos. VAL. FL. 2, 633 montis (*i. bicipitis, cf. Langen ad v. 631*). PAPIN. dig. 28, 6, 41, 4 -as portiones coniunctis pluribus *heredibus* separatim dedit. ARNOB. nat. 6, 16 p. 228, 2 utinam liceret Olympiacos illos ... Ioves diducere in membra resolutos omnesque illas partes, quibus summa concluditur corporum, -as ac singulas contueri. PHYSIOGN. 5 p. 8, 11 nodis et articulis summorum pedum et summarum manuum ... prope imum seiunctis atque -is (92 p. 121, 1 articulis. *cf.* 122 p. 139, 4 pedes imos et manus ... -as atque seiunctas. *v. etiam p. 1297, 54 sq.*). 58 p. 79, 5 umeri ... bene -i. 61 p. 83, 6 pectus latum dispositum et -um, cuius clarae sunt singulae partes, quod Graeci dicunt διηρθρωμένον (*cf.* 69 p. 89, 5 ⟨κρῆμαι⟩ ... solidae et -ac, quod Graeci appellant διηρθρωμένον). 109 p. 132, 14 ⟨γλαφυρὸν intellegendum est⟩ quod non uniforme est nec congestum, sed -um tamquam interrasum vel insculptum. SACR. Leon. p. 405 -is terrarum partibus. ENNOD. epist. 3, 10, 1 p. 77, 24 -arum ... damna regionum (*cf. infra l. 51*). 3, 14, 1 p. 81, 22 terrarum. dict. 1, 10 p. 426, 1 -arum nationum concordem sententiam non revolvo. carm. 2, 151, 1 una domus duplici -a iungitur aede (*ibid.* gemina tecta, *syn.* divisus; *fort. de ecclesia christiana ex orientali et occidentali coniuncta*). ARATOR act. 1, 929 lateris *Christi sanguis* fluxit ab ictu -ae coniunctus aquae. *acced. abl. limit.*: PLIN. epist. 8, 8, 5 praeter illum *fontem* quasi parentem ceterorum sunt minores *fontes* capite -i. *nota usum substant.* (*cf. supra l. 17 sq.*): ENNOD. epist. 5, 4, 1 p. 127, 9 per -a regionum caritas damna non sentit (*cf. supra l. 43*). *β incorporeis*: OV. met. 11, 699 nec mors -a fuisset. SEN. nat. 20, 2 potestas. PLIN. epist. 2, 6, 7 *luxuria sordesque* cum sint turpissima -a ac separata, turpius iunguntur. PROB. inst. gramm. IV 84, 13 quaecumque nomina ... nominativo casu numeri singularis in litteris -is definiuntur (85, 23. 108, 3 ui [126, 19. 185, 32]. 126, 25 io. 129, 20 ua. 183, 22 uo [184, 31]. app. gramm. IV 194, 38 per duas u litteras -as scribuntur. *cf.* MART. CAP. 3, 271 *Catul-lus Sallus-tius* consonantes -as habent). PAPIN. dig. 46, 3, 96, 3 temporibus -is (*cf.* SACR. Leon. p. 344). AMBR. exc. Sat. 1, 21 quae -a umquam voluntas? quod non commune vestigium? MAXIMIN. c. Ambr. 17, 36 *homousianorum* secta non confusas et concretas personas, sed -as et distinctas credebat (CONSENT. Aug. epist. 119, 4 p. 701, 3 deus indiscretus est, personae -ae sunt. EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 651[D] trinitatem in distinctis atque -is personis). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 66[D] rerum ... proprietas unicuique -a servatur. MART. CAP. 4, 371 quantitas (*i.* ποσότης) bipertita est, quod alia -a est (*sc. multitudo*), alia continua (*sc. magnitudo*). -a ut numeri et orationes, continua ut lineae ac tempus (BOETH. mus. 1, 6 p. 193, 8 *sqq.* 2, 3 p. 228, 7 *sqq.* CASSIOD. art. 3 p. 1170[B]. 4 p. 1204[C]). CYPR. GALL. num. 128 tribuum proceres pia dona ferentes -os habuere dies (καθ' ἡμέραν. VVLG. num. 7, 11 per singulos dies; *cf.* 142 -is ... diebus). BOETH. mus. 5, 5 p. 356, 11 non ... -a est *vox*, sed a gravi in acutum ita deducitur, ut continua videatur (5, 6 p. 357, 3 -ae *voces* ... habent proprios locos veluti colores impermixti. *syn.* disgregatae. p. 357, 7). COD. Iust. 6, 22, 10, 2 sin autem infortunium (*sc. fandi et audiendi impotentia*) -um est (*opp.* si quis utroque morbo simul laborat). CASSIOD. art. 4 p. 1207[C] -us numerus est qui a -is monadibus continetur ut verbi gratia 3 a 4, 5 a 6 (*opp.* continens. *cf.* ISID. orig. 3, 7, 1). *acced. abl. limit.* (*acced.* a *infra l. 84*): VARRO rust. 3, 1, 1 dubium non est quin hae *vitae* (*sc. rustica et urbana*) non solum loco -ae sint, sed etiam tempore diversam originem habeant. BOETH. arithm. 1, 2 p. 12, 28 *ea* quae nulla rationis proportione iunguntur et a se (*cf. p. 1302, 8*) omni substantia naturaque

[*Graeber*]

obiectum: accipere: *v. p. 1356, 83.* adhibere: QVINT. inst. 2, 15, 19. adicere: PLIN. nat. 16, 246. confundere: LIV. 1, 33, 8 recte an perperam facti. 5, 14, 4 gentium. considerare: VITR. 1, 4, 7 temperaturae. custodire: PLIN. epist. 9, 5, 3 ordinum. dare *i. q. efficere*: VERG. Aen. 10, 393 (*v. p. 1356, 68*) dura dedit vobis -a Pallas. QVINT. inst. 3, 8, 38 CLAVD. rapt. Pros. 2, 29. *i. q. ascribere*: CARM. poet. min. V 61, 66. deprehendere: CELS. 3, 18. discernere: VARRO ling. 10, 20 (19). excludere: CVRT. 10, 3, 13 victi et victoris. exigere: PLIN. nat. 23, 34. eximere: SEN. dial. 6, 16, 8. CVRT. 5, 2, 6 nationum. explicare: VITR. 4 pr. 2. extinguere: LIV. 39, 8, 6 pudoris. facere: *homines -n statuunt* (*v. p. 1356, 69*): SEN. nat. 7, 11, 2. epist. 85, 20 boni. PLIN. nat. 27, 80 herbae. 37, 201 COD. Iust. 1, 2, 22 pr. *adde*: LIV. 21, 15, 1 in caedibus vix ullum -n aetatis ira fecerat. *res -is causae sunt*: OV. met. 10, 517 cultus. LIV. 1, 6, 4 aetatis verecundia. 25, 10, 10 cum titulis notatae fores -n pacatae ab hostili domo fecissent. MANIL. 1, 57. PLIN. nat. 11, 271 (*syn.* nos distinxit). QVINT. inst. 7, 2, 14 aetas. 11, 1, 43. gerere: ARNOB. nat. 3, 14 in vultibus. *aliter*: VINCENT. LER. 4, 6. habere (*v. p. 1356, 80 et 1358, 19*): SEN. nat. 3, 2, 2 epist. 66, 33. LVCAN. 4, 192 saecula nostra venturi -n habent. *aliter*: IVV. 13, 118 nullum -n habendum est effigies inter vestras statuamque Vagelli. TRYPH. dig. 23, 2, 67, 4 SVLP. SEV. dial. 1, 6, 2. ignorare: EXPLAN. in Don. gramm. IV 526, 9. inducere: COD. Iust. 2, 52, 7 pr. interponere: CELS. 3, 3 *al.* invenire: PLIN. nat. 19, 54. iungere: DIOM. gramm. I 403, 24 ENNOD. carm. 2, 127ᵃ, 1 -n generis iunxerunt foedera partus. minuere: LIV. 34, 54, 5. miscere: LVCAN. 4, 104 rerum -a (CLAVD. carm. min. 53, 62). (cog)noscere (novisse): LIV. 2, 3, 3 inter amicum atque inimicum -n nosse. *aliter*: CELS. 7, 7, 15. 7, 18 p. 296, 18 nullis -bus satis cognitis. SEN. dial. 4, 10, 2 GELL. 10, 28, 2. notare: QVINT. inst. 2, 8, 1 -a ingeniorum. omittere: LIV. 5, 55, 4 sui alienique. 6, 14, 11. ostendere: HIL. in Matth. 5, 8. ponere: STAT. silv. 2, 6, 1 lacrimis quisquis -a ponis lugendique modos. IVV. 14, 203 inter unguenta et corium. praebere: CLAVD. carm. min. 17, 25. recipere: CELS. 2, 18 SEN. epist. 66, 41. removere: CIC. fin. 4, 69 (*syn.* dilectus). reperire: CELS. 1 pr. p. 12, 21 in dando cibo. COD. Theod. 9, 2, 3 (*a. 380*). (ob)servare (*v. p. 1356, 74 sq.*): LIV. 5, 46, 7 rerum. MANIL. 2, 173 QVINT. inst. 1, 7, 4 decl. 252 p. 31, 21 AMM. 28, 4, 22 *al.* signare: PLIN. nat. 18, 265. sublevare: TER. MAVR. 834. tenere: FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 8, 8 *syn.* discretionem. tollere: CIC. Verr. 3, 123 leg. 2, 59 fin. 3, 13 nat. deor. 3, 82 LIV. 4, 2, 5 SEN. clem. 1, 2, 2 PLIN. nat. 34, 32.

genet.: LIV. 1, 42, 4 Servium conditorem omnis in civitate -is. GELL. praef. 11 sine cura -is.

dat. (*v. p. 1356, 70*): VITR. 7, 4, 4 generum -bus non alienas ... dignitates. TERT. adv. Marc. 4, 15 p. 465, 8 nec erit iam -i locus.

ablat.: -e, -bus (dis)cernere: VARRO ling. 10, 62 litterarum. QVINT. inst. 10, 2, 10 MAR. VICTORIN. defin. p. 45, 8 ALC. AVIT. carm. 4, 394 *iudex* diversam cernens meriti -e sortem. disparare: VITR. 4, 8, 7. dissociare: ARNOB. nat. 4, 18. internoscere: TAC. Agr. 12. notare: VITR. 5, 8, 2. PLIN. nat. 7, 117 sedis. separare: CIC. ac. 2, 141 AVG. civ. 7, 5. *nota*: IVV. 5, 123 nec minimo sane -e refert. *ablat. mens.*: VAL. MAX. 3, 8, 2 ne parvi quidem certaminis -e recessit. *adverbialiter*: LVCR. 5, 1314 turbabant ... nullo -e turmas (VERG. Aen. 1, 574. 10, 108. 12, 498. 770 MANIL. 1, 66. 2, 206. 4, 97 LVCAN. 3, 119. 4, 218. 770 VAL. FL. 4, 296. 6, 395 SIL. 2, 681. 14, 546 STAT. Theb. 4, 809 TAC. hist. 3, 77 ann. 4, 74 NEMES. cyn. 196 AMM. 19, 9, 2 CLAVD. carm. min. 7, 4 MEROB. poet. 91 COD. Iust. 5, 27, 10, 3 [*aliis locis additur* habito, *ex. gr.*: 1, 4, 24. 6, 58, 14 pr. *al.*] DRAC. laud. dei 2, 747). SALL. hist. frg. 126 nullo ... generis aut imperii -e. LVCAN. 10, 91 sexus. TAC. hist. 4, 1 militum aut populi. AMM. 17, 5, 6 virtutis ac doli. *al.* VERG. Aen. 6, 319 quo -e hae linquunt, illae ... verrunt. OV. met. 10, 242 in rigidum parvo silicem -e versae (*cf.* SVLP. SEV. dial. 3, 11, 5 parvo -e inter hominum genera). LIV. 1, 43, 5 eodemque -e aetatium. 5, 40, 10 salvo (*i. servato*) ... -e divinarum humanarumque rerum. MANIL. 3, 186 haec tibi cum fuerint certo -e nota (3, 584). SEN. nat. 4, 11, 5 etiamsi magno -e, tamen minima vincuntur. LVCAN. 9, 401 si quo fuerit -e notum, dux an miles eam. PLIN. nat. 10, 127 miro -e. 16, 47 publico -e. 35, 4 surdo figurarum -e. SIL. 5, 393 vario -e vocum (*cf.* AVSON. 297, 13 vario -e vestis et oris). 10, 36 iunxit fera tempora leti Sidonius non consimili -e miles.

c. praepos.: in *c. acc.*: VARRO ling. 8, 1 quo pacto declinata in -a ierint (declinatu -a fierent *L. Spengel*). 8, 14 nomina declinantur ... in ... rerum -a. *ibid.* in sua -a. SEN. benef. 4, 23, 3 *noctem* in numerum ac -n dierum observas. QVINT. inst. 1, 5, 5 se in illud tenue -n grammaticus intendat. propter: VARRO ling. 8, 14 *nomina declinantur* propter ipsius rei -a. rust. 2, 7, 15 PLIN. nat. 33, 33. QVINT. inst. 1, 5, 25 vocum. cum: VARRO ling. 7, 12. VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 cum aliquo personarum -e. in *c. abl.*: VARRO ling. 9, 32 in infectis rebus, ... in perfectis, sic in aliis -bus. rust. 1, 7, 9 agrum meliorem dicit esse in novem -bus, quod. de: VARRO ling. 10, 10 VITR. 2, 2, 2 de varietatibus et -bus usūs. ex: VARRO ling. 10, 77 ex verbi -e ... vocis commutatio fit. VITR. 5, 4, 5. 8 praef. 1 e generum -bus efficere qualitates. ab: VARRO rust. 1, 9, 3 ab aliis generum -bus mixta. sine: LIV. 1, 8, 6 sine -e, liber an servus esset (28, 3, 10). 6, 27, 7 sine ullo -e. 7, 11, 10 caedunt (27, 16, 6). 9, 30, 2 recti pravique. *al.* COLVM. 7, 12, 10 omnes sine -e canes ... pascit. QVINT. inst. 4, 3, 3 causarum atque utilitatis. 10, 1, 7 TAC. hist. 3, 58 PLIN. paneg. 58, 1 SVET. Avg. 32, 1. Cal. 8, 3 sine ullo sexus -e. FLOR. epit. 1, 18, 4 FRONTO p. 212, 21 N. VLP. dig. 50, 4, 3, 15. ITALA I Tim. 5, 21 (Lucif. non parc. 19 p. 251, 20) haec custodias sine -e (χωρὶς προκρίματος, VVLG. sine praeiudicio). ARNOB. nat. 2, 1. AMM. 16, 11, 9 aetatis. 22, 7, 8 condicionis. *saepe.* pro: TERT. nat. 2, 4 pro -e vocabulorum etiam res se⟨parantur⟩. *adde*: FEST. p. 371 nominibusque dissimilibus -is causa sunt dispartita.

epitheta (*v. supra l. 23 sqq.*): aliquod, certum, constitutum (QVINT. inst. 5, 10, 42), durum (*v. p. 1357, 52*), grande, magnum, mediocre (LIV. 5, 6, 7), multum, naturale (*v. p. 1356, 70*), obscurum, privatum (TERT. anim. 8), rectum (AVG. civ. 7, 5).

B *i. q. diiudicatio, iudicium*: CIC. Quinct. 92 ea res nunc ... in -e versatur, utrum ... an. fin. 2, 44 summi boni. 3, 41 rem in summum -n adduxit. ac. 2, 132 erit ... res iam in -e. Phil. 3, 29. off. 2, 33 cum res agatur in -nque ventum sit, rem expedire. LVCR. 3, 726 quaerendum videatur et in -n agendum. LIV. 4, 8, 2 ut ... senatus equitumque ⟨in⟩ centuriis decoris dedecorisque -n sub dicione eius magistratus (*sc. censurae*) esset. MANIL. 4, 774 Roma orbis ... imperio retinet -a rerum. CVRT. 4, 9, 23 numquam in -n venit, an. QVINT. inst. 12, 3, 7 recti pravique. decl. 270 p. 102, 17 tota ... lis et omne -n controversiae. 343 p. 354, 26 -n inter duos petitores, quod facilius posset praestare dives. *inde i. q. momentum, quo iudicium nititur*: AETNA 190 non illam *causam* parvo aut tenui -e signes (*Heinsius*, signis *codd.*). OV. met. 1, 222 experiar, deus hic, -e aperto, an sit mortalis. LIV. praef. 8 haec ... haud in magno equidem ponam -e (*cf.* SIL. 12, 77 cerno). MANIL. 3, 186 cum fuerint certo -e nota. *nota*: HIL. myst. p. 26, 36 sub -e consectandae a nobis intellegentiae editum.

C *i. q. cardo, summa rerum, momentum, quo res vertuntur*: CIC. Phil. 8, 29 si maximum in -n venitur. 10, 14 ut ... eos in -n armorum adduceret. 14, 3 huius totius belli in unius viri ... vita positum esse -n (epist. 12, 5, 2. *cf.* LIV. 34, 24, 2 civitas). epist. 5, 21, 3 res in propinquum -n adducta. 7, 2, 3 cum omnis res p. in meo capite -n esset habitura (aditura *Lambinus*, subitura *Wesenberg*). VERG. Aen. 10, 528 anima una dabit -a tanta (SERV. *ad l.* differentiam circa eventum et victoriam). LIV. 6, 35, 6 agri, pecuniae, honorum -e pro-

[Rubenbauer]

posito. 8, 27, 4 -n . . . rerum suarum . . . verti. 8, 35, 4 quae in -e fuerunt (*cf.* 22, 59, 16. 19. 29, 17, 6 in -e est nunc humanum omne genus, utrum . . . an. 39, 28, 6 *al.*). 9, 18, 17 fortunae pignora in -n detulisset. 10, 14, 9 -n summae rerum (24, 9, 10. 37, 18, 9 *cf. l. 12*). 10, 39, 7 quo maiore -e res vertebatur. 21, 9, 3. 25, 41, 9 ulla magni -is res (31, 32, 2 magni -is consiliis. VELL. 2, 105, 1 CVRT. 4, 10, 2). 30, 30, 20 ne tot annorum felicitatem in unius horae dederis -n. 33, 7, 10 committendam rerum summam in -n. 44, 19, 12 in ultimo -e fortunarum. 45, 8, 1 animo . . . quo se regnumque suum ad ultimum -n adduceret. VELL. 2, 47, 2 inter destinatos tanto -i duces. CVRT. 3, 1, 11 tanti belli -n aditurus. 3, 8, 20 ultimi -is tempus. 4, 14, 3 nomina . . . *non* ad belli -n pertinere. 4, 14, 24. 4, 16, 28 in ipsa acie summae rei . . . esse -n. 7, 4, 35 alienum -n secuturi. 8, 13, 12 parvae rei -e summae experiebatur eventum. 8, 14, 2 rerum adesse -n. LVCAN. 5, 557 magnarum . . . rerum. 7, 109 gladio permittere mundi -n. VAL. FL. 3, 712 in tenui -e rerum. 5, 311 certi . . . -is horas. TAC. hist. 2, 40 rem in -n mitti. 3, 56 *Vitellius* recentissimum quodque volnus pavens, summi -is incuriosus. 5, 15 ad maturandum summae rei -n (ann. 2, 12). GELL. 3, 10, 14 -a . . . periculorum in morbis maiore vi fieri. *imprimis in certamine*: LIV. 1, 55, 2 *templa* in ipso -e adversum Romulum pugnae vota (*cf.* 10, 19, 17. 10, 42, 7. 35, 1, 8. 36, 36, 1). 3, 28, 6 ab ea quoque parte rem in -e esse. 7, 10, 8 ferociam in -n ipsum certaminis distulerat. 8, 10, 2 ad ultimum -n servari. 10, 14, 8 in apertum semel -n evasura . . . res. 10, 27, 7 *opp.* iustum certamen. 10, 28, 1 communis adhuc Mars belli erat necdum -n fortuna fecerat. 22, 9, 5 in -e extremo. 23, 29, 7. 26, 39, 9 cum in maioris -n rei . . . pugnarent (39, 1, 8). 30, 32, 4. GRATT. 180 vocat extremo . . . -e Mavors. CVRT. 3, 8, 9 *maiores* universas vires -i bellorum semper obtulerint. 3, 11, 2 in medium belli -n. 5, 4, 28 antequam -n experirentur, in fugam avertit. 6, 1, 1. 9, 6, 24 belli Martisque -n impavidus subibo. 9, 9, 4. LVCAN. 5, 723 summa . . . -a Martis. 6, 415 summique gravem -is horam. 7, 242. 8, 389. 9, 1085 maiore -e gessimus arma. 10, 532. BVC. Eins. 2, 18, 21 dubio pugnant -e. VAL. FL. 6, 545 in medio duri -e belli. SIL. 4, 67 suos vocat ad -a. 5, 519. 660 laeva ob -a Martis. 17, 479. MART. 5, 31, 7 de -e palmae securus puer est. TAC. hist. 1, 68 ante -n feroces, in periculo pavidi. 1, 84. 3, 40 ante -n pugnae. ARNOB. nat. 2, 67 Martium -n obeuntes. AMM. 17, 13, 11 proeliorum. 27, 10, 12 *al.*

inde i. q. certamen, quo decertatur et omnino i. q. pugna: NON. p. 282 -n: certamen. CIC. de orat. 1, 3 consulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque -n (*metaph. cf.* leg. 3, 14 doctrinam . . . in ipsum -n aciemque produxit. QVINT. inst. 2, 10, 8 pugnae simulacris ad verum -n aciemque iustam consuescimus. 10, 5, 17. 12, 6, 4. 12, 11, 15). VELL. 2, 84, 2 bis ante ultimum -n classis hostium superata. 2, 85, 1 maximi -is dies. 2, 86, 3 -i vestro me subtraham. VAL. MAX. 1, 8, 10 ne illi -i interesset. CVRT. 3, 11, 26 quae fortuna -is fuisset. 4, 1, 40 leviora inter illos fuere -a. 4, 13, 18 ne ultimo quidem rerum -e excitatum. 4, 14, 1 unum superesse -n. 5, 1, 39. 6, 1, 7. 8, 10, 10 -n temptaverant. 8, 14, 6 in medium -n ruere. MELA 1, 70 locus est magni aliquando -is. SIL. 1, 636 ne crede emensos levia ob -a pontum. 7, 541. 14, 510 sat erat decoris -e tuto. 15, 498 pondera . . . auri parta metalliferis longo -e terris. 17, 389 -is . . . merces. STAT. Theb. 4, 251 triste ad -n ituro. 6, 436 postremum -n erat Chromis . . . et . . . Hippodamus. 6, 605 ambiguo -e tendunt. QVINT. inst. 2, 13, 4 praesentis condicio -is. 6, 4, 17 instant . . . et saepe -n omne committunt, quod deesse nobis putant. decl. 266 p. 87, 24. MART. epigr. 12, 1 -a saeva Dianae. 29, 7 finis -is aequi. FLOR. epit. 4, 7, 10 par utrimque -n. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 63 liberatus si -n instauraverit. AVSON. 366, 5 Stymphalidas pepulit volucres -e quinto. AMM. 31, 5, 12 -bus . . . supremis. 31, 7, 8 experiri postrema -a. PROSP. epigr. 96, 3 *syn.* bella.

D *i. q.* ***periculum, res dubiae, casus, calamitas*** (NON. p. 282 -n est periculum. SERV. Aen. 1, 204 bene dicendo 'casus' et '-a' praeterita attenuat; neque enim ait pericula): CIC. Sull. 77 in extremo -e ac dimicatione fortunae. Planc. 86 quod -n, quae fuerit in re publica tempestas. Lig. 16 in tanto -e et periculo civis (*cf.* LIV. 3, 18, 3 periculum ipsum -nque. 6, 17, 1 in ipso -e periculi [8, 24, 12 FIRM. math. 4, 1, 2 *al.*]. 25, 14, 8 QVINT. decl. 317 p. 247, 15 TAC. hist. 1, 83. 2, 77). LIV. 2, 12, 10 in hoc -n . . . accingere. MANIL. 4, 570 vitae -n inertis. SEN. benef. 1, 10, 5 in partem -is veniam. VAL. FL. 4, 619 nec plura equidem -a cerno. 5, 686 hic labor amborumque haec sunt -a fratrum (*cf.* TAC. Agr. 8 labores . . . et -a. hist. 2, 4 IVV. 10, 139 PANEG. 11 [3], 4, 3). 7, 426. SIL. 9, 429 ⟨in⟩ sese -a vertit Scipio. 13, 190 magnaeque optat -a famae. QVINT. inst. 6, 1, 37 ingens in epilogis . . . verti -n (TAC. ann. 11, 28). PS. QVINT. decl. 2, 6 ignoscite malorum, periculorum metus, ignoscite humana -a (17, 12 -a humana lassavi). 4, 5 utriusque nostrum -n agitur. TAC. hist. 2, 19 metum ac -n ostendere. 3, 66 -n ac dedecus ostentantes (*cf.* CAPITOL. Pert. 7, 4 per -um atque dedecorum vestigia). 4, 70 pro magnitudine suscepti -is agere. IVV. 6, 520 quidquid subiti et magni -is (*i. morbi*) instat, in tunicas eat. 12, 24. 14, 290 causa mali tanti et -is. PLIN. epist. 4, 9, 22 -um vetus fama. SVET. Galba 11 accessit ad tanta -a mors Vindicis. FLOR. epit. 4, 3, 8 omnique genere -um. CAPITOL. Maximin. 22, 5 ARNOB. nat. 2, 76. 7, 38 pestilentias, sterilitates . . . aliaque . . . -a. AVSON. 421, 2 *ira* mille dedit -a Achivis (ἄλγεα). AMM. 16, 9, 2 stipendiis et -bus. 16, 12, 57. 18, 3, 1. 31, 15, 13. VEG. mil. 3, 8 incautum est plenumque -is. 4, 38. VVLG. Esth. 11, 8 dies illa tenebrarum et -is (LXX 1 praef. l. 10 σκότους καὶ γνόφου). RVFIN. hist. mon. epil. 6 p. 462A sextum -n nobis in . . . Nilo fuit (*syn.* periculum). CYPR. GALL. gen. 171 ne maius septena parent -a funus. exod. 592 si nostra movent -a sensus . . . tuos. SIDON. carm. 2, 489 thalamos -e partos. CARM. epigr. 787, 41 -n vehemens non sufficit annum (unum? *Büch.*). *nota*: CYPR. GALL. num. 46 abdita dum calidis errant -a venis (*cf.* 44 tabes). *in re iudiciaria i. q. causa iudicialis* (*fort. huc pertinet* GLOSS. *obscura* II 124, 1 litis -e το διαφερον της [τῷ διαφέροντι *editio Stephani*; τὸ διαφέρον τῆς δίκης *Götz*]): CIC. Verr. 4, 52 cum reum te fore putares, cum huiusce iudici -n ab opinione tua non abhorreret. 4, 140 venerat res in iudicium atque [in] -n (*cf.* Planc. 54 quasi res in contentionem aut in -n aliquod posset venire). 6, 179 non omnes . . . in -n aut iudicium vocandi (QVINT. inst. 3, 2, 2. *cf.* 7, 2, 9 quae *persona* extra -n iudicii est. PS. HIL. dedic. eccl. p. 884A). QVINT. inst. 7, 2, 51 adulterii . . . quod plerumque duorum -n est (*cf.* 7, 2, 52 crimen). PS. QVINT. decl. 15, 1 reatus indignumque -n. IVV. 6, 500 censebunt tamquam famae -n agatur aut animae. TAC. Germ. 12 accusare et -n capitis intendere. dial. 6 ut aut sua aut amicorum -a commendent. ann. 13, 43 non in ipso -e, non post damnationem fractus animo. *al.* SVET. Dom. 9, 2 -e liberavit. RVFIN. Basil. hom. 1, 3 sine ullo -e vel ambiguitate. SEDVL. carm. pasch. 5, 183 *Christus* religione pia mutans -is iram.

inde i. q. supplicium: AMM. 25, 4, 8 paucorum -e vitia cohibebat. 26, 3, 1. *cf.* COD. Iust. 12, 7, 1, 1 (*a. 380*) gravis multae -e. *i. q. damnum*: COD. Iust. 7, 49, 2 (*a. 319*) non solum existimationis dispendiis, sed etiam litis -e. 7, 32, 12, 2 (*a. 531sq.*) ut dominus nullo modo aliquod -n sustineat . . . non ut etiam lucrum sibi . . . acquirat.

iuncturae selectae: -n *est subiectum*: adest: LIV. 2, 55, 8. circumstat: SIL. 8, 170. est: SEN. epist. 81, 25 coniventi. CVRT. 9, 2, 18 evadentium. *per ellipsin*: TAC. hist. 4, 74. 5, 21 *al.* evenit: VEG. mil. 3, 25. imminet: QVINT. inst. 8, 4, 22 SVET. Tib. 25 *al.* incurrit: VEG. mil. 1, 10 ab hoste. instat: CVRT. 77, 26 IVV. 6, 520 *v. p. 1359, 79* TAC. ann. 6, 21. trudit: AMM. 16, 12, 54. urguet: SVET. Tit. 6, 2. *nota*: CVRT. 7, 7, 10 -n . . . me occupavit. IVV. 10, 311 quem maiora expectant -a.

genet. pendet ex subst.: CIC. nat. deor. 2, 166 -um et periculorum comites. CVRT. 4, 13, 25 metu -is (AMM. 14, 9, 1 *al. cf.* 21, 12, 8 pavore). PANEG. 5 (8), 12, 2 auctoramentum tanti -is. ARNOB. nat. 1, 3 -um varietate. 1, 8 variorum -um necessitates. 2, 54 species (*syn.* mala). AMM. 16, 12, 22 inter ipsos -um vertices (24, 5, 11. 25, 4, 11). 19, 10, 1 -um magnitudine. 25, 1, 5 molem. FIRM. math. 4, 19, 23 publici -is periculis. 5, 4, 9 maximorum -um difficultatibus implicantur. 6, 15, 4 incommoda. 6, 15, 11 praecedentium -um minaces exitus. ALC. AVIT. hom. 7 p. 117, 2 incohatio -um. CASSIOD. in psalm. 1, 6 acerbitatem -is. *ex adi.*: LVCAN. 5, 194 expers. TAC. hist. 1, 66 haud iguari -is sui.

obiectum: abicere: SCHOL. Pers. 1, 83. adire (*v. vol. I p. 627, 33sqq. nota*: PLIN. epist. 9, 22, 3 *syn.* periculum). afferre: CIC. off. 1, 154 periculum -nque patriae. FIRM. math. 4, 20, 6 *al.* comperire: TAC. hist. 2, 85. concitare: FIRM. math. 6, 11, 3. 8. 6, 35, 7. corrigere: FIRM. math. 6, 33, 7 ut praecedentis infortunii . . . -n salutari remedio corrigatur. decernere: FIRM. math. 3, 2, 26 *saepe.* (ef)fugere: RHET. Her. 4, 42, 54 vitae. CIC. Phil. 13, 6 HIER. epist. 51, 7, 2. evadere: TAC. ann. 14, 10 FIRM. math. 5, 3, 7. 36. evincere: VEG. mulom. 1, 11, 9 (*cf.* 1, 15, 4 *syn.* passio. 4, 3, 6 morbi). facere: FIRM. math. 4, 19, 27 Saturnus . . . faciet insidias, pericula, accusationes, -a. frustrari: SOL. 11, 22. habere: TAC. hist. 1, 29 minus -is. VEG. mil. 3, 22 CLAVD. 15, 101. impingere: FIRM. math. 4, 8, 4 malae mortis eidem matri -n impingitur. 4, 15, 4. 6, 33, 9. imponere: FIRM. math. 4, 20, 3 *al.* incurrere: FIRM. math. 5, 1, 21 *al.* indicere: FIRM. math. 4, 13, 10 *saepe.* inferre: FIRM. math. 4, 14, 9 *al.* infligere: FIRM. math. 6, 15, 12 aliis acerbae valitudinis -n infligunt. 6, 31, 6. irrogare: FIRM. math. 5, 3, 9. mitigare: FIRM. math. 4, 15, 6 *saepe.* parere: VEG. mil. 3, 6. pati: VAL. FL. 8, 388. pensare: SIL. 1, 534. referre: TERT. anim. 46. sperare: FIRM. math. 5, 6, 4 nec debes ex malo loco sperare -n. spernere: SIL 8, 344. subire: CVRT. 8, 11, 10 QVINT. decl. 271 p. 112, 13 SVET. Otho 9, 3 FIRM. math. 5, 6, 7. 6, 15, 8. suscitare: FIRM. math. 6, 20 effrenatae multitudinis impetum et popularis seditionis suscitant cruenta -a. sustentare: RVFIN. Basil. hom. 1, 3. temptare: CLAVD. 8, 435. transmittere: PLIN. epist. 8, 11, 2. (e)vitare: CIC. p. red. in sen. 20 FIRM. math. 4, 20, 7. 6, 11, 11 AMM. 24, 5, 6 HIER. epist. 140, 5.

dat.: committere: AMM. 31, 12, 5. dare: VVLG. iud. 5, 15 quasi in praeceps ac barathrum se -i dedit. GILD. Brit. 11 chron. III p. 31, 25. eripere: PLIN. epist. 6, 16, 8 AMM. 26, 5, 12. 31, 16, 8. eximere: TAC. hist. 3, 10 ann. 2, 55. obicere: SVET. Cal. 45, 3. obviam ire: TAC. Agr. 18. occurrere: TAC. hist. 1, 33 VEG. mil. 4, 18. offerre: VVLG. iud. 5, 9. subiacere: GREG. TVR. Mart. 4, 47. AMM. 28, 5, 14 obnoxius -bus nullis.

ablat.: afficere: FIRM. math. 4, 20, 3. affligere: AMM. 22, 16, 9. arguere: MIN. FEL 36, 9. carere: SVET. Claud. 9, 1. conquassare: FIRM. math. 5, 3, 12. constare: IVV. 14, 258 quanto capitis -e constent incrementa domus. MEROB. poet. 139. defungi: CVRT. 9, 4, 16. eximere

[Rubenbauer]

(*cf. p.1360,77*): AMM. 29,5,14 -e mortis. *cf.* 16,12,55. 18,2,13 *al.* expedire: AMM. 18,8,8. extrahere: AMM. 25,8,3. implicare: PLIN. epist. 7,19,2 FIRM. math. 4,1,2 *al.* laborare: AMM. 17,1,10. nocere: FIRM. math. 6,34,5. nutare: TAC. hist. 4,52. subtrahere: AMM. 16,8,7. terrere: TAC. hist. 1,81. VAL. FL. 7,631 amens -e tanto. HOMER. 686 attoniti ... -e tanto. FLOR. epit. 4,2,37 trepidum tanto -e. *ablat. temp.*: VERG. Aen. 3,629. 9,208 *al.* *modi*: OV. met. 10,612 -e vitae coniugium petere (SEN. dial. 11,19,5. *cf.* SIL. 16,538 lucis -e). SVET. Aug. 25,4 minima commoda non minimo sectantis -e. Tib. 41 *opp.* dedecore. Claud. 1,4. CYPR. GALL. gen. 115 duro -e ponere partus.

c. praepos.: in *c. acc.*: accingi: *v. p. 1359, 68.* adducere: *v. vol. I p. 601, 52. 58 sqq. 64 sq. 75 sqq. adde*: CIC. Phil. 7,12 vitam. Att. 7,4,3 *al.* committere (*cf. p. 1360,75*): LIV. 8,32,4 STAT. Theb. 6,313. conferre: CIC. epist. 2,7,2. dare: TAC. ann. 2,11. deducere: PLANC. Cic. epist. 10,24,4 APVL. apol. 26. dimittere: LIV. 3,35,3. incidere: CIC. Att. 7,1,5. inferre: CIC. Balb. 25. ire: STAT. Theb. 11,424 QVINT. decl. 345 p. 364,5. mittere: LVCAN. 2,599. offerre (*cf. p. 1360,79*): CIC. Sest. 1 se. 61 vitam. perducere: VELL. 2, 27,1. recidere: SVET. Iul. 17,1. ruere: AMM. 17,12,8. trahere: CVRT. 8,3,1. trudere: AMM. 25,3,30. venire (*v. p. 1360,13sq.*): RHET. Her. 4,44,57 (*ibid.* periculum). CIC. S. Rosc. 16 dignitas. Verr. 2,110 dom. 17 epist. 9,13,2 LIV. 28,39,2 FLOR. epit. 4,8,3 *al.* vocare (PAVL. FEST. p. 27 argutum iri: in -n vocari. *v. p. 1360, 16*): CIC. Manil. 12 p. red. in sen. 36 off. 1,83 *al.* per: VERG. Aen. 1,204 tendimus. VAL. FL. 7,426. AMM. 16,2,7 venit. ad: CVRT. 9,6,10 promptae esse te ad omne -n audaciae. TERT. scorp. 9 hortetur. PANEG. 9 (12),9,6 tu ... ad ullum -n accedas (FIRM. math. 4, 13,10 *al.*). FIRM. math. 4,22,4 ad omne infelicitatis -n ... applicati. 7,6,11 ad ipsa captivitatis -a venientes. AMM. 14,10,4 trusus est. prope: LIV. 10,22,5 ventum foret. inter: AMM. 25,3,5. in *c. abl.* (GLOSS. in -e: in periculo): CIC. ad Brut. 1,12 (9,21), 1 maximo in -e res publica ... versatur (epist. 16,12,1). Att. 14,13,4 video in -e *me esse mansurum.* epist. 1,9,13 quid acciderit. 6,3,4 te esse (CAES. Gall. 6,38,2 rem. NEP. Dat. 5,4 LIV. 10,5,4. 23,14,10 Nolana res. 23,21,2. 25,25,13 *al.* CVRT. 4,16,2 PLIN. epist. 8,11,2). NEP. Ages. 6,2 celeritas ... saluti fuit. LIV. 4,14,5 opem sibi ... ferrent. 4,26,8 dictatorem dicere. 6,20,2 ut ... vestem mutarent. 6,36,7 res vertebantur (26,5,12. 29,7,1 TAC. hist. 4,85 *cf. p. 1359, 74*). 25,20,5 desertos volebat socios. SEN. contr. 7,8 (23),1 periculosa libertas est. VAL. MAX. 7,3 ext. 6 clementissima suffragia expertus est (*cf.* LVCAN. 5,249). SIL. 15,82 suspiratos. STAT. Theb. 2,447 attoniti ... cives. TAC. hist. 2,63 in -e alieno sibi pavens. 3,41 infamia caruit. SVET. Iul. 4,2 desidere. FLOR. epit. 3,17,9 Drusum ... mors abstulit. *al.* sine (GLOSS. sine -e: sine periculo): LIV. 9,18,18 viveret. 35,48,10 eventum ... opperirentur. SVET. Aug. 14 AMM. 14, 2,13. 15,10,3 *al.* ZACCH. 3,1 prima ac sine -e via. cum: LIV. 25, 24,13 gesta. 37,53,16 Pergami inclusus. VELL. 2,82,2 adiit pericula. AMM. 18,2,9 ne ... pons iungeretur. ex: VAL. MAX. 2,10,6 emersit. QVINT. decl. 345 p. 364,5 evasurum. FIRM. math. 6,36,3 ex ... -bus liberantur. *al.* sub: TERT. apol. 50 sub -e capitis ... certemus. absque: AMM. 24,1,8 esse certandum. 31,6,4 populandas ... regiones. ab: FIRM. math. 5,3,5 ab his incommodorum -bus liberati. *al.* 6,35,6 ab omni periculorum -e separatum *tempus.* AMM. 21,12,13 vallum ... defendebat.

epitheta: abruptum: AMM. 16,2,1 *al.* acerbum: FIRM. math. 5,6,10. 6,31,56. acre: TAC. ann. 15,3. alienum: TAC. hist. 2,63. ambiguum: TAC. ann. 6,21. apertum: FRONTO p. 208,4 N. AMM. 17,12,8. arduum: AMM. 15,11,14. caducum: FIRM. math. 5,6,5. certum: CIC. Att. 16,15,3. cruentum: *v. p. 1360,71.* durum: *v. supra l. 10.* extremum: CIC. Mur. 84 p. red. in sen. 36 epist. 12,6,2 *saepe* TAC. hist. 2,5 *al.* furiale: ARNOB. nat. 5,7. grande: FLOR. epit. 3, 3,13. grave: TAC. ann. 4,56 FIRM. math. 4,13,10 *saepe* AMM. 16, 8,7 VEG. mil. 3,22. humanum: *v. p. 1359,75.* improvisum: TAC. ann. 14,10. indignum: *v. p. 1360,19.* ingens: *v. p. 1359,73.* iniquum: CIC. Planc. 8. lacrimosum: AMM. 29,1,15. letale: AMM. 14,2,13. magnum (maius, maximum): CIC. Phil. 8,29. 9,6 *al.* TAC. hist. 4,74 FIRM. math. 4,3,2 *al.* AMM. 24,5,6 *saepe.* malum: FIRM. math. 6,31,67. manifestum: SEN. epist. 81,25. marinum: RVFIN. Basil. hom. 1,3. metuendum: FIRM. math. 6,11,2 *al.* miserum: FIRM. math. 5,2,4 *al.* omne: CIC. Phil. 13,6 LIV. 2,55,8 *al.* parvum (minus, minimum): SVET. Aug. 25,4 Tib. 41 TAC. hist. 1,56 AVG. civ. 3,13. periculosum: FIRM. math. 5,3,9. primum: AMM. 25,3,5. publicum: LIV. 9,18,18 SVET. Tib. 2,2 FIRM. math. 4,19,23. quantum: IVV. 14,258. subitum: *v. p. 1359,79.* summum: CIC. de orat. 2,195 QVINT. inst. 8,4,22 PLIN. epist. 8,11,2 *al.* supremum: AMM. 16,7,9. 31,15,2. tale: FLOR. epit. 3,17,9. tantum: CIC. Lig. 16 VERG. Aen. 3,622 *saepissime.* ultimum: LIV. 28,39,2 *al.* VAL. MAX. 6,5,2 CVRT. 5,11,8 AMM. 14,2,11 *al.* varium: ARNOB. nat. 1,8 FIRM. math. 4,20,3 *al.* vehemens: *v. p. 1360,7.*

additur genet. eius qui discrimen adit (*sim. pron. poss.*: LIV. 6,20,9 VAL. FL. 7,500 STAT. Theb. 2,44 QVINT. inst. 6,1,47 TAC. hist. 1,66 *al.*): RHET. Her. 4,44,57 in rei publicae -e (CIC. dom. 24 Phil. 9,6 *al.* LIV. 4,26,8 *al.* QVINT. decl. 333 p. 314,6. *cf.* 286 p. 86,17 civitatis). CIC. Att. 16,15,3 certissimum esse video -n Cascae nostri tribunatum. VAL. MAX. 6,5,2 togati. VAL. FL. 1,503 nati. 2,587 miserae flebant -a (*i. casūs*) Troiae. QVINT. inst. 6,1,20 ipsius. decl. 348 p. 379,29 non enim -n paucorum capitum agebatur. MART. 7,45,10 duorum. AMM. 14,1,10 multorum. 21,16,11 vicorum agrestium. 28,2,4 quorundam. *et passim.* *c. genet. rerum, quae discrimini subiacent*: CIC. div. in Caec. 71 in -n existimationis venire (VLP. dig. 47,10, 7 pr.). Verr. 1,2 in ipso -e ordinis iudiciorumque. 3,76 vitae (CVRT. 5,11,8 fortunae ... et vitae. APVL. apol. 69 SCAEV. dig. 32,39,1 TRYPH. dig. 11,4,5 FIRM. math. 4,3,1 *al.* PRVD. psych. 157 sanguinis ac vitae. *al.* SEDVL. carm. 4,137 amissae passus -a vitae). Verr. 6,157 capitis vitaeque (capitis: *v. vol. III p. 416, 84 sqq. adde*: SYMM. epist. 10,49,1 ne quis temere in alieni capitis -n irrueret). Manil. 45 temporis (har. resp. 18 QVINT. decl. 246 p. 8,28). Flacc. 81 omnium fortunarum. epist. 2,7,2 rerum (VERG. Aen. 1,204 [*cf.* CORP. XIII 8371] SEN. benef. 6,30,5 VAL. FL. 1,217 STAT. Theb. 8,37). epist. 6,12,4 salutis fortunarumque (SYMM. epist. 6,16 [17] AMM. 28,6,21). CYPR. unit. eccl. 10 veritatis (SYMPH. 311 veri). FIRM. math. 4,24,3 valitudinis (6,15,12. AMM. 21,15,2 imminutae valetudinis). PRVD. perist. 13,73 sanguinis (*v. l. 9* AVG. epist. 153,10). IVV. 6,592 partūs (*cf.* 6,593 nutricis ... labores. MART. CAP. 2,149). AMM. 17,4,14 sub meatūs sui -e. *nota*: PELAG. in I Tim. 4 p. 881^C fornicationis ... inire -n (*ibid.* crimen). ALC. AVIT. carm. prol. p. 201,4 -n editionis intravi. *c. genet. rerum periculosarum*: LIV. 6,17,1 periculi (FIRM. math. 4 praef. 2 *al.*). VELL. 2,1,2 iudicii vel poenae. SCRIB. LARG. 70 mortis (*cf.* VAL. FL. 1,714 leti). LVCAN. 3,336 Martis (*cf.* TERT. adv. Marc. 4,12 p. 455,26 belli). 4,48 armorum. VAL. FL. 1,37 ira maris vastique placent -a ponti (SIDON. epist. 8,6,14 pelagi). FRONTIN. strat. 1,3,4 proeliandi. FIRM. math. 3,2,26 tumultus servilis -a vel propter servos pericula. *saepissime.* AMM. 27,3,12 mortis vulnerumque. VICT. TONN. chron. II p. 189, 475,3 sub hiemis -e. CARM. epigr. 1387,13 mundi. *sim.*: FIRM. math. 6,32,43 ex aquis misera -a. 6,33,9.

deriv.: discriminalis (-e), discrimino, discriminosus.

discrīminālis, -e *a* discrimen. *i. q. discernens*: HIER. adv. Rufin. 3,42 linguam veriloquam -i acu confoderunt. *subst. n.* **discrīminale**, -is. ISID. orig. 19,31,8 -ia capitis mulierum sunt vocata, quod caput auro discernant (*cf.* 11,1,31 *et l. 45*). GLOSS. διάκριμα. -ia capitis ornamentum, causa (acus, a *Volkmann*) discernendo. capitis ornamentum. ornamenta mulierum. *semper usurpatur forma plur.* -ia. ITALA exod. 35,22 (Rufin. Orig. in exod. 13,5) attulerunt gemmas et inaures et anulos et -ia et dextralia (ἐμπλόκια, *om.* VVLG.). HIER. in Ezech. 7,23 p. 271 ut armillas vestras et -ia imponeretis manibus et capitibus amatorum. in Is. 3,15 p. 60 ornamenta virtutum ... sub ... mitris et -bus ... describuntur. 3,18 p. 61 mitras, capitis ornamenta, -ia, ut iudicium habeant singulorum (*cf.* RVFIN. Orig. in exod. 13,5 offert -ia, qui bene scit discernere, quid agendum sit, quid vitandum). HESYCH. in lev. praef. p. 791^A quid inaures et -ia ...? VVLG. Is. 3,20 *cf. p. 1356,26.*

discrīminātim *adv.* [*a* discriminare. *Th.*]. *i. q. separatim*: VARRO rust. 1,7,7 sunt quae non possunt vivere nisi ... -m [ut] alia in lacubus ... alia in fluminibus.

discrīminātio, -ōnis *f. a* discriminare. GLOSS. διάκρισις. διαφορά. *i. q. discretio, distributio*: DIOM. gramm. I 320,16 nomen est quo deus aut homo propria dumtaxat -e enuntiatur. *ibid.* sine speciali -e. CONSENT. gramm. V 380,24 impersonalia, quae in tur exeunt, -em personarum ... excipiunt (*ibid.* discriminantur. *saepe*). AVG. in euang. Ioh. 22,5 aliquando iudicium -o dicitur ... est enim -o ut bonis bona, malis mala distribuantur (*ibid.* iudicium discretionis). *t. t. rhet.*: PS. IVL. RVF. schem. lex. 22 p. 53,20 παραδιαστολή ... latine dicitur -o.

discrīminātor, -ōris *m. a* discriminare. GLOSS. discretor. divisor. [TERT. nat. 1,10 -es *A*, *pro* criminatores *q. v.*] AVG. in euang. Ioh. 20,12 considerator istorum omnium, -r, distinctor ... animus est. *f.* **discrīminātrīx**, -īcis. PANEG. 10 (4),7,4 maiestas fandi ac nefandi -x, quae omnia meritorum momenta perpendit, librat, examinat.

*__discrīmino__, -āvī, -ātum, -āre [*a* discrimen. *Th.*]. SERV. Aen. 11,144 -at id est dividit (ISID. orig. 19,31,8). CLAVD. DON. Aen. 11, 144 -are est speciem a specie immensa alia separare. GLOSS. διακρίνω. διαχωρίζω. -at intersecat, disiungit. dividit, diiudicat. *cf. Roensch, Beitr. III 30.* *non attuli omnes locos* GRAMM. *unde aliquid segregatur vel dinoscitur, additur ablat. (v. l. 79. 83. p. 1363, 8. 19) praepos.* ab (*l. 82. p. 1363,10. 35*), inter (*v. p. 1363,31*), cum (*v. p. 1363,36*). **1** *i. q. dividere, segregare*: **a** *de loco: dividunt homines*: VARRO rust. 1,23,4 ea -anda in conserendo quae sunt fructuosa. APVL. met. 2,9 *capillus* pectinis ... dente ... -atus (apol. 4. *cf.* met. 6,28 frontem. VVLG. iud. 16,13 crinem [διέταξε]). 5,1 pavimenta ... in varia picturae genera -antur. AMM. 18,8,12 -ato (*i. discisso*) capite. 28,5,3 -atis ordinibus. PAVL. NOL. carm. 24, 298 (*in imag.*) *potestas gratiae* fideles impiis -arat naufragos. *res in medio positae*: CIC. Phil. 12,23 Etruriam -at Cassia (*cf.* PLIN. nat. 4,113 promunturium ... terras, maria, caelum -ans. STAT. Theb. 5,529 ab arctois -at aethera plaustris anguis. SOL. 23,15 Propontis Europam Asiamque -ans. CLAVD. 3,175 Odrysiis Asiam -at oris. 28,290 MART. CAP. 8,814 SIDON. epist. 9,4,1 CLAVD. MAM. anim.

[Rubenbauer]

p. 147, 9). VERG. Aen. 11, 144 lucet via ... et late -at agros. LVCAN. 2, 357 torus ... vestes -at. PLIN. nat. 11, 160 qui -ant eos (*sc. dentes continuos*) canini appellantur. STAT. Theb. 1, 600 frontem -at anguis. TER. MAVR. 2026 *longas syllabas* si veniens in medium pes pariambus -et. SYMM. epist. 6, 9. CLAVD. 1, 90 nodus *ensis* ... pectus. carm. min. 53, 74 pugnae spatium -at acr. MART. CAP. 2,132 pubem ciliorum -at glabella medictas. 8,817. 826 novissima supernaque -ans ... horizon. RVT. NAM. 1, 457 incertas gemina -at arbore fauces ... limes. SIDON. epist. 1, 2, 3 arcam dorsi. 2, 2, 9. 2, 11, 1. FAVST. REI. epist. 3 p. 177, 24 peccatores a coetibus ... iustorum ... chaos ... -at. PAVL. PETRIC. Mart. 3, 103. **b** *de tempore*: LIV. 21, 4, 6 vigiliarum somnique nec die nec nocte -ata tempora. SER. SAMM. 924 morbus -at horas. LACT. Phoen. 55. HIL. in Matth. 5, 13 diem ... nox interiecta -at.

2 *i. q. diiudicare*: VARRO ling. 8, 51 cum -entur in rectis casibus is, ea, id. 9, 57 natura ... tria genera transit et id est in usu -a⟨tum *Reiter*, -o *F*⟩... usus docuit -are doctam rem ab hominibus. 9, 104 verba (POMP. gramm. V 231 *et saepe*). 10, 84 genus. TER. MAVR. 328. DIOM. gramm. I 321, 29 cognomina. 474, 5 metrum ... rhythmo -atur. distat enim metrum a rhythmo. CONSENT. gramm. V 380, 15 ea quae in id exeunt. *al.* SEN. epist. 95, 65 notas ... quibus inter se similia -entur. TERT. pudic. 2 paenitentiae ... condicio -atur. ARNOB. nat. 2, 23 *syn.* discernere. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 3, 5 *syn.* diiudicante. HIL. trin. 4, 41 quid exaequata -as ... discernis? PROB. Verg. ecl. 6, 31 sunt qui binis principiis mundum -ent. AMBR. in psalm. 1 praef. diversa opera -anda virtutum. 48, 6 sapientia non facultates -at, sed voluntates. AMBROSIAST. in II Cor. 5, 11 iudicium ... ad singulorum -anda opera. CLAVD. 26, 39 potestates priscus -at ordo iustitiae. MACR. sat. 1, 7, 26 nondum quisquam servitio vel libertate -batur. MART. CAP. 2, 127 omnia rerum ... -ans ... Prudentia. 6, 709. FAVST. REI. grat. 2, 9 p. 79, 2 inter malum et bonum. POMER. 1, 6, 1 inter eam scientiam ... et eam. BOETH. arithm. 1, 23 p. 47, 9. APRING. in apoc. 19, 15—16 ut -et universa *iudex* et singulorum facta determinet. *res differentiam efficiunt*: MART. CAP. 4, 348 proprium est quod ... unamquamque rem ab omnium communione -et ut in homine risus. 6, 605 nos cum illis diversitas temporum velut quadam contrarietate -at. 8, 846 inaequalitas ... dierum spatia noctiumque -at. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 87, 17. *i. q. differentias notare*: TER. MAVR. 2254 *moram* pollicis sonore vel plausu pedis -are. HIL. gen. 60 dies varie rerum -at ora. MART. CAP. 6, 597 scaphia ... horarum ductus -ant.

part. perf. pass. pro adi. **discrīminātus,** -a, -um: PRVD. perist. 10, 350 aedem -is (*i. distinctis*) illatam coloribus.

deriv.: discriminatim, discriminatio, discriminator.

discrīminōsus, -a, -um *a* discrimen. *i. q. periculosus*: CLAVD. DON. Aen. 11, 563 -um fuit hastae iactu liberari. *adv.* **discrīminōsē**: IVL. VAL. 2, 24 id factum ... valetudinem ... -ius vicerat. [*Rubenbauer.*

discrīptio, -ōnis *f. a* discribere. *de* di- *et* de- *v. p. 1354, 36 sqq. ad* discribo. di- *in lapide*: LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 17 *infra l. 64.* GLOSS. διαχάραξις (de- *trad.*) *et* διαγραφή (di- *et* de- *trad.*) *ad* di- *et* de- *pertinere possunt.* *legitur inde a* CIC. [PLIN. nat 3, 46. 49. 63 *v. p. 665, 2.*]

i. q. distributio: CIC. Sull. 52 tum -o (*Büch.*, de- *codd.*) totam per urbem caedis atque incendiorum constituta est. Flacc. 32 in -e (de- *codd.*) aequabili sumptus. *ibid.* discripsit ... pecuniam ad Pompei rationem, quae fuit accommodata L. Sullae -i (de- *codd.*). dom. 129 servorum omnium vicatim celebrabatur tota urbe -o (de- *codd.*). Planc. 45 decuriatio tribulium, -o (*Büch.*, de- *codd.*) populi. rep. 2, 39 quae discriptio *Servii Tullii* si esset ignota vobis, explicaretur a me. Tusc. 4, 1 cum ... equitum peditumque -o ... esset constituta. 4, 10 *illorum* -em sequar, qui animum in duas partes dividunt. 5, 68 in -e expetendarum fugiendarumque rerum. off. 1, 21 privatarum possessionum -o (*B*). LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 17 quom -o partium (*sc. hereditatis*) habeat gratum ... animum in viros *eqs.* PS. FRONTIN. strat. 4 pr. quae parum apte -i (*Büch.*, de- *codd. opt.*; discretioni *dett.*) priorum ad speciem alligatae subici videbantur. SVET. Tib. 30 legionum et auxiliorum -e (*M*; de- *rell.*). DON. Ter. Hec. pr. 3, 6 docet ... Varro *non* ... esse mirandum, quod actus impares scaenarum ... sint numero, cum haec distributio in rerum -e (*L*, de- *rell.*), non in numero versuum constituta sit. GREG. M. epist. 8, 24 p. 25, 19 sollicitii -e iudicii.

syn.: decuriatio (CIC. Planc. 45).

[**discrīptor,** -ōris *m.* GLOSS. V 190, 26 -es dicuntur, qui populum per centurias et tribus dividunt. *cf.* diribitor *p. 1232, 18. alia v. sub* descriptor.]

discrīptus (-ē) *v. p. 663, 7 sqq.* *Vetter.*

discruciātus, -ūs *m. a* discruciare. *i. q. cruciatus, excruciatus*: PRVD. ham. 834 vermibus et flammis et -bus aevum immortale dedit.

discrucio, -āvī, -ātum, -āre *a* dis- *et* cruciare. *inde a* PLAVTO. NOT. Tir. 66, 66 -at.

1 *corpora animalium valde cruciare, excruciare*: CIC. Phil. 13, 37 ut ... Trebonium et ... Brutum, Cassium -atos necaret. SVET. Aug. 14 eundem ... -atum necasset. APVL. met. 9, 32 -bar frigore. FIRM. math. 4, 19, 5 corpore erunt modici ... et quos intrinsecus collectus dolor assidua ratione -et. 5, 6, 2 renes acerbo dolore -at *luna*. SYMM. epist. 6, 73 rienum dolore -or. AMM. 27, 12, 3 -atus cecidit ferro poenali. PS. AMBR. laps. virg. 8, 32 te omni tormentorum genere -andam. HIER. hom. Orig. in Ezech. 5 p. 928 inedia et squalore et macie -etur. ORIENT. comm. 1, 316 vita perennis laetificans iustos -ansque reos. *singulariter*: TERT. anim. 53 p. 386, 4 rapida ... mors ... nullam animae moram praestat nec discessum eius in momenta -at (*i. nec efficit, ut anima paulatim ac minutatim [cf. ibid. p. 385, 12] inter cruciatus a corpore discedat*).

in enecandi notionem transit: MARCELL. med. 4, 22 stercus scrofinum ... lendes pedunculosque -at.

2 *frequentius adhibetur ad animum (mentem) spectans*: **a** *formae activi*: CARM. epigr. 1044[B], 10 (*saec. I in.; Viminacii Moes. super.*) et hic miserum ut -et stimulus (*cf. Bücheler ad l.*). SEN. epist. 95, 3 illos, quos honores nulla non arte atque opera petiti -ant. 115, 16 cotidianas sollicitudines, quae pro modo habendi quemque -ant. APVL. met. 9, 16 amoris languidi desidia tuos volentes amplexus (*i. te amplexus gestientem*) -at. 11, 15 fortunae caecitas dum te pessimis periculis -at. FIRM. math. 5, 6, 9 quos perpetui operis laboriosa sollicitudo -et. PS. AMBR. serm. Sess. 1, 5 non condicio languentium ac morientium proximorum sollicitudo -at (*sc. cum*). AVELL. p. 11, 8 legatos ... interim sola dilatione -at. EPIST. pontif. (*a. 430*) Migne 50, 491[C] non vos ista -ent (βασανιζέτω). NICET. appell. 2 p. 4, 25 B. si ira -at et exagitat dissensio, accede ad Christum. PETR. CHRYS. serm. 172 p. 649[A] invidia (*velut* carnifex) ... torquet animos, -at mentes. CASSIOD. in psalm. 127, 1 *pericula* homines inani pavore -ant. *reflex.* se -are: PLAVT. frg. inc. 32 quid murmurillas tecum et te -as? APVL. Plat. 2, 22 si de tali se causa -et. CASSIOD. in psalm. 101 praef. se ... lamentabili afflictione -at (101, 7. *cf.* 142, 1 peccatorum suorum recordatione). 101 concl. se -ando. var. 12, 11, 2 nesciunt ... esse lucripetes nec aliqua se negotiationis calliditate -ant. **b** *formae passivi*: PLAVT. Cas. 276 -or miser amore. Poen. 368 -or miser, nisi *eqs.* Trin. 103 haec cum audio in te dici, -or (excrucior *codd.*, *corr. Ritschl*) miser. CIC. Q. Rosc. 31 quod ... ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, -atur. AVR. Fronto p. 92, 22 N. tanto angore -or. VERVS Fronto p. 131, 3 N. cura -bor. SYMM. epist. 1, 54 continuo animi dolore -or. 6, 64, 3 -or incerto per moram servuli, qui ... necdum revertit. ENNOD. epist. 4, 27, 5 p. 117, 17 super tarditate ... *illius* et opinionum varietate -or. dict. 28, 5 p. 506, 8 furore incensa -or. SCHOL. Hor. epod. 17, 23 sensus hic: ego -or m⟨a⟩eroribus et tu vacas deliciis. *adduntur* animi, animo, animum: *cf.* DOSITH. gramm. VII 424, 21 -or animi et animo et animum (DIOM. gramm. I 318, 25 BEDA gramm. VII 270, 13). 425, 29 -or animi et animo (DIOM. gramm. I 311, 17. IDIOM. cas. gramm. IV 570, 25 -or [discutior *cod.*] animi κατὰ ψυχὴν [ἐρευνῶ *del.*] τρύχομαι et animo [obcrucior *del.*] τιμωροῦμαι τὴν ψυχήν). CHAR. gramm. I 295, 29 -or animi et animum. GLOSS. -or animi βασανίζομαι τὴν ψυχήν. animi: PLAVT. Aul. 105 -or animi quia ab domo aboundum est mihi. TER. Ad. 610 -or animi (*cf.* ARVS. gramm. VII 468, 11 SCHOL. Ter. p. 158, 3).

form. pass. cum acc. c. inf. coniungitur: PLAVT. Bacch. 435 CATVLL. 66, 76 CAEL. Cic. epist. 8, 3, 1 CIC. Att. 14, 6, 1.

syn.: crucio, concrucio, excrucio. *deriv.*: discruciatus. *Nelz.*

discubitio, -ōnis *f. a* discumbere. *i. q. sedile, accubitus,* ἀνάκλισις (GLOSS.): ITALA Luc. 9, 14 (cod. d) reclinate eos -es (κατακλίνατε ... κλισίας, VVLG. facite illos discumbere). AVG. serm. ed Mai 118, 1 in unius -is instramento. ASSVMPT. Moys. 7, 8 habebimus -es et luxuriam. CORP. XIII 1766 loco exculto cum -e et tabula (*cf. Ihm, Matronenkultus p. 52*).

discubito, -āre *a* discumbere; *cf. c.* cubitare, secubitare. *i. q. quiescendi causa semotum iacere*: ALC. AVIT. hom. 7 p. 114, 26 facit furoris incontinentia, ne tacens -et *diabolus*.

discubitus, -ūs *m. a* discumbere. *cf. c.* accubitus, secubitus. *acc. plur.* -os: ITALA Marc. 12, 39 (cod. b) Matth. 23, 6 Luc. 11, 43 (codd. b l). 14, 7 (codd. a f). 20, 46 (cod. a). *i. q. actus vel locus discumbendi, se reclinandi, plerumque in convivio*: *sing.*: VAL. MAX. 2, 1, 9 ne seniorum adventum -u praecurrerent. VVLG. Sirach 41, 24 erubescite ... de -u in panibus (πήξεως ἀγκῶνος ἐπ' ἄρτοις). GAVDENT. serm. 13 p. 934[B] explanantes -um Lazari (*sc. in domo divitis*). PETR. CHRYS. serm. 66 p. 387[C] si Lazarus ad tuam (*divitis*) mensam venisset, tu ad istum -um (*sc. in inferno*) non venisses. p. 388[B] pro molli -u sustine tormentorum dura. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 2 p. 351[B] -um ... mensam et cetera *exornans*. *plur.*: primi -us: ITALA Matth. 23, 6 (cod. a ORIG. in Math. 18, 10) diligunt primos -us (πρωτοκλισίαν, VVLG. primos recubitus). Luc. 11, 43 (codd. b l) primos -us (πρωτοκαθεδρίαν, VVLG. primas cathedras). IREN. 3, 14, 3 AMBR. hex. 5, 15, 52. VVLG. Marc. 12, 39 in cenis. Luc. 20, 46 in conviviis (πρωτοκλισίας *utroque loco*). ACT. Archel. p. 36, 3.

disculcio (-iatus) *v.* discalceo.

disculpo, -ptum, -ere *a* dis- *et* scalpere *vel* sculpere. *i. q. scalpendo vel sculpendo insignire*: TERT. pall. 4 pectus squamarum (*sc. loricae*) signaculis -ptum. *cf.* desculpo.

[**disculsio:** GLOSS. V 189, 39 -o expulsio (disclusio *vel* dispulsio *Götz*)].

[*Gudeman*]

disculum *a* discus, -um *deminutive*: GLOSS. IV 342,13 ferculum: -um discus.

discum, -ī *v. p. 1370, 28.*

discumbo, -cubuī, -cubitum, -ere *a* dis- *et* cumbere. *de sensu*: DIFF. ed. Beck p. 30,18 accumbere est ad quietem reclinare, -ere ad epulas, decumbere in infirmitate. p. 51,23 -unt diversis partibus plures. *seqq. definitiones verborum* accumbendi, succumbendi, procumbendi, concumbendi. SCHOL. Hor. carm. 1,27,8 succumbere deorum est, ... -ere hominum, recumbere ferarum. GLOSS. -it iacet, epulatur. -amus ἀναπέσωμεν. -e ἀνάπεσον. -uit accubuit, incubuit. -entes fusi (*cf.* SERV. auct. Aen. 1,214,708). *legitur inde a* PLAVTO. *cf. etiam* decumbo (*p. 221, 40 sqq.*). [*dub.*: **discubitum** (*semel per errorem scribitur* discivitum GLOSS. IV 332,3) *part. perf. pass. vel supinum ex* dis- *et* cumbere, *ut videtur, tractum, sed sensu prorsus alieno*: GLOSS. V 450,60. 496,73. 567,31 disiunctum. semotum. IV 332,3 disclusum.]

I *i. q.* **se collocare in lecto**, *pulvinari hic illic etiam de singulis. de re cf. Marquardt-Mau, Privatleb. p. 300. 322.* **A** *dormiendi causa*: PLAVT. Merc. 100 -itum noctu ut imus (*praecedit* decumbo *de epulante*). CIC. inv. 2,24 cenare et in eodem loco somnum capere voluerunt, cenati -erunt ibidem.

B *cenandi causa accumbere in triclinio, convivio*: **1** *absolute*: ISID. orig. 20,11,9 apud veteres Romanos non erat usus accumbendi, ... postea, ut ait Varro de vita populi Romani, viri -ere coeperunt, mulieres sedere (diff. 1,524). VARRO Men. 102 -imus mussati. CIC. Att. 5,1,4 -uimus omnes praeter illam. LVCR. 3,912 -uere tenentque pocula saepe homines. SALL. hist. frg. 3,83 -uere: Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius (PETRON. 57,1 supra me). NEP. frg. 24 temperius ut -ret. SEN. epist. 47,5 ad cenandum -uimus. CVRT. 8,5,9 cum quibus cum -isset rex, paulisper epulatus convivio egreditur. PETRON. 21,6. 22,2 pedes -entium. 31,3. 57,2 secundum illum. 67,3. 70,10 IVV. 5,12. 6,434 TAC. hist. 2,68 ann. 4,54. 6,50. 11,2. 14,57 epulandi causa. 15,69 SVET. Iul. 48. 74 Aug. 70,1 Cal. 45,2 Claud. 32. GELL. 3,2,2 lemm. ratio ... in -endo sedendoque. TERT. spect. 28 cum illis. nat. 1,7. ITALA Luc. 13,29 (codd. a f r) -ent in regno (ἀνακλιθήσονται, VVLG. accumbent). PORPH. Hor. epist. 1,5,29 CARM. poet. min. V 64,11 SPART. Hadr. 22,4 TREB. Gall. 20,4 LACT. inst. 4,15,16 HIL. in Matth. 9,1 OPTAT. 5,10 AVSON. 157,20 AMM. 21,4,4. HYG. fab. 126 p. 110,15 cum ancillis Vlyssis -unt (*vix secundum Homerum de concubitu intellegendum, cf.* p. 110,21). VVLG. I reg. 16,11. Tob. 7,9 ad prandium. 9,8 Matth. 9,10. 14,19 Marc. 2,15. 14,18 et -entibus eis et manducantibus. Luc. 5,29. 7,36 -uit (22,14). Ioh. 6,10. 12,2 *saepe* HIER. prol. gal. RVFIN. Orig. in cant. 1,87^{A} AVG. in psalm. 66,8 SVLP. SEV. dial. 1,4,3. 2,7,4 cum epulante. 2,12,10 MART. CAP. 5,538 PETR. CHRYS. serm. 83 p. 433^{C}. SIDON. epist. 3,13,4 cum -erit. ENNOD. carm. 1,9,152 -ere servum. CYPR. GALL. gen. 1396 ubi -uit. HIST. Apoll. 40 vade, -e et epulare. PASS. Theclae D 13 *al.* *in titulis*: DECRET. decur. Gab. (Corp. XIV 2795) 10. 13 CORP. IX 3160. X 5654. 5657. 2795. CARM. epigr. 856,2 sum -ens. *impersonaliter*: CIC. Verr. 2,66 mature veniunt, -itur. VERG. Aen. 1,700 STAT. Ach. 1,756. TAC. ann. 11,27 -itum inter convivas. FLOR. epit. 4,8,4.

2 *additur ubi*: VERG. Aen. 1,708 toris (OV. met. 8,566. 12,155 LVCAN. 10,136. PETRON. 67 in quo *toro*). TIB. 2,5,95 in herba. OV. met. 12,212 antro. STAT. silv. 4,2,10 mediis ... in astris cum Iove et Iliaca. 4,2,33 mensis (AMM. 31,5,6 in nepotali mensa). Theb. 1,528 parte alia. QVINT. inst. 11,2,13 quo quisque -erat. PS. FRONTIN. strat. 4,3,7 lectis. TAC. ann. 3,14 in convivio. 14,22 in villa. ACT. Arv. 2,33 (*a. 87*) in triclinio (11 A TREB. trig. tyr. 23,5. *cf.* SVET. Cal. 37,2). ACT. Arv. 16 B toralibus. PORPH. Hor. epist. 1,18,10/11 in imo rex ipse -it. AMM. 29,2,4 in quibus *domibus*. 30,1,19 honoratiore -uit loco (VVLG. Luc. 14,8 in primo loco). SCHOL. Hor. sat. 2,8,23 in medio (PASS. Thom. 98,20). VVLG. Marc. 8,6 super terram. *al.* AVG. in psalm. 144,9 super pectus domini (epist. 167,10 virg. 27,27 contin 11,25). PETR. CHRYS. serm. 29 p. 283^{B} -bat Iesus plus in Matthaei mente quam sigmate (*i. mensa*). *impersonaliter*: VAL. FL. 2,190 -itur ... porticibus. 8,255 toris -itur. GELL 2,2,9 cum sedeatur, ambuletur, in convivio ..-atur. 3,19,1 apud cenam ... -itum fuerat.

II *i. q.* **recumbere in terra**: AMPEL. 2,6 canis ad pedes eius -ens. HERM. vis. 3,12 *senior* iam non -it, sed et stat (οὐκέτι ἀνακεῖται, ἀλλὰ ἕστηκεν; non iam iacens *rec. Pal.*). *de re*: PALLAD. 3,11 vitis ..., quae per terram proiecta -it.

discuneātus, -a, -um [*a* dis- *et* cuneus *vel* cuneare. *Th.*]. *i. q. cuneo disclusus*: PLIN. nat. 9,90 insidiantur ... polypi *conchis* apertis impositoque lapillo extra corpus, ne palpitatu eiciatur: ... illae se contrahunt, sed frustra, -ae.

discupio, -ere *a* dis- *et* cupere. **1** *i. q. valde cupio, flagito*: PLAVT. Trin. 932 -o dicere. CATVLL. 106,2 cum puero bello praeconem qui vidit esse, quid credat nisi se vendere -ere? CAEL. Cic. epist. 8,15,2 te videre et omnia intima conferre -o. ?**2** *i. q. neglegere, ex propria praepositionis vi ortum*: ITALA act. 6,1 (cod. d, *cf.* h *v. l. 82*) quia -untur in ministerio diurno viduae (quod ... viduae ... a ministris ... -ierentur: cod. h *e lectione Buchanani*; παρεθεωροῦντο, VVLG. despicerentur). *Gudeman.*

discurro, -(cu)currī, -rsum, -ere *a* dis- *et* currere. *forma perfecti reduplicata legitur* SEN. suas. 4,2 SVET. Cal. 32,2, *v. etiam l. 5; non redupl.*: VERG. Aen. 5,580 LIV. 25,25,9. 31,26,4. 34,37,1 SEN. contr. 2,2,9 SEN. nat. 6,29,1 CVRT. 4,15,10 VVLG. gen. 49,22 (*Amiat. praes.*) HIER. tract. in psalm. 143 p. 280,19 GREG. TVR. Franc. 4,51. NOT. Tir. 27,17 -currit. 27,27 -cucurrit. GLOSS. διατρέχω. περιτρέχω. *legitur inde a* CAES. (*semel*) BELLO Alex. (*semel*) VERG. (6^{ies}). *usus transitivus v. l. 74 sqq. 84. p. 1367, l. 50 sqq. 79 sqq.* [*dub.*: LVCAN. 4,733 equitem late -ere (*UG*, dec- *ceteri libri*) campis. *loco corrupto*: VERVS Fronto p. 116,20 N. -is autumno (*legit Hauler*).]

b *i. q. disicere, discindere*: MANIL. 1, 746 vaga -rsi fluitarunt lumina currus *Phaethontis*. LVCAN. 1, 384 aries ... -et saxa murorum (HIL. in Matth. 25, 1 destruenda omnia esse et -rsis totius substructionis lapidibus diruenda. VVLG. thren. 4, 1 -rsi sunt lapides sanctuarii). MART. 9, 40, 6 -rsa rate ... procellis. PS. QVINT. decl. 12, 11 p. 228, 6 publicarum aedium -rsos parietes (OPTAT. 3, 10 p. 96, 23). CORIPP. Ioh. 2, 405 -rso robore Gurzil (*i. dei Maurorum simulacrum ligneum*) scinditur. 2, 413 -rsis ... fossis (*i. castris*). LAVRENT. eleem. p. 115^{C} turris ferrea fulminata -itur. *i. q. disturbare*: LVCAN. 5, 716 turbata perit -rsis littera (*gruum volatu formata*) pinnis. SIL. 4, 570 -rsis Romana per agmina signis. *i. q. discutere*: TERT. carn. 7 *Christus* tanti retro aevi caliginem -ens. c *i. q. (in particulas) dividere: terras* (*cf. p. 1407, 42 sqq.*): MELA 3, 7 *Lusitania* in tria promunturia -itur. PLIN. nat. 5, 70 Galilaea ... asperis -rsa montibus. 6, 117 Mesopotamia ... vicatim -rsa. TAC. hist. 5, 8 magna pars Iudaeae vicis -itur ('ist übersät' *Heraeus*). *alia*: PLIN. nat. 16, 121 nux Abellana . . . in plures -rsa ramos. VAL. FL. 6, 54 -rsos trifidis ardoribus ignes. VVLG. Ier. 3, 13 -isti vias tuas (*i. modo hanc modo illam viam ingressus es*) alienis. ALC. AVIT. carm. 2, 135 (*de serpente*) trifidam -unt guttura linguam. d *i. q. distribuere* (*ad hanc notionem multa eorum accedunt, quae p. 1407, 62 sqq. proposita sunt, cf. ex. gr. supra l. 2*): TAC. dial. 9 *poeta* subsellia conducit et libellos -it (*sc. auditoribus*). EPIST. impp. de Asia (Bruns, fontes^{7} p. 270) I 17 per curias singulas omni iugatione -rsa. *passive i. q. passim extare, passim inveniri*: PLIN. nat. 12, 20 alterum *genus hebeni* fruticosum . . . et tota India -rsum. AVG. civ. 15, 13 p. 82, 22 D. in codicibus tam multis et tam longe lateque -rsis. COD. Iust. 1, 17, 1, 2 tot auctorum -rsa volumina. e *i. q. dissolvere*: SIL. 1, 56 sponte -itur *bitumen* (discerpitur *al.*). MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 25 corporis species dissoluta cum in elementa -itur. MARCELL. med. 32, 49 apostemata . . . si mollia fuerint, ut -antur. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 332, 26 rerum naturae formam tenui primum et inani mole -rsum . . . in quattuor elementa concretam. ALC. AVIT. carm. 3, 263 -rsum naturae lege cadaver. f *i. q. huc illuc iactare, iacere*: *membra*: CELS. 2, 6 p. 36, 27 D. aeger *appropinquante morte* bracchia et crura nudat et inaequaliter -it. *tela*: SIL. 4, 195 -it gaesa lacerto. TAC. hist. 3, 23 tela ... -rsa (*i. huc illuc cadentia*) primo (AMM. 19, 5, 5 tela summa peritia -bant). MAXIM. eleg. 3, 4 (*de Iove*) fulmina -ens. g *i. q. abicere*: VVLG. Is. 30, 22 -es ea sicut immunditiam menstruatae. CLAVD. 7, 204 video ... gemmatos ... humilem -ere Persida cultus.

2 *animantia*: a *homines* (*tam per vim, i. q. disicere, disturbare, quam vi non adhibita, i. q. multitudinem passim ita distribuere, ut singulis locis singuli sint vel pauci. passive saepe sensu mediali. part. perf. pass. saepe ad adiectivi notionem vergit, cuius exempla v. p. 1411, 22 sqq.*): α *c. obiecto solo*: CAES. Gall. 1, 40, 8 desperantes iam de pugna et -rsos subito adortum (4, 32, 5 -rsos *nostros* ... subito adorti. 7, 16, 3 civ. 2, 38, 5. 3, 92, 2. BELL. Afr. 52, 3 in Numidas cupide insequentes -rsosque impetum fecerunt. TAC. hist. 2, 40. 4, 37 AMM. 28, 5, 15). Gall. 5, 58, 3 -rsi ac dissipati discedunt (HIRT. Gall. 8, 5, 1 -rsi profugiunt). 6, 34, 3 a perterritis ac -rsis (*opp.* universis, *item* NEP. Them. 4, 2). Gall. 6, 34, 6 -rsos circumveniendi. 6, 35, 6 multos ex fuga -rsos excipiunt. 6, 36, 2 -rsis ac paene deletis hostibus. civ. 3, 7, 3 impeditis navibus -rsisque remigibus. HIRT. Gall. 8, 5, 4 -rsi ... dissipantur (*cf.* BELL. Alex. 36, 5 milites dissiparentur -rsique caederentur). 8, 15, 1 ne -rsi perturbarentur. SALL. Iug. 98, 4 -rsos milites ... in unum contrahit (CVRT. 8, 4, 9). LIV. 24, 36, 1 incompositos ac -rsos nanctus eos. 31, 37, 4 conferti praeparatique in -rsos et effusos pugnantes (37, 41, 9 non confertos, sed quam maxime possent -rsos excurrere). 34, 28, 11 -rsos passim fuga (TAC. hist. 4, 18 foeda fuga. ann. 6, 50 passim). 38, 2, 14. VAL. MAX. 2, 7, 15 cum reliquias duorum exercituum ... -rsas collegisset (CVRT. 8, 14, 22 colligere -rsos). CVRT. 8, 2, 22 quos ubi -rsos fugavit. COLVM. 1, 9, 8 -rsi non facile custodiuntur (*sc. qui in agris opus faciunt*). SIL. 6, 564 iacent portis ... -rsum vulgus. 6, 673 -rsa ... agmina *hostium* (*aliter p. 1411, 36*). 16, 202 -rsas sine lege catervas. TAC. hist. 1, 79 -rsi cupidine praedae. 1, 81 fugere et -i. 2, 26. 28 cohortes (4, 16). 2, 42 (*opp.* integris ordinibus). 3, 26. 53 discordes -rsasque ... legiones. 4, 63 sedes ... disiecta Vbios quoque -erat. 4, 71 -rsas (*i. dispersim collocatas*) suorum copias conducunt. ann. 6, 19 iacuit immensa strages ... -rsi aut aggerati. 15, 10 -rso milite (*opp.* in uno habitus). ITALA num. 10, 34 (Lugd.) -antur (διασκορπισθήτωσαν, VVLG. dissipentur) inimici tui. *sic* ITALA *et* VVLG. *saepe* (*pauca v. p. 1409, 10 sqq.*). COMM. instr. 2, 1, 19 apol. 240.

[Becker †]

389 ITIN. Alex. 30. HIL. in Matth. 31, 11 -rsos ... et diffidentes ac trepidos (*de uno*: VVLG. Zach. 11, 16 -rsum non quaeret et contritum non sanabit). AMM. 14, 2, 5 *opp.* globis confertos. 14, 2, 20. 15, 4, 11 -rsi laxatis ordinibus ... truncabautur. 15, 9, 5 ubique. 27, 10, 15. 29, 5, 35 cuius abitu clandestino multitudo -rsa. 30, 1, 22 convivarum horrore maximo -rsorum. 31, 2, 8 de industria -rsi. 31, 9, 3 nostris ignotarum gentium terrore -rsis. 31, 11, 5 -rsos ... globos (31, 15, 5 imbres ... -rsere circumferentium globos). VEG. mil. 2, 17. 3, 3 *opp.* collecti. 3, 6 *opp.* conglobati. 3, 25. [3, 26 p. 122, 11.] 4, 28 sive ... fuerint ... otio aut aliqua necessitate -rsi. VVLG. I par. 10, 7 huc illucque. Iudith 5, 23 ex dispersione, qua -rsi fuerant. Iob 40, 6 -e superbos in furore tuo (*sim.* psalm. 58, 12. 88, 11). sap. 11, 21 -rsi (λικμηθέντες) per spiritum virtutis tuac. Is. 41, 16 illos ... procella -et. 56, 8 deus ... congregat -rsos (Ier. 31, 10 Ezech. 20, 34. 41. 28, 25. 29, 13 *al.*). Luc. 11, 23 qui non colligit mecum, -it (σκορπίζει). SVLP. SEV. *passim.* SIDON. epist. 1, 2, 9 ambitus (*metonymice, fere i. q. clientes*) ... per aulicos ... pro patronorum varietate -itur. *adde*: PRVD. apoth. 474 video longe -ier *accitas umbras.*

de navigantibus: VERG. Aen. 3, 197 -rsi iactamur gurgite vasto. LIV. 31, 45, 14. *cf. infra l. 26. 43.*

β indicatur quo vel ubi sim.: *ablativo*: CIC. Flacc. 30 *v. p. 1411, 23.* CAES. civ. 3, 88, 5 quae (*milia*) tota acie -erat (*i. distribuerat*). HIRT. Gall. 8, 10, 3 impeditis locis -rsi pabulatores. VERG. Aen. 8, 321 genus *hominum* ... -rsum montibus altis. LIV. 29, 32, 7 ala equitum -rsa lato campo. LVCAN. 3, 188 vagus altis -rsus silvis Athamas. SIL. 12, 362 -rsi pelago ... Teucri (DRAC. Romul. 8, 400). AVR. VICT. Caes. 2, 4 *cohortes* -rsae proximis municipiis seu Romae. AVG. civ. 18, 47 p. 331, 19 D. toto orbe. *praepositionibus*: in *c. acc.*: CIC. inv. 1, 2 -rsos homines in agros (*cf. l. 32*) et in tectis silvestribus abditos. CAES. Gall. 6, 34, 1 in omnes partes -rsa multitudo. MELA 1, 42 in familias passim et sine lege -rsi. FRONTIN. strat. 1, 5, 3 *milites* -rsi in proximos agros ad comparanda *eqs.* TAC. hist. 3, 76 in ministerium luxus -rsis militibus. ann. 1, 56 in silvas. 3, 74 tripertitum exercitum plures in manus -it. ITALA gen. 11, 4 (Aug. civ. 16, 4 p. 129, 18 D.) antequam -amur in faciem omnis terrae (διασπαρῆναι, VVLG. dividamur). ITALA Ier. 30, 11 (Hier. adv. Pelag. 2, 28) in quas gentes -rsi te (VVLG. lev. 26, 33). *al.* HIL. in Matth. 15, 3 in loca vicina. VVLG. I reg. 14, 34 -imini in vulgus. Sirach 28, 16 de gente in gentem (διέστησεν). 48, 16 in omnem terram. Ezech. 5, 12 in omnem ventum (ἐσκορπίσθησαν). Bar. 3, 8 *captivitate* nos -isti (διέσπειρας) in improprium et in maledictum et in peccatum. *al.* *nota de uno i. q. abripere*: LVCAN. 9, 126 quem sors alias -rsit in oras (*cf. supra l. 19*). in *c. abl.*: CAES. Gall. 3, 28, 3 -rsis in opere nostris. VELL. 2, 21, 1 cum in multis ... regionibus exercitus -rsi forent. TAC. hist. 4, 79 -rsos in domibus Germanos trucidaverunt. TERT. resurr. 30 p. 67, 25 statum ... Iudaeorum ... -rsum in campo orbis. ITALA Ezech. 20, 34 (Tycon. 4 p. 35, 17) in quibus *regionibus* -rsi sunt (διεσκορπίσθητε). VVLG. III reg. 22, 17 in montibus. Esth. 13, 4 in toto orbe terrarum. Tob. 3, 4. psalm. 43, 12. Ier. 15, 7 -am eos ventilabro in portis terrae. *al.* per: EPICED. Drusi 390 summa ... -rsi per iuga Pannonii. LIV. 31, 36, 5 -rsos milites per agros (31, 37, 2). VAL. MAX. 9, 2 ext. 3 *tot milia* civium Romanorum in Asia per urbes negotiandi gratia -rsa. SIL. 7, 54 per devia passim. 16, 69 agmina ... -rsa per agros. TAC. hist. 2, 56 -rsi per municipia ... spoliare. 3, 13 ceteris *militibus* per militiae munera -rsis (5, 21). 3, 35 victae legiones ... per Illyricum -rsae. ann. 4, 2. 16, 27 SVET. Tib. 37, 1 FRONTO p. 237, 18 N. APVL. Plat. 1, 12 deos ... ad tutelam et decus per omnia mundi membra -rsit *summus deus.* COMM. apol. 169 quos inde -rsit per insulas terrae semotos. RVFIN. hist. mon. prol. per eremum -rsi *monachi.* hist. 2, 1, 8 discipulos ... per ... Iudaeam -rsit seu potius disseminavit (διασπαρέντων). HIL. in Matth. 25, 2 per omnes orbis partes viris apostolicis -rsis. AMM. 16, 11, 15 milite -rso per stationes hibernas (17, 10, 10. 21, 12, 22 per Thracias. 28, 6, 12). 22, 7, 7. 23, 2, 3. 23, 6, 61 per intervalla ... longa. 27, 8, 10 multos per diversa libero commeatu -rsos. 31, 6, 5 per Thraciarum latus omne -rsi. 31, 10, 9 per calles. 31, 16, 8. VVLG. exod. 5, 12 deut. 28, 25 *al.* AVG. civ. *saepe.* NOT. dign. occ. 42, 37 praefectus laetorum Lingonensium per diversa -rsorum Belgicae primae. AVELL. p. 5, 2 per exilia et peregrina loca. *reflexive*: GREG. M. in Ezech. 1, 1, 12 sese per diversa -unt. ad: FRONTIN. strat. 2, 1, 6 cum hostes -rsi essent ad similia munera (VEG. mil. 3, 8 p. 82, 7 ad munera facienda). 2, 1, 18 cum ... ad contrahendas copias -rentur (*cf. etiam supra l. 32*). VEG. mil. 3, 10 -rsi ad praedandum. 4, 27 ad requiem aut ad curanda corpora. VVLG. psalm. 58, 16 ad manducandum. Ier. 43, 5 ad quas *gentes* fuerant ante -rsi. super: VVLG. gen. 11, 9 super faciem cunctarum regionum. inter: ITALA Ezech. 36, 19 (Tycon. 4 p. 32, 21) inter nationes (VVLG. in gentes). VVLG. Tob. 13, 4. ab: SALL. Iug. 51, 1 -rsi a suis. VVLG. Tob. 14, 6 a terra Israhel. Ier. 49, 5 -emini singuli a conspectu vestro. I Macc. 4, 4 -rsus erat exercitus a castris (ἐσκορπισμέναι ἦσαν). ex: HIL. in Matth. 27, 10 colligendos ... qui non ex Abrahae sint stirpe -rsi. de: VVLG. I Macc. 7, 6 de terra nostra (ἐσκόρπισαν). AVG. civ. 18, 52 p. 339, 1 D. in psalm. 100, 13. *v. etiam supra l. 39.*

b *bestias*: VARRO rust. 2, 3, 9 quod caprae lascivae et quae -ant sc. 2, 4, 20 *porci* silvestri loco -rsi. FRONTO p. 35, 18 N. oves consternatae -untur (*trop. de hominibus*: BARNAB. 5, 12 p. 38, 6 VVLG. Ezech. 34, 5. 12 Zach. 13, 7 Matth 26, 31 Marc. 14, 27. Ioh. 10, 12 lupus ... -it oves. *cf.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 18 p. 188, 2. *sim.*: VVLG. Ier. 10, 21 grex eorum -rsus est [23, 2. 50, 17 *al.*]. AVELL. p. 202, 19 Christi ... ovilia). AMM. 18, 6, 13 -rsis per pabulum equis. MIRAC. Theclae 2 p. 171, 7 boves ... lora et iuga excutientes -rsi sunt.

II *translate*: A *sensu strictiore, vi spargendi integra*: *in re rhetorica et in litteris i. q. hic illic inspergere, interserere, nullo ordine proferre*: RHET. Her. 2, 2, 3 narratio accusatoris suspiciones interiectas et -rsas habere debet. 4, 23, 32 si raro interseremus has exornationes et in causa tota varie -emus (4, 31, 42 exornationes verborum ... non vage -rsimus). 4, 40, 52 res tota causa (r. in t. c. *CE*) -rsae coguntur in unum locum (*cf. p. 1411, 72 sq.*). CIC. inv. 1, 30 membratim oportebit partes rei gestae -ere in causam. 1, 49 numeros et modos et partes argumentandi confuse et permixtim -rsimus (*opp.* digeremus). Att. 1, 19, 10 Lucullus de suis historiis dixerat se ... barbara quaedam et soloeca -isse. TERT. adv. Hermog. 42 p. 172, 1 -isti omnia (*sc. argumenta*) ... at ego colligam singula et conferam. SVLP. VICT. rhet. 52 p. 346, 16 voluntatis locus est ... in totam causam -rsus. COLVM. 9, 2, 1 veterum auctorum placita secretis -rsa monimentis collegit. PLIN. nat. 34, 53 insignes *artifices* raptim transcurram, reliqua multitudine passim -rsa. VEG. mil. 1 praef. p. 5, 4 quae apud diversos historicos ... -rsa et involuta celantur, ... proferantur in medium. 1, 8 p. 13, 10 horum *auctorum* ... quae -rsa sunt, velut in ordinem epitomata conscribo. 3 praef. p. 64, 15 per diversos auctores librosque -rsa. COD. Iust. de cod. comp. 2 quae in variis constitutionibus -rsa suut.

B *sensu latiore, vi spargendi evanida*: 1 *res incorporeas*: a *i. q. diffundere*: *bellum, pestem sim.*: CIC. Manil. 31 tantum bellum ... tam late divisum atque -rsum (35 longe lateque). ac. 2, 120 cur tam multa pestifera terra marique -erit *deus.* SIL. 14, 424 pestis Vulcania (*i. ignis*) ... implet -rsa foros (FLOR. epit. 3, 6, 7 -rsam toto mari pestem *sc. piratas*). PS. APVL. Ascl. 26 morbis pestilentibus ... per diversa loca -rsis (DICT. 2, 30). VVLG. II reg. 18, 8 proelium -rsum super faciem omnis terrae. *rumorem, clamorem, famam sim.*: CIC. Planc. 56 ne disseminato -rsoque sermoni fortunas innocentium subiciendas putetis (QVINT. inst. 5, 3, 3). LVCR. 4, 182 gruum ... clamor in aetheriis -rsus nubibus austri (= 4, 911). PHAEDR. 5, 5, 11 -rsus rumor (TAC. hist. 2, 42. 96 ann. 4, 24 AMM. 26, 6, 3. 28, 1, 27 SVLP. SEV. Mart. 18, 2 *al.*). PLIN. nat. 35, 88 famam (HIER. epist. 4, 1, 1 tuae dilectionis fama -itur. *cf.* AMM. 31, 5, 8 haec ubi fama rumorum nutrix maligna -rsit). LAVRENT. Chan. p. 122[D] verba sua. *nota*: -ere *quasi dicendi verbi vice fungitur sequente acc. c. inf.*: TAC. hist. 2, 1 vulgus ... -erat accitum in adoptionem *Vespasianum.* ann. 14, 38 -erat novum legatum opperiendum esse. *varia*: LIV. 2, 28, 4 in mille curias contionesque ... -rsam et dissipatam esse rem publicam. VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 tanta ... vis, tanta copia litterarum undique colligenda erat, ut invicem per totum terrarum orbem -i et dilatari posset. SIL. 7, 315 cum fervorem -erit ignis. TAC. ann. 4, 18 plus formidinis in alios -batur (AMM. 29, 6, 9. *cf.* 21, 7, 2 terrorem ubique). FRONTO p. 117, 17 N. tanta multitudine omnium generum omniumque ordinum, in quos amorem vestrum -itis. p. 208, 5 per tot provincias ... curas ... -ere. AVIEN. orb. terr. 346 Nilus ... immensos vitam (*Wernsdorf*, ulnam *vel* vluan *codd.*) -it in agros. ITIN. Alex. 49 nomen Indiae late -rsum. HIER. epist. 18[A], 6, 7 sermonis varietas in omnes -rsa est nationes. tract. in psalm. I p. 281, 25 -rsas in toto orbe esse haereses diversas (PRAEDEST. 1, 13 p. 591[B]). vir. ill. 54 Alexandriae -rsa ecclesia. OP. imperf. in Matth. 20 p. 744 idololatria ... per varias idolorum culturas semper -rsa est. ENNOD. dict. 15, 3 p. 470, 2 ut plurimis per guttas (*veneni*) fata -ret *noverca.* carm. 1, 21, 18 -rsa mors quos afficit, ad vota mortis evolant. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 13 apostolorum praedicatio in universo mundo. b *i. q. dissolvere, infirmare, irritum facere*: *ad vim propriam accedunt haec*: VERG. Aen. 11, 617 vitam -it in auras (SIL. 9, 167. *cf.* LVCR. 3, 544 *p. 1406, 49*). 11, 795 voti Phoebus .. partem ... -rsit in auras (OV. epist. 8, 61 iram [disparg- G^1, defund-, diffund- *cett. cf. p. 1406, 63*]). *inde notione dilatata*: TERT. resurr. 37 p. 79, 19 *deus* recogitatus illorum ... senserat -endos. adv. Marc. 2, 20 p. 362, 15 intentionem uniuscuiusque (adv. Val. 33 p. 209, 6. PALLAD. hist. mon. II p. 365[C] *syn.* pervagationem patitur). patient. 13 p. 20, 14 patientia ... severitatem *dei* -it. scorp. 5 occisionem occisione (*syn.* dissolvere, discutere, evaporare). adv. Val. 1 p. 178, 8 fatua simplicitate sua⟨m⟩ caede⟨m⟩ -unt. apol. 5 poenam. ITALA num. 15, 31 (AVG. quaest. hept. 4, 25 p. 333, 18, *cf.* p. 334, 20) mandata *domini* (διεσκέδασεν, VVLG. praeceptum ... fecit irritum). ITALA Is. 14, 27 (Tycon. 4 p. 52, 21) quod cogitavit *deus*, quis -et? (διασκεδάσει, VVLG. poterit infirmare). ITALA Ier. 13, 9 (Wirc.) -am contumeliam (φθερῶ, VVLG. putrescere faciam). AMM. 20, 5, 4 -rsa gentium confidentia (*i. -rsis gentibus confidentibus*). COD. Iust. 5, 4, 28, 4 matrimonia. *adde i. q. abstrahere*: ITALA psalm. 88, 34 (Cypr. epist. 11, 2. 55, 22) misericordiam meam non -am ab eis (διασκεδάσω, VVLG. ab eo). c *i. q. distrahere, disturbare*: SALL. Iug. 41, 6 plebis vis soluta atque -rsa in multitudine minus poterat (CVRT. 10, 9, 2 primum ...

[Becker †]

collisere vires, deinde -crunt. TAC. hist. 3, 56). ITALA gen. 11, 7 (Chron. Alex. chron. I p. 94, 334) -rsas faciamus . . . eorum linguas (συγχέωμεν, VVLG. confundamus). TERT. adv. Prax. 16 p. 256, 20 linguas . . . -ens (disperdens *cod.*, dispertiens *Vrs.*). virg. vel. 11 cohaerentiam. LACT. inst. 4, 3, 20 animus in multa -rsus. AMM. 23, 6, 76 per libidines varias (*sc. polygamiam*) caritas -rsa torpescit. PS. AMBR. laps. virg. 8, 38 si . . . sensus humanus non -retur vanitate saeculari. POMER. 2, 15, 2. GREG. M. moral. 26, 78 p. 395^A *corda* innumeris cogitationibus -untur. in Ezech. 1, 8, 13 mentem (*opp.* se colligere). NICET. vigil. p. 65, 11 sensum duplex cura -it. **d** *i. q. dividere*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 102 dicemus . . . de . . . sociatis metrorum generibus, quorum bifariam ratio -itur. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 14, 13 Aristoteles . . . accidens in novem membra -rsit. 1, 7 p. 17, 9 in substantiam atque accideus omnes res secaret atque -ret.

2 *homines* (*deum v. l. 16*): **a** *i. q. dissolvere*: CLAVD. 17, 73 *Empedocles* -it revocatque deum. **b** *i. q. distrahere in diversa studia*: AVG. epist. 130, 15 p. 56, 8 per multa -imur. ORIG. in I reg. 1, 4 p. 999^B per multa dividitur et in diversa -itur.

syn.: dissipare, distrahere, dividere.

opp.: cogere, colligere, congregare.

part. perf. pass. pro adi. **dispersus,** -a, -um. **A** ***proprie***: **1** *de hominibus* (*de deis v. l. 42*): CIC. Sest. 91 ut quodam tempore homines . . . -i vagabantur (Flacc. 30 qui *praedones* toto mari -i vagareutur). de orat. 1, 33 -os homines unum in locum congregare (VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 vicatim -os cives suos in unam urbem contraxit. IVV. 15, 151 -os trahere in populum). rep. 1, 40 multitudo -a atque vaga concordiā civitas facta erat. Att. 8, 12^a, 1 existimabam -os nos neque rei publicae utiles neque nobis praesidio esse posse. LVCR. 4, 576 palantes comites . . . magna -os voce ciemus. CAES. Gall. 7, 14, 4 pabulum . . . necessario -os hostes ex aedificiis petere. civ. 1, 44, 1 rari -ique pugnarent. BELL. Alex. 29, 4 equites . . . -i vada quaerentes (STAT. Theb. 4, 369). LIV. 2, 53, 1 -i alii alia manipulatim excurrunt. 31, 42, 8 -i fugerunt (AMM. 16, 2, 6 abire). 40, 28, 1 -i, inordinati exibant (*opp.* compositi et instructi). SEN. Oed. 478 *Bacchus* -os domuit Gelonos (*i. dispersim habitantes*. TAC. Agr. 21 homines -i ac rudes). CVRT. 4, 16, 25 -is agminibus abiere (*aliter p. 1408, 76*). SIL. 15, 477. IVV. 4, 48 -i . . . algae inquisitores. PANEG. 10 (4), 18, 5 magnificentius congregata obteris, quae scrupulosius -a sequereris (*i. congregatos . . . -os*). AMM. 17, 12, 1 Pannonias . . . cuneis incursare -is. 31, 13, 8 VEG. mil. 3, 23. RVFIN. patr. 3, 2 -i *nominantur*, quorum patria temploque subverso per orbem terrae incredulum dispergitur geuus. *al.* *de deis*: TERT. adv. Val. 3 p. 180, 10 tot coniugia, tot genimina, tot exitus, tot eventus . . . -ae atque concisae divinitatis.

2 *de rebus*: **a** *corporeis, i. q. dispersim iacens*: CIC. nat. deor. 1, 34 ex -is quasi membris simplex sit putandus deus. Phil. 14, 34 -is bustis humili sepultura crematos (*sim. de aedificiis*: CVRT. 4, 7, 20 -is tuguriis habitant. SIL. 17, 89 qualia Maurus amat -a mapalia pastor. RVFIN. hist. mon. 22 -arum in eremo cellularum. 29 p. 453^D per eremum). LVCR. 5, 664 Idaeis fama est e montibus altis -os ignes . . . cerni (VERG. Aen. 10, 405 -a . . . incendia. LVCAN. 1, 606 -os fulminis ignes colligit). BELL. Alex. 42, 3 -is Octavianis navibus erat potitus (45, 2 cum . . . Tauridem accessisset -is suis navibus [*Nipperdey*, distersis *vel* distensis *codd.*]. *cf.* LIV. 37, 24, 4 signo . . . quo -am classem in unum colligi mos erat. CVRT. 9, 9, 19. *v. etiam p. 1407, 26 sq.*). SEN. nat. 3, 15, 7 colligitur roris modo tenuis et -us liquor. LVCAN. 5, 562 -os traxere cadentia sulcos sidera. APVL. met. 7, 21 ligno . . . abiecto -oque. 11, 4 per *pallae* extremitatem . . . stellae -ae coruscabant. AVIEN. Arat. 24 primordia (*i. elementa*). CLAVD. rapt. Pros. 3, 440 -a viarum indicia. **b** *incorporeis, i. q. diffusus, vagus*: CIC. Manil. 22 ut eorum (*membrorum Absyrti*) collectio -a . . . celeritatem persequendi retardaret. LIV. 31, 42, 9 in -a fuga. VAL. MAX. 4, 1 ext. 4 -am . . . et vagam vitam. SIL. 17, 509 -a virorum proelia. APVL. met. 8, 15 non laciniatim -o, sed cuneatim stipato commeatu (*i. itinere*).

B ***translate***: **1** *i. q. varius, diversus*: *de hominibus*: VARRO ling. 10, 60 homines imperiti et -i vocabula rebus imponunt, quocumque eos libido invitavit. *de rebus*: AVSON. Mos. 62 lapsus aquarum prodit caerulea -as luce figuras (*cf. Hosius ad l.*).
2 *i. q. diffusus* (*maxime de rebus, quae litteris, artibus sine ordine continentur*): VARRO rust. 1, 1, 10 Mago . . . res -as comprendit libris *tot.* CIC. de orat. 1, 187 omnia fere, quae sunt conclusa nuuc artibus, -a et dissipata quondam fuerunt. 1, 191 haec, quae -a sunt, coguntur (*cf. p. 1410, 14*). Q. CIC. pet. 1 ut ea, quae in re -a atque infinita viderentur esse, ratione et distributione sub uno aspectu ponerentur. SERV. gramm. IV 465, 1 de -is. 465, 3 illa . . . velut confusa digessi, haec velut -a collegi. NOVELL. Iust. app. tit. libr.: appendix constitutionum -arum. SVBSCR. Sedul. carm. pasch. (Sedul. ed. Huemer p. VII adn. 2) hoc opus Sedulius inter cartulas -um reliquit, quod recollectum adunatum *eqs.* *speciatim t. t. rhet.*: QVINT. inst. 9, 3, 39 (*de figuris dicendi*) ut haec in unum congeruntur, ita contra illa -a sunt, quae a Cicerone 'dissipata' dici puto: 'hic segetes, illic veniunt felicius uvae, arborei fetus alibi'. CARM. de fig. 58 (*inscribitur* 'διηρημένον' [διερειμμένον *cod.*]) -um est id (-um reddo *codd.*), quod passum (sparsum *Sauppe*), non ordine reddo.

n. sing. pro subst. dispersum, -i. *i. q. dispersio, distractio*: TERT. adv. Marc. 1, 4 p. 295, 25 in -o multifarium videtur summum magnum. CYPR. epist. 66, 8 p. 732, 12 scripsisti . . . quod ecclesia . . . propter me portionem sui in -o habeat (*opp.* collectum et adunatum esse). *i. q. res dispersa*: VVLG. Zach. 11, 16 *pastor* -um (τὸ ἐσκορπισμένον) non quaeret. *t. t. rhet.*: *v. p. 1411, 83.* in -o (*aliter l. 2. 4*): *i. q. hic illic*: TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 290, 14 varietas . . . in -o reperta. *i. q. discretim, singillatim*: TERT. adv. Hermog. 32 p. 162, 5 species in -o demonstrent. ex -o: TERT. adv. Val. 29 p. 204, 17 colligam . . . ex -o ad concludendum, quae . . . disserant.
n. plur. dispersa: TERT. resurr. 24 p. 60, 24 -a antichristi (*i. antichristi potentia hic illic dispersa*).

adv. **disperse**: *i. q. diffuse, per occasionem, sine certo ordine*: CIC. inv. 1, 98 enumeratio est, per quam res -e et diffuse dictae unum in locum coguntur. 2, 11 cum . . . ceteris de rebus distinctius dictum sit, -e autem de confirmatione et de reprehensione, nunc certos confirmandi et reprehendendi in singula causarum genera locos tradendos. Verr. 5, 116 quae -e a me multis in locis dicentur. APON. 1 p. 8 spiritus sanctus, qui in aliis prophetis -e de hac coniunctione locutus est. **dispersim**: *i. q. disperse*: VARRO rust. 1, 1, 7 qui graece scripserunt -m alius de alia re. 3, 2, 13 alii quaedam (quod *cod.*) separatim ac -m in libris reliquerunt. SVET. Iul. 80, 1 consilia . . . -m antea habita et quae saepe bini ternive ceperant, in unum omnes contulerunt. IREN. 1, 9, 4 dictiones et nomina -m (σποράδην) posita colligentes transferunt. AVG. quaest. hept. 1, 161 p. 83, 11 quacumque -m leguntur 'misericordia et iustitia' vel 'misericordia et iudicium' vel 'misericordia et veritas'.

disperilis (-iter) *v.* disparilis.

dispern- *v.* despern- (GLOSS. IVVENC. 2, 255 AMBR. serm. 18, 1).

dispersē (-sim) *v.* dispergo.

***dispersio** (-sparsio), -ōnis *f.* *a* dispergere. GRAMM. suppl. 181, 31 dispersio . . . et respersio bene profertur per e; consparsio tamen satius per a profertur. -sparsio: ITALA deut. 30, 4 (Lugd.) Ioh. 7, 35 (cod. e) DIDASC. apost. 55, 18 HIER. tract. in psalm. I p. 124, 1 CASSIAN. conl. 10, 10, 11. *plur.*: *l. 46. 69. 83. p. 1413, 2. 12* GLOSS. διασπορά. *in litteris ex graeco conversis praeter hanc vocem exprimuntur*: σκορπισμός (*infra l. 46*), διασκορπισμός (*infra l. 63*), διαρπαγή (*p. 1413, 21*). *legitur certis locis inde a* TERT. [*dub.*: CIC. Phil. 3, 30 cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum et ad -em (*Vt*, disperditionem *cln*) urbis venire conatus (*R. Klotz coni.* dispertitionem, *coll.* 4, 9 quibus . . . urbem se divisurum esse).]

I ***proprie***: **A** *sensu strictiore, vi spargendi integra*: *i. q. mera actio dispergendi*: TERT. nat. 1, 16 seminum (*de liberorum procreatione per libidinem passim effusam*). HIL. in Matth. 27, 10 homo . . . sine -e collecturus et sine satione messurus (*spectat ad Matth. 25, 24*). RVFIN. hist. 3, 36, 9 -es ossium (σκορπισμοὶ ὀστέων). GREG. M. moral. 30, 22 pulveris.

B *sensu latiore, vi spargendi imminuta*:
1 *i. q. dissipatio, diffusio, dispulsio*: TERT. resurr. 20 p. 53, 19 Israhelis . . . ultimae . . . -is exitum (31 p. 69, 13. *ibid.* 15 -is . . . iniuria). adv. Iud. 13 p. 738 Oehl. *Iudaeos* in -em demorari. adv. Marc. 3, 21 populo *Iudaico* ex -e redigendo. 3, 23 p. 418, 1 Christus -em eis (*Iudaeis*) postulat a patre: 'disperge eos in virtute tua' (= VVLG. psalm. 58, 12). *ibid.* p. 418, 21 gentis. ITALA Is. 49, 6 (Tert. adv. Prax. 11 Tycon. 4 p. 38, 2) Israhelis (διασποράν, VVLG. faeces). HIL. in Matth. 7, 3 gentium. TYCON. 4 p. 35, 7 regressui -is Israhel. SERV. Aen. 1, 70 deletur exercitus aut internecione aut -e (ISID. orig. 18, 2, 7). HEGES. 1, 2, 1 reliquorum -e bellum confectum. 4, 23, 1 Idumaeorum. HIER. vir. ill. 1 *Iudaeorum.* tract. in psalm. I p. 124, 1 -o . . . profuit illis ipsis, qui dispersi sunt (*opp.* consensus). in Ier. 10, 21 p. 916 populi. in Ezech. 5, 1 p. 49 gladio, captivitati ac -i traditur. VVLG. Iudith 5, 23 ex -e, qua dispersi fuerant, adunati sunt. Dan. 12, 7 -o manus populi sancti (διασκορπισμός). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 117^A *al.* HESYCH. in lev. 26, 27/45 p. 1153^B non solum sensibili hac -e (*sc. Iudaeorum*), sed et intellegibili. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 14 *incolarum* malae congregationis opportuna -o (*sc. linguarum divisione*). SACR. Leon. p. 316/7 gentium facta -o divisione linguarum. CHRON. Alex. chron. I p. 94, 22 factum est -o. *ibid.* 23 turris aedificationem et -em terrae. GILD. Brit. 19 chron. III p. 35, 20 -es solito desperabiliores . . . accelerantur. SALON. in eccles. p. 999^D de gentium -e et collectione. *de bestiis* (*cf.* dispergo *p. 1409, 84*): VEG. mil. 3, 8 p. 82, 9 pascentium equorum -o occasionem superventibus praestat. *indicatur quo sive ubi, praepositionibus in c. abl.*, ab, ad, per: ITALA deut. 28, 25 (Monac.) erit -o tui in omni regno terrae (ἔσῃ διασπορά, VVLG. dispergaris). 30, 4 (Lugd., Aug. loc. hept. 5, 65 p. 611, 22) si fuerit -o tua ab extremo caelo usque ad extremum caelum (ἡ διασπορά σου, VVLG. fueris dissipatus). AVG. epist. 232, 3 per cuncta -o. civ. 18, 46 tit. de -e Iudaeorum per omnes gentes. PROSP. chron. I p. 386, 20 divisae sunt linguae et per orbem terrae gentium est facta -o.

2 *i. q. status eorum, qui dispersi sunt, dispersa multitudo* (*gr. ubique* διασπορά): ITALA Ioh. 7, 35 (cod. e) in -em Graecorum (VVLG. gentium) incipiet ire. VVLG. psalm. 146, 2 -es Israelis congregabit. II Macc. 1, 27 congrega -em nostram. I Petr. 1, 1

[*Becker †*]

Petrus . . . electis advenis -is Ponti. AVG. in psalm. 146, 4 dominus colligens -es populi ipsius (PROSP. in psalm. 146, 3 CASSIOD. in psalm. 146, 5 *al.*). epist. 102, 35 in captiva -e. PROSP. in psalm. 147, 20 in unitatem confluat universa -o. VEREC. in cant. 6, 1 -em populi sui dominus recollegit. esse (vivere *sim.*) in -e *de Iudaeis extra Palaestinam viventibus*: DIDASC. apost. 55, 18 cum in -e inter gentes sitis. VVLG. Iac. 1, 1 duodecim tribubus, quae sunt in -e. RVFIN. hist. 3, 4, 2 qui in -e sunt. PAVL. NOL. epist. 50, 7 (= AVG. epist. 121, 7) in omnium gentium -e viventes *Iudaei*. CASSIOD. Didym. in Iudam p. 1749^A^ Iudaeis . . . in -e constitutis. *ibid.* p. 1755^A^ qui in totius orbis -e morabantur. *nota* -es *i. q.* *dispersae regiones*: ITALA iud. 1, 18 (Lugd.) hereditavit Iudas . . . ueque Zotum neque -es eius (τὰ περισπόρια αὐτῆς, VVLG. *deest*).

3 *i. q.* *divisio, distributio*: TERT. adv. Prax. 3 ut deus divisionem et -em pati videatur in filio et in spiritu sancto. CASSIOD. anim. 9 p. 1297^A^ nervi quam congrua -e corpus omne contineant.

4 *i. q.* *excidium*: VVLG. Dan. 12, 7 cum completa fuerit -o manus populi sancti. AVG. c. Gaud. 1, 19, 20 poena interitus sui et -is domorum suarum. *nota*: in -em ire *i. q.* *vastari*: ITALA Dan. 3, 96 (Aug. epist. 105, 7 p. 600, 9) in iuteritum irent et domus eorum in -em (ἔσονται . . . εἰς διαρπαγήν, VVLG. vastetur).

5 *i. q.* *largitio*: CASSIOD. in psalm. 111, 9 (*v.* dispergo *p. 1408, 8*) ipsa est -o, quae feliciter congregat; ipsa erogatio, quae caelorum regna mercatur.

II *translate*: *i. q.* *confusio* (*opinionum*): CASSIAN. conl. 1, 7, 4 errorum pervagationumque omnium -es poterimus evadere. 10, 10, 11 nec cogitationum -es valeo coercere. OP. imperf. in Matth. 54 p. 944 colligunt animas ex -e alicuius erroris.

dispersor, -ōris *m. a* dispergere. *is qui dispergit, dissipat*: AMBR. paenit. 2, 4, 25 ut sciatis, quia de -bus dicit, sic habemus scriptum: . . . 'qui non colligit mecum, dispergit' (*Matth. 12, 30*). PS. AVG. symb. 1, 5, 12 non glorietur -r. GREG. M. epist. 4, 11, 10 ut . . . non culpa -is incumberet. FACVND. defens. 12, 3 p. 844^C^ si quis . . . ecclesiam turbat, . . . dissipator est et mysteriorum dei -r.

dispersus (-sparsus GLOSS.), -ūs *m. a* dispergere. GLOSS. διασκορπισμός. *i. q.* *separatio* (*cf. O. E. Schmidt, Rhein. Mus. 52, 151*): CIC. Att. 9, 9, 2 quod consulem (*M*^1^*C*, consules *vulg.*) laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo; -u enim illorum actio de pace sublata est.

Becker † [pro patria mortem obiit 23. 8. 14].

×dispertio (-or), -īvī (-iī), (-ītus sum), -īre (-īrī) [*a* dis- *et* partire, partiri. *Th*]. *traditur hic illic* dispartio: S.C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278 *a. 176/7*) 39 CLEM. ad Cor. 29 HIER. Didym. spir. 13 VEREC. in cant. 9, 52 GLOSS. II 272, 49. V 451, 1. 497, 2. *deponentis formae leguntur*: CIC. leg. 2, 47 LIV. 3, 10, 9 ITALA exod. 21, 35 (Aug. quaest. hept. 2, 82) psalm. 21, 19 (Tert. adv. Marc. 4, 42 p. 502) AVG. op. imp. 6, 40 PRISC. gramm. II 503, 22 VEREC. in cant. 9, 52. *perfecti vel plusquamperf. formae per* -iv-: PLAVT. Aul. 331 SALL. Iug. 46, 7 NEP. Dion 7, 1 APRING. in apoc. 4 VEREC. in cant. 9, 52. *inf. parag. qui dicitur*: PLAVT. Pseud. 441. *pass. sensu reflexivo*: PLAVT. Curc. 189. GLOSS. ἀπονέμω. GLOSS. V 451, 1. 497, 2 iudex arbiter (dispertitor *recte, ut videtur, Götz coni.*), διαμερίζω. -am διελῶ. διαμερίσω. -it partitur. *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem, frequenter apud solum* CIC. (*19^ies^*). *deest ex. gr.*: TER. CAES. VAL. MAX. SEN. rhet. VITR. VELL. CELSO COLVM. CVRT. SEN. phil. QVINT. PLIN. epist. paneg. *poetisque omnibus praeter* PLAVT. AFRAN. NOVIVM LVCR.; *singulis locis habent*: RHET. Her. PLIN. nat. SVET. ICTI APVL. TERT.

i. q. *distribuere, dividere, separare; hic illic accedit dativ. vel* in *aliquam rem*: 1 *proprie*: a *de hominibus, praecipue in re militari, bis de bestiis* (*cf.* IVLIAN. Vlp. dig. 7, 1, 70, 5 proprie dicit -ire et dividere et divisionem quandam facere): PLAVT. Amph. 220 -iti viri, -iti ordines. Curc. 189 etiam -imini? SISENNA hist. 63 exercitum -unt (LIV. 29, 1, 14 per oppida). CIC. Catil. 4, 7 municipiis -iri iubet *coniurationis Catilinae socios*. Att. 9, 10, 6 vos -itos et in speculis esse. BELL. Afr. 46, 3 tirones autem iubet inter legiones -iri. 67, 3 copiis. SALL. Iug. 46, 7 in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum -verat. 49, 6 inter manipulos funditores . . . -it. PLIN. nat. 9, 48 *pelamydes* in genera cybiorum -untur. TAC. ann. 1, 51 legiones . . . quattuor in cuneos -it. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 39 is numerus universae familiae aequis partibus in singulos dies -atur. ITALA deut. 32, 8 (Clem. ad Cor. 29) cum dispartiebat gentes, cum disparsit filios (διεμέριζεν, VVLG. dividebat). ITALA exod. 21, 35 (Aug. quaest. hept. 2, 82) taurum . . . -entur (διελοῦνται, VVLG. -ent). ITALA psalm. 16, 14 (Aug. epist. 149, 3) eos (διαμέρισον, VVLG. divide. *cf.* AVG. *l. c.* hoc est dividendos atque separandos). VVLG. Is. 53, 12 -am ei plurimos. Marc. 3, 26 -itus est *diabolus*. AVG. op. imperf. 6, 40 singulis rebus singulos -itur auctores. VEREC. in cant. 9, 52 (*per imaginem*) caelestia suis spolia (*ter ibid.*). *nota c. abl. separat.*: AVSON. 419, 16 quorum me etiamsi non secerno numero, tamen quod ad honoris viam pertinet, ratione -o.

b *de rebus corporeis*: PLAVT. Aul. 282 ut -rem obsonium . . . bifariam (*quasi metonymice*: SVET. Vit. 13, 1 epulas trifariam . . . quadrifariam -bat). 331 iniuria -visti: pinguiorem agnum isti habent. CATO or. frg. 1, 21 frumentum. orig. 71 septimus *fluvius* finem Rheginum atque Taurinum -it (ITIN. Alex. 35 Tanais Asiam Europamque -it). AFRAN. com. 2 -antur pariter bona (NEP. Dion 7, 1 militibus). NOVIVS Atell. 15 ut pariter -am *mensas*. SISENNA hist. 23 manuales lapides -it. CIC. de orat. 1, 190 (*per imaginem*) eorum generum quasi quaedam membra -at. Cluent. 69 pecuniam . . . iudicibus -endam (SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 103. Cic. Bob. p. 152, 25 St. tribulibus. HEGES. 2, 1, 4 mille talenta. HIER. epist. 22, 32, 2 nummos -ire pauperibus). Phil. 8, 8 *ut* fortunas nostras partim dissipet partim -at parricidis. off. 2, 40 nisi aequabiliter praedam -at (NEP. Dat. 2 suis). LVCR. 1, 890 herbarum genera et fruges frondesque. 3, 702 -itus enim per caulas corporis omnis . . . cibus. SALL. Iug. 59, 1 portas . . . tribunis -it. NEP. Ages. 8, 4 unguenta . . . servis -iit. FEST. p. 371 *aedificia* itineribus . . . distributa nominibusque dissimilibus discriminis causa sunt -ita (*metonymice*). PAVL. FEST. p. 368 in quas *tribus* urbs erat -ita. TAC. ann. 3, 43 arma occulte . . . iuventuti -it. APVL. Plat. 1, 16 *cibatum* itinera . . . -unt in cruoris habitudinem versum. MIN. FEL. 9, 5 huius certatim membra -unt. ITALA psalm. 21, 19 (Tert. adv. Marc. 4, 42 p. 503) -iti sunt sibi vestimenta mea (διεμερίσαντο, VVLG. diviserunt). LACT. opif. 11, 2 vitales sucos membris. AVSON. 419, 21 munera. VVLG. exod. 21, 35 cadaver . . . mortui inter se -ent. Marc. 3, 25 domus. AVG. civ. 4, 1 ut -itos faceret libros, alios humanis, alios divinis . . . distribuens *Varro*. VVLG. act. 2, 3 -itae linguae (διαμεριζόμεναι).

2 *translate nonnisi de rebus incorporeis*: PLAVT. Mil. 730 vitam humanam. Pseud. 441 quod fecisti flagiti populo viritim potuit -ier. VARRO frg. Non. p. 92, 11 ea quae ad mortales pertinent quadrifariam -rim: in homines, in loca, in tempora, in res. RHET. Her. 4, 35, 47 in plures res aut personas negotia quaedam certa -untur. CIC. de orat. 3, 114 *coniecturam* in quattuor genera -unt. Brut. 163 in membra quaedam . . . -bat orationem libentius. orat. 138 ut aliud alii tribuens -at. Verr. 6, 187 initia vitae. Mur. 75 tempora voluptatis laborisque -unt. leg. 2, 47 iuris consulti . . . id ⟨in⟩ infinitam (*sc. cognitionem*; infinita *codd.*, infinite *Plasberg*) -untur. ac. 2, 42 quas res in minima -unt. Tusc. 3, 81 haec Graeci in singulas scholas . . . -unt. 5, 72 genera -it *ratio disserendi*. fin. 5, 25 necesse est . . . extrema illa et summa . . . inter animalium genera distincta et -ita sint. nat. deor. 3, 93 quomodo . . . vultis . . . -iri ac dividi somnia? epist. 5, 2, 1 mihi tecum ita -itum officium fuisse (AVG. civ. 4, 8 numinum). LVCR. 3, 589 animae naturam. 3, 638 -ita . . . vis animae et discissa simul (6, 593 fera vis venti). NEP. Eum. 2, 1 cum regna singulis familiaribus -rentur. LIV. 3, 10, 9 consules belli administrationem inter se -iri iussi. TAC. ann. 13, 37 vires. TERT. adv. Prax. 16 turrem . . . elidens linguasque -eus (*Vrsinus*, disperdens *codd.*). AVSON. 419, 49 gradibus. HIER. Didym. spir. 13 in quae -itur effusus *spiritus sanctus*. AVG. civ. 6, 1 quae deorum talium potestati -ita. 21, 12 genus humanum. *al.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 19 p. 57, 5 *differentiae* seiungunt atque -unt (-uutur *pars codd.*). 1, 26 p. 77, 21 species genus . . . in plurima segregant atque -unt. 1, 27 p. 79, 4 (*seq.* dissipant dividuntque). comm. sec. 3, 9 p. 228, 16 *al.* APRING. in apoc. 4 hebdomadam. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 11 -itis sermonibus. *nota absolute*: HESYCH. in lev. 7, 8 p. 860^D^ unicuique aequaliter -ens, ut non dissimilia . . . de deo sentirent.

dispertītio, -ōnis *f. a* dispertire. *i. q.* *divisio, distributio, dispersio*: TERT. adv. Hermog. 39 eadem ratione non poterit pati -em et demutationem. AVG. gen. ad litt. 5, 10, 26 per omnes -es suas (*sc. fontis*) ascendens ab terra. *e coni.*: CIC. Phil. 3, 30 *v. p. 1412, 40.* VITR. 2, 8, 17 *v. p. 735, 32.*

? **dispertītor** *v. p. 1413, 52.*

dispertītīvus, -a, -um *a* dispertire. *i. q.* *distributivus*: PRISC. gramm. III 413, 24 ff. habent ex omnibus numeris Romani -a quae Graeci vocant ἐπιμεριζόμενα quae naturaliter semper pluralia sunt . . . ut singuli, bini . . . terni vel trini *eqs.* . . . auctores tamen non proprie etiam singulari numero ea protulisse inveniuntur (*laudantur Verg. Aen. 10, 207 Lucan. 8, 444*).

dispesco, (-uī), -ere [*cf. c.* compescere (*q. v.*), parcere, parcus. *Th.*]. *perfecti forma a* PRISC. gramm. II 509, 8. 511, 16 *laudata nunc caret exemplis.* PAVL. FEST. p. 72 -ere est proprie pecus a pastione deducere, ut compescere una pascere et in uno loco continere. GLOSS. -it διαχωρίζει. secernit. *legitur primum apud* VARRONEM, *deinde deest usque ad* PLIN. nat. [APVL. met. 4, 26 *v. p. 1391, 31.*]

i. q. *dividere, separare, seiungere, dirimere*: 1 *proprie*: VARRO frg. Serv. auct. georg. 4, 265 canales. PLIN. nat. 2, 173 *oceanus* Africam, Europam, Asiam -it. 5, 53 Africam ab Aethiopia -ens *Nilus*. APVL. flor. 15 p. 49 nec *Samos* ab ea (*Mileto*) multo pelagi -itur. SOCR. 4 p. 127 cum . . . habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigii -at ('. . . intercapedine . . . -ant' pro 'distent' PRISC. gramm. II 509, 11). SOL. 7, 15 *Peloponnesus* divortium facit inter Ionium et Aegaeum mare quattuor non amplius milibus -ens. 38, 13 *Taurus* a Ciliciae finibus Asiaticum limitem -it. ITIN. Alex. 18 quidquid utrique possidendum limes Euphratis -ret. AVIEN. orb. terr. 1295 innumeras idem -it flumine gentes. MACR. sat. 3, 15, 7 fretum quod Rhegium a Messana -it. MART. CAP. 6, 603 terra duas sibi partes . . . -it. 6, 622 Europam, Asiam Africamque, quarum primam atque ultimam interruptio -it Oceani. 6, 624. 686. SISEB. carm. poet. min. V 59, 23 limes -it turbida

[Gudeman]

puris. *nota impersonaliter i. q. distare (cf. p. 1414, 76)*: PAVL. NOL. carm. 21,539 tantum -unt via divitis et via Christi. 2 *translate*: IVL. VAL. 2,33 nihil interest quod -at regiam ... aut plebeculae dignitatem.

dispetit: NOT. Tir. 23, 104. *cf.* depeto.

dispex, -icis *adi.*: GLOSS. ὀξυβλέπτης. *a* dispicere.

dispicātus *v.* despicatus.

ᵂ**dispicio,** -xī, -ctum, -ere [*a* dis- *et* specere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 435, 6 nunc in usu simplex non est quomodo ... spicio *etc.* ... ex quibus composita sunt multa ut ... -o. CAESELL. Cassiod. gramm. VII 205, 18 *sqq.* -o verbum compositum quaeritur utrum per duos 's' an per unum scribi debeat ... per duo autem 's' scribendum est ... quoniam ex praepositione et verbo constat esse compositum. PAPIR. Cassiod. gramm. VII 163, 11 'dis' praepositio 's' sequente litteram 's' non amittit, ut -o. *saepe in libris confunditur cum* despicere (*qua sub voce addas ad p. 748, 7 sqq.* ANTH. 390, 15 despectis piscibus [*Meyer*, disp- *codd.*; *opp.* delicias freti]). SERV. Aen. 1, 224 notandum saue quia, si -ens dixerimus, diligenter inquirens significamus. GLOSS. θεωρῶ. διαθεωρῶ. -ere διαβλέψασθαι. -am providebo (*explicatur* desp-, *scribitur* disp-: GLOSS. II 51, 49. 52, 36. IV 3, 17. 54, 44). *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem, sed nusquam frequenter nisi apud* CIC. SEN. phil. PLIN. epist. (*locis decenis septenis*) TERT. (*24ies*). *deest ex. gr.*: TIB. PROP. HOR. SEN. rhet. VELL. CVRT. STAT.

I ***proprie***: A *intransitive*: 1 *de iis qui caeci vel in caligine versantes primum lucem vident*: CIC. fin. 2, 97 ut primum -xit (*de Epaminonda vulnerato animum iam recipiente*). 4, 64 catuli, qui iam -uri sunt, caeci aeque et ii, qui modo nati. 4, 65 catuli aeque caeci, priusquam -erunt. SVET. Nero 19, 1 tanta oborta caligo est, ut -ere non posset. *per imaginem*: CIC. ac. 2, 61 ne scintillam quidem ullam nobis ad -endum reliquerunt. Tusc. 1, 45 qui ... acie mentis -ere cupiebant. 2 *i. q. in diversas partes aspectum convertere*: VITR. 9, 4, 5 earumque (*sc. Vrsarum*) capita inter se -entia (*de sideribus contrarie positis*).

B *transitive; plerumque e longinquo vel de alto aliquid discernere, perspicere, videre*: CATVLL. 66, 1 qui -xit lumina mundi. LVCR. 2, 742 caecigeni, solis qui lumina numquam -xere. 3, 26 nec tellus obstat quin omnia -antur. 3, 564 nequit ullam -ere ipse oculus rem. 4, 418 nubila -ere et caelum ut videare videre. CAES. Gall. 6, 39, 4 -cta (*Paul*, desp- *codd.*) paucitate. 7, 36, 2 collibus occupatis qua -i (*Paul*, desp- *codd.*) poterat. VERG. Aen. 6, 734 auras -unt (*codd. dett.*, despiciunt *omnes melioris notae*, respiciunt *Serv. Don.*). OV. fast. 4, 569 modo ... Arabas, modo -it Indos. SEN. contr. 7, 1 (16), 1 tanta tempestate confusus (*sc. archipirata*) neque aestimare quidquam neque -ere potui. SEN. nat. 1, 3, 6 intervalla. 1, 14, 3 partes *motus*. TAC. Agr. 10 -cta est et Thule. PLIN. epist. 5, 6, 23 (*in re personata*) -it pratum *villa*. 9, 7, 4 ex illa *villa* possis -ere piscantes. AMM. 14, 4, 1 *milvi* si praedam -erint. BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 86, 14. *per imaginem*: CIC. Sest. 118 populi Romani ... libertatem iam ex diuturna servitute -eutis. p. red. in sen. 5 lucem in republica. Sull. 40 ut tot res ... in illa turbulentissima tempestate rei publicae mea sponte -erim. LIV. 44, 6, 17 nihil cum -isset caecata mens. SEN. benef. 5, 4, 4 quibus ad -endam veritatem non erat obfusa caligo. *nota i. q. circumspicere, diligenter quaerere*: CIC. Att. 5, 21, 9 Phemio -am κέρας. TERT. virg. vel. 3 (*per imaginem*) nec inter consuetudines -ere voluerunt illi sanctissimi antecessores.

II ***translate***: A *i. q. mente perspicere, discernere, dinoscere, cogitare sim.*: 1 *aliquid, aliquem*: TER. Andr. 622 iam *aliquid* -am (*cf.* SCHOL. Ter. diligenter inspiciam aliquod consilium. CIC. Att. 2, 20, 5 si -ere quid coepero. 11, 16, 3). div. 2, 81 si imbecilli animi ... verum -ere non possint. 2, 108 si quis semel aliquid in divinatione -erit. RVT. LVP. 2, 8 voluntatem. LIV. 40, 10, 1 discerne, -e insidiatorem et petitum insidiis. VAL. MAX. 4, 1 ext. 2 vindictae modum. 9, 8 pr. pericula. SEN. clem. 2, 6, 1 tristitia inhabilis est ad -endas res (epist. 107, 1). epist. 17, 2 partes ... nondum satis subtiliter -is. 94, 5. COLVM. 1 praef. 25 rationem (3, 3, 12). 9, 13, 1 morborum ... facilius ... causae -untur. QVINT. inst. 2, 8, 6 proprietates ingeniorum. decl. 261 p. 70, 8. PS. QVINT. decl. 3, 9 plura. TRAIAN. Plin. epist. 10, 55 remedium. TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 342 nat. 2, 12. pudic. 10 semel -cta vel recepta necessitate. FIRM. err. 22, 4 vanitate. AMM. 14, 9, 1 certamina. 26, 3, 2 causas. 2 *seq. enuntiat. interrogat.*: CIC. fin. 5, 41 cum -ere coepimus et sentire, quid simus. ad Q. fr. 1, 3, 5 quod sperem, non -o. 2, 2, 3 quid velit. SEN. benef. 2, 14, 1. 2, 18, 1 dial. 5, 25, 2 COLVM. 4, 27, 4 QVINT. decl. 252 p. 32, 2. 322 p. 266, 15 TERT. adv. Marc. 5, 5 p. 584 AMM. 29, 1, 8. 3 *seq. infin.*: AMM. 15, 2, 9 nec defuere quae -res secundis avibus contigisse. 4 *absolute*: AVG. conf. 4, 16, 30 -endi acumen.

B *i. q. animo perpendere, examinare, investigare, excutere*: 1 *absolute*: PLAVT. Persa 268 virtus [est], ubi occasio admonet, -ere. quid faciet mihi? LVCR. 6, 648 latest alteque videndum et longe cunctas in partes -endum. AMM. 15, 5, 12 statuit imperator -entibus consistorianis ... in negotium praeterinquiri. 2 *aliquid*: CIC. Att. 6, 8, 5 res Romanas. VAL. MAX. 3, 3 ext. 2 rerum natura. SEN. epist. 59, 9 quod saepe mecum -o. COLVM. 4, 24, 19 QVINT. inst. 10, 7, 20. decl. 283 p. 148, 8 vita (PRVD. cath. 2, 58). 300 p. 183, 3 causis. TAC. ann. 13, 27 merita. VLP. dig. 13, 7, 25 TERT. adv. Marc. 1, 6 p. 297. 2, 15 p. 355. 2, 17 p. 358. 3, 6 p. 385. 4, 19 p. 483. LACT. opif. 1, 16 rationem corporis nostri -ere et contemplari. BOETH. in top. Cic. 4 p. 350, 32. 3 *de aliqua re*: GAIVS dig. 1, 6, 1 de his, quae in aliena potestate sunt. 41, 1, 10, 1 diligentius -amus (inst. 2, 86). inst. 1, 12. 3, 55 *persaepe*. VLP. dig. 14, 1, 1 TERT. resurr. 14 scorp. 10 INST. Iust. 3, 13, 2. 4 *seq. enuntiat. interrogat.*: SEN. epist. 13, 8 -e, an certa argumenta sint venturi mali. 21, 1. 26, 3. 95, 54. 110, 11 dial. 5, 25, 2 QVINT. inst. 7, 1, 9 decl. 266 p. 86, 3 PLIN. epist. 1, 5, 10. 1, 18, 5. 7, 33, 5. 10, 17, 5. 33, 3. 39, 6. 49, 2. 54, 2. 59. 75, 2 *al.* HADR. Paul. dig. 5, 3, 22 GAIVS dig. 40, 12, 9, 2 inst. 4, 114 PAVL. dig. 8, 3, 38. 33, 2, 16 VLP. dig. 48, 5, 28 (27), 1 MOD. dig. 33, 2, 16 VERVS Fronto p. 132, 12 N. TER. MAVR. 690 TERT. nat. 1, 7 p. 68, 19 anim. 13. 14 apol. 1. 15 adv. Marc. 4, 10 p. 448. 5, 1 p. 568 *al.* TER. MAVR. 1012 PHOEBAD. c. Arrian. 7. 5 *seq.* ne: SEN. dial. 12, 18, 4 PLIN. epist. 2, 10, 5.

? adv. a part. perf. deductum **dispectē:** GLOSS. IV 4, 49 abusive -e (V 541, 2). *fort. conferri potest usus verbi supra p. 1415, 52 significatus, nisi praestat legere* desp-. *Gudeman.*

dispico, dispiculo *v.* despic-.

dispīlo, -ātum, (-āre). *cf. c.* com- ex- suppilare. GLOSS. σπαράσσω. συλῶ. -atum dispersum seu dispectum (disiectum *coni. Bücheler*). *fort.* NOT. Tir. 78, 63, *cf. Heraeus, Archiv 12 (1902) 41 sq.* *D.*

displacidus, (-a, -um) *adi. a* dis- *et* placidus. GLOSS. -us morosus.

displāno, -āre [*a* dis- *et* planus. *Th.*]. *f. i. q. diffringere*: VARRO Men. 291 rutro caput -at. *Gudeman.*

displicentia, -ae *f.* [*a* displicens, displicere. *Th.*]. 1 *spectat ad animi habitum, i. q. taedium earum rerum, quae displicent*: SEN. dial. 9, 2, 10 hinc illud est taedium et -a sui. NON. p. 39 vituperare dictum est vitio dare, tamquam culpae vel -ae. 2 *spectat ad corporis habitum*: CAEL. AVR. chron. 3, 6, 86 si ... temporalis acciderit corporis -a, quam Graeci δυσαρέστησιν vocant. 5, 10, 95 sequitur etiam -a post acceptum cibum, quam Graeci δυσαρέστησιν vocant.

ᵂ**displiceo,** -uī (-itus sum *p. 1417, 74*), -itum, -ēre [*a* dis- *et* placere. *Th.*]. GLOSS. ἀπαρέσκω. FEST. p. 64 *v. s. v.* fraceo. *legitur inde a* PLAVTO, *deest ex. gr.* LVCR. CAES. *eiusque asseclis*, SALL. MANIL. VELL. PHAEDRO MELAE LVCANO PERS. VAL. FL. STAT. (*praeter* silv. 2 praef. *p. 1419, 21*). -urum, -a (esse): PS. APVL. Ascl. 8 HIER. adv. Rufin. 1, 8.

6 *i. q.* disserendo explanare, interpretari (*acced. dat. l. 66. 69. 72. p. 1464,1. 3. 5. 6, abl. l. 71. p. 1464,6, in c. abl. p. 1464,11, fort.* in *c. acc. l. 64*): a absolute: EVCHER. form. 7 p. 42,9 possunt et duo testamenta lapides molae significare, per quos labore -entium triticum veteris instrumenti in farinam euangelii convertatur. MAXIMIN. c. Ambr. 3 Maximinus episcopus ... -ens dicit (*item* 8. 11. 13. 14. 17; *sed* 19 *et* 24 interpretans). b *c. acc.*: rem: subst.: TERT. anim. 48 p. 379,20 somniorum ... -endorum. adv. Marc. 5,18 p. 641,7 sententiam. pudic. 10 p. 239,1 excusso ... iugo ⟨in⟩ ethnicum (*Gel.*, ethnicorum *B*) -endi parabolas istas et ... recepta necessitate ... interpretandi. PS. ORIG. tract. 6 p. 57,5 me ... lectiones ... alacritati vestrae -isse. 7 p. 76,13 ut vim, rationem atque mysterium (HIER. in Ezech. lib. 11 praef.) lectionis ... -am (*F*, ediss- *B*). 10 p. 105,9 me ... arduas paene et inextricabiles quaestiones ... caritati vestrae -isse (HIER. epist. 49,13,6 VINDIC. med. 6). HIER. epist. 5,2,2 *Rufinus* Canticum canticornm sublimi ore -nit. 45,2,2 divinos libros ... nonnullis ... -ui (in Zach. prol.: liber ... eo tempore -endus est, quo ... nullam moram patitur interpretatio). epist. 48,2,3 περικοπήν. 48,3,2 cum sensum apostoli ventilaret atque -ret (in Gal. 5,26 p. 515). 49,16,2 obscurum (61,2,2. CAES. AREL. suggest. p. 299 *syn.* reserare). 58,10,1 scripturas divinas. hom. Orig. in cant. 2 p. 528 sermonem (in Ezech. 18,5 *sqq.* p. 209). in Gal. 5,13 p. 494 difficilis locus est et ita nobis -endus videtur (in Is. 1,9 p. 18 in Ezech. 33,1 *sqq.* p. 395 AVG. c. Iul. op. imperf. 1,113). adv. Iovin. 1,13 Gregorius ... virginitatem et nuptias -ens Graecis versibus explicavit. in Is. 11,1 *sq.* p. 155 *prophetiam* per partes volumus explanare, ne simul proposita atque -rta *eqs.* in Ezech. 48,1 *sqq.* p. 604 superfluum est -rta -ere. adv. Rufin. 1,20 Aristotelis volumina (PS. RVFIN. praef. in proph. p. 960^C Salomonis). praef. Vulg. Ios. editiones. RVFIN. hist. mon. 2 p. 406^B cum ... plurima nobis scripturarum capitula sapienter -isset. BOETH. in Porph. comm. pr. 1,14 p. 40,2 *significationem*. *pron. sim.*: DAMAS. Hier. epist. 35,2,1 mihi, quae subiecta sunt, -e. HIER. in Ier. 5,27 *sqq.* p. 881 in Ezech. 9 praef. *ibid.* 10 praef. VVLG. Marc. 4,34 discipulis suis -bat (ἐπέλυεν) omnia. RVFIN. Orig. in exod. 12,1. 13,1. Orig. in cant. 1 p. 93^A quae nobis spiritali interpretatione -rta sunt. APRING. in apoc. praef.: quae scripta sunt, inculpabiliter -e⟨re⟩ et veraciter ... depromere. 4,7 quod maiores nostri personam Marci euangelistae significare describunt, et re vera apertissime et vere -itur. *hominem*: TERT. adv. Marc. 4,29 p. 524,15 iudicem ... in persona creatoris ... -unt. PS. RVFIN. in Ioel 1,4 ipso, quem -imus, propheta. c *c. dupl. acc.*: MIN. FEL. 19,10 Cleanthes ... mundum modo ... modo aethera, plerumque rationem deum -uit. 26,9 eos spiritus daemonas esse poetae sciunt, philosophi -unt, Socrates novit. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 7 eius sectatores quidam residuam partem diffinitionis -entes stationem corpusculorum vel obtrusionem. CYPR. GALL. gen. 1271 leves spicas septenos -it orbes. d *seq. nom. c. inf.*: APRING. in apoc. 4,10 quod ante sedem procedere dicuntur, et in throno in conspectu dei, et in memoria recondita esse, quae scripta sunt, -untur.

adduntur adverbia: abscondite: CIC. fin. 3,2. absolutius: AVG. civ. 5,12 p. 211,14 D. abunde: COLVM. 4,33,6. accurate: CIC. fin. 1,31 COLVM. 7,11,3 (accuratius: CIC. nat. deor. 3,65). acute: CIC. leg. 3,14 Tusc. 4,48 AVG. c. acad. 3,3,6 (acutius: CIC. fin. 4,62. acutissime: CIC. fin. 3,2). aliter: LIV. 44,14,5 HIER. epist. 48,2,3. altius: TAC. ann. 3,25. anguste: CIC. part. 139. aperte: AVG. civ. 19,2 p. 353,3 D. (apertissime: APRING. in apoc. 4,7). argute: CIC. ac. 1,7. assidue: SVET. gramm. 2. bene: CIC. de orat. 2,157 SALL. Catil. 52,13. breviter: SALL. Iug. 111,1 MOD. dig. 38,10,4,3 HIER. epist. 29,6,1 AVG. civ. 19,2 p. 353,3 D. PALLAD. hist. mon. I 25 p. 312^A (brevius: CIC. nat. deor. 1,49). coactius: PAVLA Hier. epist. 46,3,4. comiter: GELL. 2,2,11. commodius: CIC. fin. 1,63. composite: SALL. Catil. 52,13. compte: SEN. epist. 75,6. contemptim: LIV. 2,56,12. copiose: CIC. Flacc. 41 de orat. 3,107 Tusc. 5,8 GELL. 1,26,3. coram: CIC. leg. agr. 3,16. curatius: TAC. ann. 2,27. dialectice: CIC. fin. 5,10. diligentius: QVINT. inst. 10,1,44 AVG. civ. 2,11 p. 66,7 D. 3,9. 6,9 p. 236,32. 7,6. 9,23 p. 400,22. 11,8. 11,28 p. 502,19. 13,2 p. 557,13 *et* 558,2. 13,18 p. 581,10. 20,22 p. 463,15. diutius: CIC. S. Rosc. 82 QVINT. inst. 2,1,7. docte: CIC. Tusc. 5,8. dubitanter: CIC. ac. 1,17. dupliciter: CIC. off. 1,10. durius: CIC. ad Brut. 1,3,4. enucleate: AVG. civ. 16,24 p. 161,23 D. exertius: DICT. 5,5. facundissime: APVL. Socr. 10 p. 143. ferocius: TAC. ann. 12,21. frequentissime: QVINT. inst. 1 praef. 12. Graece: CIC. Att. 9,4,3 tum Gr. tum Latine. SVET. Claud. 42,1 Gr. ac Latine. graviter: GELL. 1,26,3. 2,2,11. imperite: PLIN. nat. 35,85. impune: LACT. inst. 5,20,15. inculpabiliter: APRING. in apoc. praef. inutiliter: COLVM. 4,33,6. 12 praef. 7. Latine (*v. supra l. 44*): DICT. epist. Sept. p. 1,16 M. AMM. 16,5,7. latius: PRISC. gramm. III 456,38 AVG. civ. 2,21 p. 80,9 D. libentius: APVL. flor. 6 p. 20. longius: CHAR. gramm. I 186,30. modeste: TAC. hist. 1,90. modice: SALL. Iug. 111,1. nervosius: CIC. off. 3,106. obscure: CIC. ac. 1,7. oratorie: CIC. fin. 5,10. plenius: SPART. Hel. 2,9 AVIEN. ora 4,631 HIER. epist. 58,6,2 in Is. 1,9 p. 18 (plenissime: AVG. c. Iul. op. imperf. 1,113). πολιτικῶς: CIC. Att. 7,8,4. praeclare: CIC. Att. 16,11,4 COLVM. 2,9,12. principaliter: BOETH. in Porph. comm. pr. 1,10 p. 26,7. prolixius: HIER. epist. 42,3. prudenter: CIC. Tusc. 4,48. publice: APVL. apol. 5. 24. 55. 73. recte: CIC. orat. 116. sapienter: RVFIN. hist. mon. 2 p. 406^B PALLAD. hist. mon. I 25 p. 312^A. separatim: CIC. div. 1,9. similiter: HIER. praef. Vulg. Ios. singillatim: SALL. Iug. 42,5. sollertissime: APVL. apol. 49. splendidius: CIC. off. 3,20. subtiliter: CIC. Flacc. 41. *cf. p. 1462, 80.* summatim: VAL. MAX. 1 praef. suppliciter: LIV. 33,16,9. tenuiter: CIC. orat. 46. tripliciter: HIER. in Ezech. 33,1 *sqq.* p. 395. varie: TAC. hist. 4,81 ann. 1,11. 3,59 SERV. Aen. 1,1. uberius: AVG. civ. 2,21 p. 80,9 D. vere: APRING. in apoc. 4,7. ulterius: VAL. MAX. 8,9 ext. 3. universaliter: AVG. civ. 9,3.

deriv.: dissertio, disserto, dissertor. *comp.*: edissero.

3. dissero, -āvī, -āre *a* dis- *et* serare. *i. q. discludere, reserare*: TER. MAVR. 98 vocalia rictum nisi iuncta -arint.

disserpo, -ere *a* dis- *et* serpere. *i. q. diffundi*: LVCR. 6,547 late -unt inde tremores.

dissertātio, -ōnis *f. a* dissertare. *plur. inde a* GELL. *p. 1465,3.* GLOSS. -es (dissentationes *codd.*) disputationes. [*loc. dub.*: HYG. grom. p. 113,17 L. (= p. 73,23 Th.) *ne* sit dissertatio (*Lachmann*, discertatio *Arcer. s. VI, Gud. s. IX*, disceptatio [p *ex* r] *Palat. s. IX, prob. Thulin*), quis ante sortem tollere debeat. DON. Ter. Ad. praef. p. 8 *Aeschini* cum Micione patre facetissimam -em (*A C V*, disceptationem *dett., prob. Wessner*).]

1 *i. q. tractatio, disputatio*: GELL. 17,13,11 longioris -is est. CHALC. comm. 87 initium. GENNAD. vir. ill. 9 novum testamentum compendiosis -bus ... expositum. RVFIN. Orig. princ. 1,9 post eam -em, quam de patre ... digessimus. AVG. gen. ad litt. imperf. 13,40 p. 488,22 quod non paucis verbis, sed subtilibus -bus (dissertionibus *al.*) ... doceri potest. MACR. sat. 1,24,16 si tantae -i sermo non cesserit, promitto fore ut Vergilius noster pontifex maximus asse-

[Lackenbacher]

ratur (*cf.* AVELL. p. 745, 12 licet invalide -is possim referre sermonem). 2 *fere i. q. oratio (docendi causa habita)*: PAVL. FEST. p. 286 Cato in -e consulatus. GELL. 1, 2, 6 -um (*i.* διατριβῶν) Epicteti digestarum ab Arriano primum librum (17, 19, 2). 12, 1 tit. -o Favorini philosophi. 14, 3, 5 qni -es istius modi Socrati attribuerent. 3 *i. q. explanatio*: MACR. sat. 3, 2, 3 -em huius vocabuli exsecutus est.

dissertātor, -ōris *m. a* dissertare. *is qui contra disserit*: PRVD. apoth. 782 occurrit dubitans hic -r et illud obicit. *is qui (scripturas sacras) explanat*: CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 135, 10 quamquam nonnullis -bus proferendis . . . supersederim.

dissertim *v. p. 1376, 37.*

dissertio, -ōnis *f. a* 2. disserere. GLOSS. ἀμφισβήτησις. *plur. l. 22. 40.* [*loc. dub.*: LIV. 41, 24, 10 cur exsecrabilis ista nobis solis velut -o iuris humani est? (-o *prob. Harant, emend. et adnot. ad T. Liv. 1880 p. 227sq., idem valere quod* disiunctio *et conferendum c.* consertio *statuens*; desertio *ed. Bas. 1531*, discerptio *Madvig*, dissaeptio *Seyffert*, discretio *dubit. Novák*). *loc. corrupt.*: SEN. epist. 20, 2.] *cf.* disertio.

i. q. actio disserendi: 1 *i. q. tractatio, disputatio*: GELL. 19, 12, 3 in ea -e . . . huiuscemodi sensus est. HIER. adv. Pelag. 3, 6. IVLIAN. Aug. c. Iul. op. imperf. 4, 69 -bus . . . obviam ire (discessionibus *var. lect.*). CASSIAN. c. Nest. 3, 14, 3 longum est ire per singula, quae prolixissimam et copiosissimam -em numero sui faciunt. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 85, 9 placuit . . ., ut, quoniam hesterna -o speciem explicuerat, alterius expositionis principium de sequenti differentia sumeretur. 2 *i. q. explanatio, interpretatio*: HIER. in eccles. 3 p. 408 quia non necesse est per singulos versus ponere, quid interpretentur et sentiant, perstringam breviter, latiorem super hoc -em lectoris ingenio derelinquens. in Gal. 1, 15 p. 390 haec . . . simplicius dicta sunt et absque altiore -e possunt utcumque placere lectori (PS. AVG. serm. 74, 1 quamvis altiore -e [*sic ed. Benedict. V a. 1683*, discussione *Migne*] aliquid secretius et sacratius possit intellegi). in Matth. 13, 13*sq.* p. 89 rogemus eum -em parabolae. epist. 49, 17, 7 RVFIN. Orig. in num. 13, 3 GAVDENT. serm. 18 p. 972^A^. EVCHER. form. 4 p. 23, 18 quando scripturae sacrae manifesta -o est. VEN. FORT. vita Hil. 14, 51 quam fuit in -e providus, in tractatu profundus. ORIG. in I reg. 9 p. 1006^C^ oportebat . . . nos et de orationis modo . . . et de elevatione manuum . . . non solum usitatis et attritis, sed et aliquantum innovatis -bus explanare. 3 *i. q. argumentum*: HIER. in Gal. 1, 4 p. 380 in tam profundas incidunt quaestiones, ut . . . infinita volumina super hac -e condiderint. 4 *i. q. sermo*: ISID. diff. 1, 578 sermo . . . a serendo dictus, quod nos cum praepositione dicimus a disserendo. hinc et sermo sancti Hilarii et Augustini dicitur, id est -o Hilarii et Augustini.

disserto, -āvī, -ātum, -āre *a* 2. disserere. *scribitur* disert- *ex. gr.*: VEN. FORT. Mart. praef. I 1. GLOSS. φράζω. -ans dicens. perorans. [*loc. corrupt.*: IVL. VAL. 3, 26.]

1 *i. q. verbis litigare, disceptare*: PLAVT. Men. 809 dic mi istuc . . ., quod vos -atis. CATO or. frg. 40, 6 quid ego cum illo -em amplius. 2 *i. q. (saepe) disserere, exponere, tractare*: **a** *absolute*: GELL. 6, 14, 9 *Carneades, Diogenes, Critolaus* magno conventu hominum -erunt (MACR. sat. 1, 5, 15). APVL. apol. 7 sive in auditorio -et. flor. 18 p. 83. CLAVD. MAM. anim. 3, 9 p. 169, 2 sic . . . -as (*sequitur or. dir.*). **b** *c. obi.*: *pron.*: TAC. ann. 12, 11 haec atque talia -vere. CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 141, 14 (desertavimus *vel* discretavimus *al. codd.*). VEN. FORT. Mart. praef. I 1 quidquid in his vel stropha veterum vel praesentium sophisma plerumque -at. *praeterea acc. c. inf.* (*cf. infra l. 61*): APVL. Socr. 14 p. 150 id potius praestiterit Latine -are, varias species . . . perhiberi. *subst.*: TAC. hist. 4, 69 vim Romanam pacisque bona -ans et sumi bellum. **c** *sequitur de vel* super: GELL. 1, 26, 7 saepe *Plutarchum* de malo irae -visse. APVL. apol. 5. CHALC. transl. 50^A^ apertius . . . de eodem erit -are (εἰπεῖν) conandum. MART. CAP. 9, 930. CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 105, 9 *Philolaus* multis voluminibus de intellegendis rebus et quid quaeque significent, oppido obscure -ans. *ibid.* p. 108, 7 cum super statu hominis -are coepissem. 2, 7 p. 128, 12. 3 *i. q. colloqui*: TAC. ann. 13, 38 rectius de iis, quae in publicum consulerentur, totis exercitibus coram -uros respondit (*cf. antea* colloquio). CASSIOD. or. frg. p. 476, 17 cum legatis saepius necessaria -bas (disserabas *cod.*). 4 *i. q. dicere, loqui*: MART. CAP. 4, 339 debetis . . . insolentiam perferre sermonis, qui Graiam (*sc. Dialecticam*) -are Latialiter compulistis.

comp.: edisserto.

dissertor, -ōris *m. a* 2. disserere. GLOSS. expositor. σοφιστής. NON. p. 328, 29 interpres dicitur obscuri -r. SERV. Aen. 2, 149 'edissere' . . . ordine cuncta narra, unde, qni plane loquuntur, -es fiunt. AVG. de mend. 10, 17 vel -i ac disputatori atque praedicatori rerum aeternarum vel narratori aut pronuntiatori rerum temporalium . . . mentiri . . . numquam licet. *Lackenbacher.*

dissertus *v. p. 1378, 18.*

dissicio *v.* disicio. **dissico** *v.* disseco.

dissidentia, -ae *f.* [*a* dissidens, dissidere. *Th.*]. GLOSS. distantia, differentia. PLIN. nat. 29, 75 dominante eadem illa rerum -a. ARNOB. uat. 3, 34 neque ut sunt trinae dissimilitudines nominum, personarum -as (diffid- *cod.*) tres esse.

***dissideo,** -sēdī, -ēre [*a* dis- *et* sedere. *Th.*]. dissed-: CYPR. domin. orat. 23 *S saec. VI/VII* (*sed* 24 dissid-). *al. perf. in codd.* -sid-: VAL. MAX. 2, 8, 2 PLIN. nat. 18, 213 QVINT. decl. 321 p. 261, 20 PS. QVINT. decl. 9, 3. *formae supini non leguntur. pass.*: *p. 1467, 26. 28. 77. 81.* GLOSS. διχοστατῶ (*cf. p. 1467, 3*). διαφέρομαι. -et διαχωρίζεται. dissentit, distat, discordat. -ens ἀποκεχωρισμένος. *v. etiam supra p. 695, 65; de* CIC. Tim. 44 *v. p. 1468, 18. legitur notione translata inde a* L. CRASSO (*infra l. 71*), *siquidem Crassi ipsius verba apud* CIC. *l. c. leguntur, et* RHET. Her. (*p. 1468, 10*); *notione propria inde a* VERG. (*v. I A 1*). [*corrupt.*: *v.* desideo *supra p. 696, 7*; desido *supra p. 713, 60*; discedo *scribendum* (*sec. Momms. et P. M. Meyer*): NOVELL. Theod. 3, 8.] des- *pro* diss- *perperam exhibent codd. nonn.* PAVL. NOL. carm. 28, 35. 206. disc- *pro* diss-: CIC. ac. 1, 34 *dett.* HYG. astr. 4, 14 p. 118, 9 (*v. l. 31*).

I *proprie: de situ*: A *de separatione locali* (GLOSS. -et distat): 1 *generatim* (*non in oratione pedestri*): **a** *de locis*: VERG. Aen. 7, 370 omnem equidem sceptris terram quae libera nostris -et externam reor. PROP. 1, 12, 4 tam multa illa meo divisa est milia lecto, quantum Hypanis Veneto -et Eridano. SEN. Thy. 125 Isthmi . . . regna Corinthii et portus geminos et mare -ens. CLAVD. 15, 159 quod Nilus et Atlas -et, . . . hoc sibi transscripsit proprium. carm. min. 31, 56 Libycae -et ora plagae (*i. longe a nobis distat*). **b** *de homine*: SEN. Oed. 620 ab omni -et turba procul . . . Laius.

2 *speciatim in astronomia*: SEN. nat. 7, 12, 5 ista *sidera* nobis vicina videntur, ceterum intervallis ingentibus -ent. HYG. astr. 1, 8 terra mundi media regione collocata, omnibus partibus aequali -ens intervallo (3, 8 Cepheus . . . tanto -et intervallo a pedibus Arcti minoris, quantum. . . . 3, 10 brevi intervallo -ent. 3, 39. 4, 14 p. 118, 9 [discedente *codd., ut videtur*]).

B *de inaequalitate situs*: HOR. epist. 1, 1, 96 vel si toga -et impar (SCHOL. non aequalis sedet in umeris). QVINT. inst. 1, 11, 10 *vidi supercilia* aliorum etiam -entia, cum alterum in verticem tenderet, altero paene oculus ipse premeretur (11, 3, 79 vitium in superciliis, si . . . inaequalitate . . . -ent). 1, 11, 16 ne caput oculique ab alia corporis inclinatione -eant (*cf. etiam* 11, 3, 165 ubi non -ens a voce permittitur gestus quoque).

II *translate*: *i. q. discrepare*: A *de studio vel affectibus animi* (GLOSS. -et discordat): 1 *generatim*: CIC. fin. 1, 44 *cupiditates* inter se -ent atque discordant. 1, 58 animus (*cf. l. 43. 52*) a se ipse (*cf. l. 56. p. 1467, 80*) -ens secumque discordans. VAL. MAX. 4, 2, 1 privatis inimicitiis. 4, 2, 2 -ente animo (*sc. a collega*). 4, 2, 3 odio -entes. PHAEDR. 1, 30, 1 humiles laborant, ubi potentes -ent (*ad 2?*). 3, 10, 56 ambitio namque -ens (*i. sibi ipsa repugnans*) mortalium aut gratiae subscribit aut odio suo. SEN. contr. 1, 1 them. duo fratres inter se -bant (*cf.* SEN. benef. 5, 20, 1 QVINT. decl. 328 p. 287, 3 [*cf. etiam* 321 p. 261, 20] GELL. 2, 12, 5). 10, 2, 1 -emus, quia nimium similes sumus. SEN. benef. 1, 10, 3 vitia . . . inter se -entia tumultuantur (*cf.* dial. 7, 8, 6 -ent vitia [*opp. virtutum* consensus atque unitas]. epist. 56, 5 avaritia luxuriaque). epist. 18, 2 ne -ere videremur cum publicis moribus. PETRON. 100, 2 fraudavique animum -entem (*cf. Büch. in ed. mai.*). CYPR. domin. orat. 23 sic nec sacrificium deus recipit -entis et ab altari revertentem prius fratri reconciliari iubet. 24 discordans et -ens et pacem cum fratre non habens. PS. CATO dist. 1, 4 conveniet nulli, qui secum -et ipse. PANEG. 6 (7), 13, 4 familias. HIL. in Matth. 10, 12 familiam inter se eiusdem modi -ere. 10, 24 a patris et matris affectionibus -emus. AMM. 15, 5, 8 -ens a mandatis, quae proficiscenti sunt data. AVSON. 362, 35 -et ambiguis semper mens obvia votis (*v. supra l. 41*). CASSIOD. in psalm. 118, 158 pactum est inter -entes affectu gratiae definita condicio (*cf.* NICET. appell. 3, 15 pax dicitur *Christus*, quia -entes in unum collegit). *apud astrologos de universa naturae contrarietate, speciatim de sideribus*: MANIL. 2, 418 brumae -et aestas (*syn.* repugnat). 2, 606 utque sibi caelum (*cf. quae antecedunt* 2, 469*sqq.*), sic tellus -et ipsi (*Bentley*, ipsa *codd.*) atque hominum gentes inimica sorte feruntur. PS. CENS. frg. 3, 8 (= SCHOL. Germ. Sang. p. 223, 12) cetera *signa zodiaci* -ent (*opp.* habent maximam consensionem).

2 *speciatim: in vita publica* (*de discordiis civilibus, factionibus, seditionibus, bellis sim.*): GLOSS. διχοστατῶ. L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 170 semper a bonis -isti (-sensisti *codd. integri*). CIC. Verr. 6, 182 *homines nobiles* qnasi natura et genere diiuncti sint, ita -ent a nobis animo ac voluntate. Font. 6 turbulentissimo rei publicae tempore, cum . . . maximi exercitus . . . -rent †iudiciis ac legibus. leg. agr. 2, 91 non contentione, non ambitione discordes *Capuani*. nihil enim supererat, de quo certarent . . . nihil, ubi -rent. Sest. 104 ut popularis cupiditas a consilio principum -ret (*syn.* dissentire). 130 qui ab hac . . . voluntate bonorum . . . -ret. prov. 41 a vestris (*patrum*) sanctissimis mentibus -ere. Balb. 30 nullam esse gentem . . . tam -entem a populo Romano odio quodam atque discidio (*opp.* fide benevolentiaque coniunctam). har. resp. 54 cum Octavio collega Cinna -edit. 55 -eut principes. Pis. 3 -entibus consulibus. 81 ne tum quidem *me odisse potuit Caesar*, cum -bamus. leg. 3, 35 a . . . nobili homine . . . sed . . . -ente a bonis. rep. 1, 31 senatus alteram par-

[*Fraenkel*]

tem -entem a vobis. Marcell. 30 diversae voluntates civium fuerunt distractaeque sententiae; non enim consiliis solum et studiis, sed armis etiam et castris -bamus (GLOSS. *ad h. l.* διχοστατῶ). Brut. 223 *Q. Caepio*, nimis equestri ordini deditus, a senatu. Lael. 2 cum is ... capitali odio (*cf. p. 1466, 80. infra l. 17. 20. 46*) a Q. Pompeio ... -ret. Phil. 11, 15 me non cum homine solere, sed cum causa -ere. 12, 27 gravissime -entibus (dissent- *al.*) civibus. 13, 8 voluntate a re publica -ere. Att. 1, 13, 2 *consules* leviter inter se -ent. 7, 6, 2 me in tantis rebus a Pompeio -ere. SALL. hist. frg. 4, 37 -ere inter se coepere. NEP. Dion 8, 2 quod inimici⟨s⟩ eius -entes (*i.* οἱ στασιάζοντες, -is *fere codd.*) suos sensus aperturi forent. Hann. 10, 2 -bat ab eo (*sc. Prusia*) ... Eumenes ... bellumque inter eos gerebatur. HOR. carm. 3, 8, 20 Medus infestus sibi luctuosis -et armis. LIV. 38, 32, 6 qui, -entes in publica re (*B*, re publica *vulg.*), tum quoque minime inter se convenientes orationes habuerunt. PAVL. FEST. p. 231 -ente plebe a patribus. VAL. MAX. 1, 6, 10 armis cum collega suo -ens Cinna. 2, 9, 6. 3, 7, 7 a quo in administratione rei publicae ad multum odium -bat (3, 8 ext. 1 acerrimo studio secum in administratione rei publicae -entem). 5, 1, 3. 7, 2, 6 inimicitiis acerrime inter se -entes. 7, 6, 4. 9, 3, 3 quanto inter se odio Karthago et Roma -rent. PHAEDR. 1, 30, 1 *v. p. 1466, 44.* STAT. Theb. 1, 170 iam murmura serpunt plebis Echioniae tacitumque a principe vulgus -et. FRONTIN. strat. 2, 5, 18 qui -bant (*sc. milites seditiosi*). TAC. ann. 1, 46 -eat interim miles. 1, 55 spes incesserat -ere hostem in Arminium ac Segestem. SVET. Tib. 37, 2 caede in theatro per discordiam admissa capita factionum et histriones, propter quos -batur, relegavit. FLOR. epit. 1, 23, 2 -isse quondam humanos ... artus. 3, 5, 30 -entibus de regno fratribus. 3, 17, 5 sic urbe in una quasi in binis castris -batur. AMPEL. 19, 1. APVL. Socr. 17 p. 158 columina ... exercitus -ent, Agamemnon ... et Achilles. TREB. Gall. 14, 6. ARNOB. nat. 7, 12 hostilibus ... armis. VIR. ill. 76, 2 bello sociali -entibus Romanis. HIL. c. Const. 23 tuis ipsis -es et adversus tuos hostis rebellas. AMM. 25, 5, 8 Iovianorum signifer ... cum novo -ens principe. 30, 4, 20 inter se hostiliter. HIER. epist. 18[A], 4, 4 Iudaeos inter se -entes (*cf.* act. 28, 25 ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους. VVLG. cumque invicem non essent consentientes). in Is. 19, 25/26 p. 299 *populi* contra se hostiliter. RVFIN. Orig. in gen. 14, 3 p. 238 non semper pacem habet cum Isaac, sed aliquando -et, aliquando pacem requirit (*cf. ibid.* neque in dissensione semper potest esse). CLAVD. 15, 237. PAVL. MED. vita Ambr. 6 turbulentissime. OROS. hist. 5, 1, 14 -bat diversitas potestatum. MARCELL. anct. chron. II p. 104, 536, 2. *de animalium quoque inimicitiis proeliisque*: COLVM. 9, 9, 6 *de apibus*: pugna ... vel unius inter se -entis vel duorum examinum discordantium (*ibid.* -entes reges). PLIN. nat. 8, 91 *animalia* sciunt ... hostium adversa, norunt sua tela, norunt occasiones partesque -entium imbelles. 10, 203 -ent olores et aquilae *eqs.* 10, 206. *de arboribus*: PLIN. nat. 24, 1 quercus et olea tam pertinaci odio -ent.

B *iudicio, ratione, sententiis sim.* (*imprimis de variis philosophorum sectis atque doctrinis*): CIC. leg. 1, 53 *Zeno et Academia* de re una solum -ent, de ceteris mirifice congruunt. ac. 1, 34 *Strato* in ea ipsa (*investigatione naturae*) plurimum -edit a suis. 2, 132 de qua (*definitione summi boni*) qui -ent, de omni vitae ratione -ent. 2, 143 inter se. *ibid.* cum Cleanthe ... multis rebus Chrysippus. *ibid.* *ille* et *ille* multis in rebus. fin. 3, 41 sententias ... philosophorum re inter se magis quam verbis -ere. 4, 2 non verbis Stoicos a Peripateticis, sed universa re et tota sententia (*abs.* leg. 1, 54 fat. 44). 4, 3. 4, 72 videsne ... Zenonem ... cum Aristone verbis consistere (*cf. vol. IV p. 466, 83*), re -ere; cum Aristotele et illis re consentire, verbis discrepare? nat. deor. 1, 5 res ... nulla est, de qua tantopere ... docti dissentiant; quorum opiniones cum tam variae sint tamque inter se -entes. Tusc. 1, 55 qui a Platone ... et ab ea familia -ent. 5, 120 *inter Peripateticos et Stoicos* causam esse -endi negabat. off. 1, 2 nostra ... non multum a Peripateticis -entia. epist. 12, 17, 2 te a (*M, om. HD*) iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem ab non indocto, paulum -ere. HOR. carm. 2, 2, 18 redditum Cyri solio Phraaten -ens plebi (*pars codd., Porph. ad h. l., Prisc. gramm. III 268, 27*; plebis *al.*) numero beatorum eximit Virtus. VELL. 2, 80, 2 -endo in consiliis Caesari[s, *del. Acidalius*] et semper diversa iis, quae aliis placebant, dicendo. VAL. MAX. 2, 8, 2 si, dimicandum necne esset, contrariis inter vos sententiis -issetis. PHAEDR. 3, 3, 12 variis -ent sententiis. SEN. dial. 2, 16, 3 non est, quod putes magnum, quo -emus. 8, 3, 2 duae maxime et in hac re -ent sectae, Epicureorum et Stoicorum. epist. 82, 18 -ent inter se iudicia facientis. 88, 5 *philosophorum placita* inter se -ent. 102, 12 *omnes boni* -ere non possunt. nat. 7, 4, 1. PLIN. nat. 18, 213 eorum *astronomorum*, qui in eadem regione -edere, unam discordiam ponemus exempli gratia. 29, 6 -eruntque hae scholae. TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 617, 21 de disciplina, non de divinitate -batur. ARNOB. nat. 2, 19 non habere diversas, non plurimas -entisque sententias. LACT. inst. 1, 1, 18 cum *philosophi* inter se magna concertatione -eant secumque ipsi plerumque discordent. 1, 5, 22 Aristoteles quamvis secum ipse -eat. CHAR. gramm. I 146, 11 nam et tonitrua an tonitra dici debeat -etur. AVG. civ. 6, 5 p. 253, 20 D. -entium multitudo sectarum. 18, 41 p. 319, 4 SVLP. SEV. dial. 1, 7, 3. 1, 24, 3 clericos. SIDON. epist. 2, 12, 3 medicorum consilia ... assidentum -entumque (*i. dissentientium inter se, nota lusum verborum*). CLAVD. MAM. anim. 181, 20 te tam -entia tamque diversa uno ... momento ... dixisse. BOETH. cons. 3, 2, 74 variae -entesque sententiae (*cf. p. 1467, 59*). CASSIOD. art. 3 p. 1179[A] in quo philosophus ab oratore ac dialectico ... -eat. *apud Christianos haud raro i. q. haereticum esse*: HIL. ad Const. 2, 10 sub synodo -enti (*i. Ariana*). COD. Theod. 16, 5, 45 (*a. 408*) qui ab ecclesiae catholico (catholice *v. l.*) sacerdote -et. IVLIAN. Aug. c. Pelag. 1, 24, 42 episcopi, qui nunc -ent.

C *i. q. differre, non convenire qualitate, natura, condicione* (*cum de hominibus, tum de rebus incorporeis*): RHET. Her. 2, 9, 13 cum voluntas scriptoris cum scripto -ere videbitur. CIC. inv. 1, 17 nam tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris -ere (*syn.* inter se discrepare). 2, 110 genere et prima conformatione eas (*sc. omnes causas*) ... -ere. rep. 1, 60 iracundiam ... -entem a ratione. Tusc. 4, 29 vitium *appellant*, cum partes corporis inter se -ent. 4, 34 *perturbationes* inflammant *libidine* impotentiam quandam animi a temperantia et moderatione plurimum -entem. Tim. 44 motus animi, comites superiorum et his etiam contrarios (*sic codd., cf. Plasberg*) -entes (*Plat. Tim. p. 42 B* καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστηκότα). off. 2, 8 *temeritas* a sapientia -et plurimum. OV. epist. 7, 36 matris ab ingenio -et ille (*Amor*) suae. 16, 252 a verbis facies -et ista suis. met. 15, 648 -et et variat sententia. fast. 3, 662 nec a veri -et illa (*fama*) fide. Pont. 1, 6, 6 nec minus a studiis -et illa (*feritas*) tuis. SEN. benef. 2, 29, 2 ex diversis ac -entibus bonis. epist. 5, 7 ista (*sc. timere et sperare*) cum videantur -ere, coniuncta sunt. 66, 19 *gaudium et dolor* magno inter se -ent spatio. 84, 7 unus numerus fit ex singulis, cum minores summas et -entes computatio una comprendit. 120, 9 specie quidem vicina, re autem plurimum inter se -entia. 122, 17. COLVM. 1 praef. 7 cetera diversa et quasi repugnantia -ent a iustitia. 2, 2, 3 qualitatum inter se -entium (*syn.* discordantium). PLIN. nat. 32, 121 *polypum* ferro ... infici vitiumque trahere natura -ente (*i. abhorrente a contactu ferri*). 37, 61 adamas -et cum magnete in tantum, ut *eqs.* QVINT. inst. 3, 8, 51 neque enim minus vitiosa est oratio, si ab homine, quam si ab re, cui accommodari debuit, -et. GELL. 13, 25, 4 si duo haec verba idem significant neque ulla re aliqua -ent. 18, 1, 8 id maxime -ere neque convenire ... quod, qui profiteretur ... idem contra negaret. TER. MAVR. 2032 *cola* quae modo sola -bant (*i. non conveniebant*). TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 574, 7 verisimile non est *Apostolorum Acta* ... ex parte quidem apostolo convenire, ... ex parte vero -ere. HIL. syn. 23 -entium a se animantium (*i. serpentium et columbarum*) inesse nobis voluit naturam. myst. p. 18, 3 ut nihil sibi in his, quae ... in domino expleta sunt, nec loco nec tempore nec ratione -eat. in psalm. 54, 4 orationes leves, -entes (*i. secum non convenientes? sed fort. scribendum* diff-), inutiles. MAR. VICTORIN. gramm. VI 102, 11 alia consentanea ... ratione iunguntur, alia ex -enti ac contraria, quae Graeci κατὰ συμπάθειαν καὶ ἀντιπάθειαν appellant. AVSON. 313, 2 quicquid impar, -et. HIER. epist. 13, 4 oratione -ente cum factis. hom. Orig. in Ezech. 1 p. 890 inter se -entes deos (*sc. Veteris et Novi testamenti*). in Ioel 1 p. 171 *perturbationes* duae ... mutuo -entes (*syn.* sibi contrariae). CLAVD. 10, 314 quod semper -et, in te convenit, ingenio robur, prudentia forti (semper dissilit *codd. pars, recep. Birt coll. Horati epist. 1, 18, 41, perperam, v.* dissilio. convenire *verbo* dissidere *saepe opponitur. cum Claudiani versu cf. e. g.*: AMM. 14, 6, 3 Virtus convenit atque Fortuna, plerumque -entes). RVFIN. orig. in gen. 14, 3 p. 238 Migne moralis et physica ... philosophia paene omnia, quae nostra sunt, sentiunt; -ent vero a nobis, cum ... dicunt ..., -ent, cum negant; *saepius*. PAVL. NOL. carm. 25, 139 -et a nostris cava mundi gloria regnis nec coit adversis lux pia cum tenebris. 28, 35 *in vasis* -et artis opus, concordat vena metalli. 28, 206 tectorum -et (*cf. p. 1466, 15*) aetas, concordat species. AVG. civ. 19, 12 p. 376, 10 D. *cadaver putrescens* quasi tumultuatur -entibus exhalationibus et nostro inconvenientibus sensui. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 76, 4 ab animae intentione vivaci membrum languore torpens velut quadam mortis vicinia -ere. BOETH. cons. 4, 3, 33 cum bonum malumque ... adversa fronte -eant. arithm. 2, 32 p. 126 est ... armonia plurimorum adunatio et -entium consensio. PS. BOETH. geom. p. 417 quamvis ... aut angulariter aut lateraliter a supradictis parallelogrammis -eant *rhombi*. GILD. Brit. 19 chron. III p. 35, 11 Scottorum Pictorumque greges moribus ex parte -entes.

partic. praes. inde a SEN. *interdum adiectivi vice fungi videtur, ita tamen, ut fere ubique dubitatio relinquatur, v. p. 1466, 22. 1467, 78. 1468, 1. 2. 5. 23. 26. 47.*

structurae: -ere cum *aliquo v. p. 1466, 51. supra l. 10. 11, passim.* ab *aliquo v. p. 1466, 71. 73. 77. 78, passim.* *aliqua re* (*separat.*) *v. p. 1466, 21.* inter se: *v. p. 1466, 41. 1467, 8. 9. 20, passim.* -ere *alicui, dat. nonnumquam corrupt. in codd.* (*cf.* PRISC. gramm. III 268, 25) *v. p. 1466, 64. 65. 1467, 31. 65. 67. 1468, 40 cf. Kühner², II 1 p. 319.* *accedit ablat. modi ex. gr. p. 1466, 80. 1467, 5. 20, ablat. limit. ex. gr. p. 1466, 73. 1467, 3, ablat. mensurae v. I A 2 p. 1466, 26, adde supra l. 25.* *pendet enuntiat. interr. obliq.*: VAL. MAX. *sub B*, CHAR. *ibid.*

syn.: dissentire, discordare, discrepare, rebellare. *opp.*: congruere, consistere, convenire (*cf. supra l. 51*), coniunctum esse.

deriv.: dissidentia.

dissidiōsus *v.* discidiosus. **dissidium** *v.* discidium.

dis(sīdo?), -sēdī, (-sīdere?). *a* dis- *et* sidere, *si recte ad praes.*

[*Fraenkel*]

q. e. dissido *refertur. legitur non nisi perfect.* 1 *proprie: i. q. seorsum sidere:* SIL. 7, 736 (*de Minucio*) qui partitis -erat (disc- *al.*) ante maniplis. 2 *translate: i. q. desciscere:* CIC. Sest. 44 (*per ironiam*) consules, credo...a tribuno plebis (*sc. Clodio*) post interitum ⟨meum⟩ -issent, qui eandem horam meae pestis et suorum praemiorum esse voluissent. *i. q. in discordiam venire:* SEN. dial. 5, 2, 4 -edit plebs tota cum patribus. SVET. Tib. 7, 3 cum Iulia primo concorditer et amore mutuo vixit, mox -edit. *Fraenkel.*

dissigillo, -āre *cf. c.* dis- *et* sigillum (-are) *et c.* dissignare. *i. q. rescindere sigilla:* CARM. epigr. 1006, 2 (CORP. XIII 8655) ni -etis nive violetis opus. *cf. Bücheler ad l. et Kleine Schriften I 641.* *D.*

dissīgnātio, -ōnis *f. a* dissignare. 1 *i. q. descriptio, ordo (nisi forte* des- *legendum est; cf. p. 714, 2 sqq., quo loco iam ex Sjögreni emendatione [Comm. Tull. p. 154 ad* CIC. Att. $4, 4^{b}, 1$] *in et bibliotheca deleas quaeso*): CIC. nat. 1, 20 requiro ... ministros, machinas, omnem totius operis -em (*ABDG*; des- *HN*) atque apparatum. 2 *fere i. q. peccatum* (des-? *cf. p. 719, 80 sqq.*): ARNOB. nat. 7, 9 p. 244, 27 innoxii sanguine abolitionem -bus (*dativ.*) comparari. 3 *i. q. dissignatoris officium:* LEX Iul. munic. (Corp. I^2 593) 94 neve quis, quei praeconium -em libitinamve faciet, ... IIvir(atum) ... aliumve quem mag(istratum) petito (104).

dissīgnātor, -ōris *m. a* dissignare. 1 *is qui sigillum rumpit:* AVG. mor. Manich. 2, 13, 30 damnari tamquam -r (*Er.* dissipator, *Lov.* dissignitor, *cett.* -r *vel* designator) signaculi (*i. symboli Manichaeorum*) ... non potest (*syn.* solutor; *cf. etiam* 16, 51 corruptor signaculi). 2 *t. t. ministerii; notatur* dissign. *in titulis* (CORP. IX 531, 2 dissic.).
a *de ministerio eius, qui in theatro loca spectatoribus distribuit; cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 6 dissignare est ordinare, unde et, qui locos in theatris spectatoribus distribuebant, -es (des- *γ*) dicebantur (*cf. Pollack, PW. V 1199*). PLAVT. Poen. 19 neu -r praeter os obambulet neu sessum ducat, dum histrio in scaena siet. VLP. dig. 3, 2, 4, 1 -es (designatores *trad.*) ..., quos Graeci βραβευτάς appellant, artem ludicram non facere Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram exerceant, et sane locus iste hodie a principe non pro modico beneficio datur. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 8^{A}, 12 ne quis -r eu⟨m ...⟩r ea loca duxi⟨sse velit⟩. CORP. VI 1074, 11 cum ... Statilio Myrone -e scaenar(io). b *de ministerio eius, qui exequiis, pompis, ludis funebribus ordinandis praeest; cf.* DON. Ter. Ad. 87, 1 -es (designatores *trad.*) dicti, qui ludis funebribus praesunt: credo ob eam causam, quod *eqs.* SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 6 -es (des- *γ b v*) dicuntur, qui ad lucum Libitinae funebria praestanda conducuntur, ut defuncti cum honore efferantur. aliter: -es (des- *γ f*) funerum mancipes et ordinatores *eqs.* SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 7, 6 -em ordinatorem (*v*); procuratorem funerum (*E*). *cf. Daremberg-Saglio IV 1398 sq.; Pollack, PW. V 1199.* HOR. epist. 1, 7, 6 dum ficus prima calorque -em (des- *Ar*) decorat lictoribus atris. SEN. benef. 6, 38, 4 -es et libitinarios. PS. QVINT. decl. 6, 8. TERT. spect. 10 duobus inquinatissimis arbitris funerum et sacrorum, -e et haruspice. CORP. VI 1955, 3 praec(o) dissign(ator) (*condic. libertinae, ut videtur*). X 5429, 4 (*Aquini*) *ille* annorum XXVII praeco idem -r (*ingenuus*).
utrum ministerium intellegendum sit, diiudicari vix potest his locis: CIC. Att. 4, 3, 2 desertus a suis vix iam Decimum -em (des- *trad.*) ... retinet. CARM. epigr. 39 (*Pompeis*) ⟨Sa?⟩binus -r cum plausu facit (*sc. illum duovirum*). CORP. IV 597 Elainus dissign. V 5924, 2 (*Mediolani*) *ille* -r scriba. VI 8846 *ille* -r (des-, dis-, diss- *trad.*) Caesaris Augusti (*libert.*). 9373 *ille* L. l. -r. IX 531, 2 (*Venusiae*) C. Lani(us) C. f. Hor. dissic. 5461 (*Falerione*) *illi* -i socii dissignat(ores). INSCR. Notiz. degli scavi 1904 p. 403 (*prope Tibur*) *ille* dissign. mag(ister) Herc(ulis) et Aug(usti) *libert.*

? **dissīgnītor** *var. lect. v. supra l. 24.* *cf. c.* insignitor.

dissīgno, -āvī, -ātum, -āre *a* dis- *et* signare *vel* signum. 1 *i. q. discernere:* GLOSS. -at ordinat, distribuit (*nisi forte ad p. 717, 79 sqq. pertinet*). AVIEN. Arat. 614 *Pleiades aestatis et hiemis* tempora -ant. AVG. c. Faust. 25, 1 p. 725, 7 *circumcisionis terminus* Abraham ... a gentium ceterarum societate -at (des- *S*). 2 *i. q. rescindere, corrumpere; cf.* EVGRAPH. Ter. Ad. 87 (*p. 720, 22; cf. p. 719, 81 sqq. et infra l. 72*) -are proprie dicitur aliquid signatum legibus rumpere. PRISCILL. tract. 3, 62 symbolum enim signatura rei verae est et -are symbolum est disputare de symbolo malle quam credere. AVG. civ. 15, 16 p. 92 D. *morem* -ari atque corrumpi merito esse nefarium iudicatur. 3 SCHOL. Ter. p. 151, 2 (*cf. supra l. 67*) -vit ostendit, id est quam famam sibi fecit publice. -are est aperire (*cf.* PORPH. Hor. epist. 1, 5, 16 *p. 720, 5*). *Vetter.*

dissilio, -uī, -īre [*a* dis- *et* salire. *Th.*]. *de formis: perf.* -suluit: LVCR. 4, 605 (*B*, -sil- *A*). -silui *etc.*: LVCR. 1, 391 *et passim* (*cf.* SERV. Aen. 3, 416). -iit: OV. met. 5, 173 *l.* 12, 488 ς (des- *e*). VVLG. I Macc. 9, 48 (*?, v. p. 1471, 11*). SIDON. carm. 7, 182 *M.* CARM. poet. min. V 104, 8. *fut.* -ibunt: PS. RVFIN. in Am. 8, 1, 3. -iet *etc.*: SEN. clem. 1, 4, 2 *et passim.* GLOSS. διαρήγνυμαι. -uit ἐρράγη, ἐλάκησεν. discrepuit sive descendit (*v.* desilio). -uisse aperuisse, crepasse. *legitur inde a* LVCR., *in sermone pedestri inde a* VITR.
[*loc. dub.*: LIV. 2, 31, 6 *et* AVIAN. fab. 25, 6 *v. s.* desilio *p. 722, 13. 28*; PLIN. nat. 37, 57 *v. s.* exsilio. CLAVD. 10, 314 *v. s.* dissideo *p. 1468, 49.*] *cf.* dissulto.

I *i. q. in partes diversas salire, cito motu dissipari et dispergi:*
A *proprie de motu locali:* 1 *de pluribus corporibus:* LVCR. 1, 385 corpora ... si cita -ant (1, 391 -uere). 2, 87 ut diversa repente -ant *primordia rerum.* 2, 106 cetera (*sc. corpora prima*) -unt longe. 5, 362 neque extra qui locus est, quo -ant *summae rerum* (*i. mundi singuli*). AVSON. 139, 4 in diversa sui -unt cineres (cineris *al.*) *sc. filiorum Oedipodis* (*i. inter se discedunt, v. infra l. 49*).
2 *de singulis corporibus, quorum compages resolvitur:* a *de rebus: saxa, aes sim.:* LVCR. 1, 491 -unt ... saxa vapore. VERG. georg. 3, 363 aera ... -unt (SERV. rumpuntur). VITR. 2, 7, 2 Tiburtina *saxa*, simul sunt ab *igni* tacta, -unt et dissipantur (*cf.* PLIN. nat. 36, 167). 8, 3, 19 margarita, non minus saxa silicea, ... ab igni ... percalefacta ... aceto sparso -unt et dissolvuntur. MELA 1, 71 iacta in id (*monimentum*) saxa -unt. PLIN. nat. 36, 135 Varro ... tradit ... Luniensem silicem serra secari, Tusculanum -ire igni. SOL. 52, 56 *adamantes* in particulas -unt. *instrumenta, vasa sim., cf.* GLOSS. Plac. V 18, 4 (= 62, 14) -unt utres: rumpuntur: VERG. Aen. 12, 441 mucro ... ictu -uit (HOMER. 305). OV. met. 5, 173 lamina (12, 488 fracta ... -uit percusso lamina callo). VITR. 8, 3, 16 quam (*sc. aquam, quae Στυγὸς ὕδωρ nominatur*) neque argenteum neque aeneum ... vas potest sustinere, sed -it et dissipatur (ARNOB. nat. 4, 6 ne *vascula* flammarum -ant vi victa. CYPR. GALL. iud. 346 hydriae ... quassae -unt). VAL. FL. 4, 694 latera utraque (*sc. navis*) ... -uisse putant. SIL. 17, 277 -ens sonuit rupta compage carina. IVL. VAL. 2, 27 p. 95, 6 *imago quaedam Xerxi* repente fatiscente compactu procidit -itque. AMM. 23, 4, 4 funes ... compagem (*sc. scorpionis, onagri*), ne -a[n]t, continentes. PS. RVFIN. in Am. 9, 1 commota superliminaria (*i. architravi*) -rent. CLAVD. 21, 136 offenso quantae sub vomere putres -ant glaebis galeae. *mundus, tellus, montes* (*i. q. dehiscere, scindi*): LVCR. 6, 123 divolsa repente maxima -uisse capacis moenia mundi (PS. RVFIN. in Ioel 2, 30 *tempore ultimi iudicii* machina ista [*i. mundus, cf.* LVCR. 5, 96] velut combusta -at). VERG. Aen. 3, 416 haec loca vi quondam et vasta convolsa ruina ... -uisse ferunt. OV. met. 2, 260 -it omne solum. SIL. 5, 616 -ens tellus (APVL. mund. 18). STAT. Theb. 7, 817 humus ore profundo -it (APVL. mund. 34). 8, 19 -uisse novo penitus telluris hiatu Tartara (SEDVL. carm. pasch. 4, 285). PACIAN. paraen. 11, 125 -unt *Aetna et Vesuvius.* PETR. CHRYS. serm. 74 p. 409^{C} ima terrarum. *res clausae:* STAT. Theb. 7, 69 -uere fores. PS. RVFIN. in Am. 8, 1 ianuae ... vi expugnantium -bunt (*opp.* sensim recludentur). VAL. CEM. hom. 9, 3 fastidiosa ... claustra (*sc. cella penaria*) -ant, quae *nunc* ... nesciunt aperiri. *res intentae:* SEN. epist. 72, 3 non enim *philosophia*, ubi interrupta est, manet, sed eorum more, quae intenta -unt, usque ad initia sua recurrit, quod a continuatione discessit. *alia:* LVCR. 4, 604 ubi una *vox* -uit semel in multas exorta, quasi ignis saepe solet scintilla suos se spargere in ignis. OV. trist. 4, 6, 20 -uit nudo pressa bis uva pede. SEN. nat. 2, 28, 2 *nubes* nisi multo impetu -uere, non resonant. LVCAN. 5, 631 nec fulgora currunt clara, sed obscurum (*i. obscure, sine lumine*) nimbosus -it aer (SCHOL. *et* COMMENT. crepat). SIL. 16, 548 impius ignis -uit cineresque simul iacuisse negarunt. STAT. Theb. 4, 521 -it umbra capax. PALLAD. 10, 11, 2 *cera* picem lenitate permulcens frigoribus eam non patitur -ire. CARM. poet. min. V 104, 8 flamma. *nota metaphoram:* SEN. epist. 71, 9 optimates ... uno proelio profligabuntur et tam magni ruina imperii in totum -et orbem: aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet. b *de partibus corporis et animalibus: partes corporis:* HOR. epod. 17, 29 caput ... Marsa -ire nenia. LVCAN. 9, 773 -uit ... membrana fluuntque viscera. ARNOB. nat. 2, 60 hoc saepe dicendum est, ut infidelium -at et dirumpatur auditus (*i. auris*). SIDON. carm. 7, 182 fractus ... molari -uit vertex *lupae.* FVLG. aet. mund. 14 p. 177, 7 viscera ... -entia. *corpora animalium:* OV. am. 2, 1, 25 carmine -unt angues (*v. l. 56*). LVCAN. 2, 156 (*de homine se praecipitante*) hic se praecipiti iaculatus pondere dura -uit percussus humo. *in coquendo:* APIC. 6, 248 ita ut laxamentum habeat *pullus*, ne -at (*cf.* 7, 289). *interiore quadam de causa:* SEN. dial. 1, 4, 10 lenior ieiunio mors est; cruditate -unt. MELA 3, 53 ut ... *pecora* nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta -ant. PLIN. nat. 22, 78 *boves* -ire degustata *buprestide* fatentur. 29, 89 mus araneus ... si praegnans momordit, protinus -it. *sic hyperbolice de hominibus nimio affectu motis* (*cf.* dirumpi): SEN. epist. 113, 26 -o risu. PETRON. 61, 3 gaudimonio -o. 75, 9 felicitate -o. ANTH. 435 quaedam me (si credis) amat. sed -it (*sc. amore*), ardet non sic, non leviter, sed perit et moritur. PAVL. NOL. epist. 23, 24 ne ... *feminae* scientia inflante -ant. AVG. contin. 11, 25 nam et correptionibus eam (*ecclesiam tamquam personam*) reprimit, ne impunitate inflata -at. spir. et litt. 12, 19 p. 171, 15 qui vitio illo ... leves et inflati ac per se ipsos velut per inane sublati ... fracti -rent. MART. CAP. 8, 807 at quo etiam tempore (*sc. nuptiarum*) Cupido vel Satyrus petulantis ausus procacitate -unt?
B *translate:* 1 *de animo i. q. in diversas partes distrahi:* AVG. un. bapt. 11, 18 *Corinthios* in schismata -uisse redarguit. conf. 11, 29, 39 tu ... aeternus es; at ego in tempora -ui (*i. distentus sum, cf. antea:* distentio est vita mea), quorum ordinem nescio ..., et tumultuosis varietatibus dilaniantur cogitationes meae, donec in te confluam. 2 *de rebus i. q. perire, evanescere:* HOR.

[*Bauer*]

epist. 1, 18, 42 gratia sic fratrum geminorum ... -uit. SEN. nat. 3, 27, 2 magnā tutelā stant ac vigent omnia, cito ac repente -unt. clem. 1, 4, 2 haec unitas et hic maximi imperii contextus in partes multas -et. STAT. Theb. 1, 85 generis consortia ferro -ant (SCHOL. multi 'dissiciant' [dissentiant, dissitiant, disnciant *codd.*] legunt). IVL. VAL. 2, 25 p. 87, 18 ictus (*subst.*) ... frustra -uit (*i. exhaustus est, inanis factus est*). AVG. pecc. orig. 30, 35 quantumlibet arguta sit argumentatio, repercussa et contracta -et.

II *i. q. in alium locum salire; cf.* desilio, exsilio. *recentioris latinitatis usus*: A *proprie*: AVSON. 35, 4 -uit saxi fragmine laesus apex (*v. vol. II p. 227, 60*). PS. CYPR. singul. cler. 6 p. 179, 19 de carbonibus scintillae -unt. CLAVD. rapt. Pros. 2, 183 forti saucius ictu -uit... vertex Ossaeus Olympo (*abl. separ.*). *dub.*: VVLG. I Macc. 9, 48 -iit Ionathas et qui cum eo erant in Iordanem (ἐνεπήδησεν; desiluit *Amiat., recte ut videtur*). *in locutionibus metaphoricis*: BOETH. cons. 3, 12, 68 ex huiusmodi conflictatione quaedam veritatis scintilla -et. GREG. M. moral. 9, 106 ut cura carnis ... quasi ancilla famuletur, ut iussa assit atque ad nutum cordis repulsa -at. 26, 84 ab eis (*mentibus*) per districtae severitatis praesentiam cogitationes stultae -unt. B *translate*: ex, a *re* -ire *i. abalienari a re, omittere rem*: FVLG. aet. mund. 130, 15 ex ... ordine nullo modo -ire. AVG. fid. et symb. 10, 21 schismatici ... a fraterna caritate -unt. civ. 19, 16 p. 383, 22 D. si quis ... paci adversatur, corripitur ..., ut paci, unde -uerat, coaptetur.

deriv.: dissulto. *Bauer.*

*dissimilis, -e [*a* dis- *et* similis. *Th.*]. GLOSS. ἀνόμοιος. -e dispar, disparile. -i discrepanti. *definitio: v. infra l. 61. legitur inde a* PLAVTO. *compar.*: CIC. Brut. 320 *etc.* *superl.*: VARRO ling. 8, 28 CIC. Verr. 4, 5. 185 *etc.* [*dub. vel corrupt.*: VARRO ling. 9, 40. 92 LVCR. 4, 104. *fort.* PLIN. paneg. 94, 2 *v. p. 1472, 81.*]

i. q. non similis, dispar, diversus:

b *accedente significatione perdendi, infirmandi sim.:* *obi. variae res solidae:* CIC. leg. agr. 2, 89 effusis ac -atis fructibus. Vatin. 34 num quis . . . *quaesitorem* vi deturbarit, subsellia -arit, urnas deiecerit. Pis. 93 illi . . . statuam . . . deturbant, affligunt, comminuunt, -ant. LIV. 4, 15, 8 tecta parietesque . . . -rentur bonaque . . . publicarentur. 23, 24, 13 res, quia nihil -atum fuga est, stratae per . . . ordinem inventae sunt. VITR. 10, 13, 1 Carthaginienses . . . totam communitionem -verunt (*sc. tigno*). 10, 16, 2 machinam malleolis et ballistarum plagis. CELS. 7, 7, 14 *suffusio* acu concidenda et in plures partes -anda est. SEN. dial. 2, 5, 7 *bona* quae -ata et direpta ferebantur *in urbe capta.* PLIN. nat. 10, 204 *asinus* spinetis . . . se . . . atterens nidos . . . -at. VAL. FL. 7, 626 *Iason* galeae nexus ac vincula -at (*i.* 'celeriter solvit', *Langen. cf.* HIER. in Eph. 4, 3 pacis vinculo -ato atque corrupto. VVLG. iud. 15, 14. *cf. etiam l. 55. sim.* STAT. silv. 3, 2, 57 longo clamore magister [*sc. navis*] -at amplexus *discedentium* atque oscula fida revellit). FLOR. epit. 4, 11, 6 *naves* habiles . . . illas graves . . . adortae missilibus . . . ignibus iactis ad arbitrium -vere. VLP. dig. 47, 9, 3, 7 aedificium. ITALA Is. 58, 6 (Cypr. domin. orat. 33 testim. 3, 1 Barnab. 3, 3) omnem consignationem iniustam (cautionem maliguam *Barnab.*) -a (διάσπα, VVLG. omne onus dirumpe. *cf.* TERT. adv. Marc. 2, 19 p. 361, 8 -are scripturam iniustam. 4, 37 p. 548, 8 omnem conscriptionem iniquam -ans). ITALA Marc. 5, 4 (cod. e) catenas (διεσπάσθαι, VVLG. dirupisset). HERM. Pal. sim. 8, 6, 3 qui non custodierunt sigillum (*i. baptismum*) integrum . . ., sed -verunt (τεθλακότες). PANEG. 10 (4), 33, 5 *facilius est* -are apta quam divulsa componere (*cf.* CIC. orat. 235 *p. 1493, 8*). LAMPR. Heliog. 9, 2 *consecrationem* (*i. carmina*). LACT. mort. pers. 52, 2 *bestiae malae* divini gregis . . . cubilia. FIRM. math. 8, 27, 7 civitates (*opp.* restaurabunt. HIER. in Dan. 9, 24 p. 695 civitatem et sanctuarium). PALLAD. 3, 17, 2 cuneum . . . consideranter deponimus, ne corticis fascia -etur. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 11 p. 191, 6 muros civitatis (*infra:* deiecit. VVLG. II par. 32, 5). OBSEQ. 33 grex luporum limites. AMBR. Isaac 8, 65 *bonus rector* novit copulare discordes *equos* (*sc. temperantiam et fortitudinem*), ne forte currum suum (*i. animam*) -ent. HIER. epist. 18 A 5, 2 domum . . . insipiens -at manibus (*opp.* aedificare). 53, 8, 14 ut . . . -atas quadrigas . . . vaticinetur *Zacharias* (*cf.* VVLG. Zach. 9, 10 disperdam quadrigam). in psalm. 2 p. 8, 13 vas figuli . . . si -etur (VVLG. Ier. 18, 4. *cf.* SEN. dial. 6, 11, 3 *p. 1489, 16*). VVLG. num. 9, 21 -bant tentoria (*ibid.* proficiscebantur. 9, 22 movebant castra). deut. 12, 3 -ate aras eorum et confringite statuas (II par. 34, 7 *altaria* [*ibid.* contrivisset]. AVELL. p. 35, 1 securibus). IV reg. 16, 3 idola . . . dominus. 18, 4 excelsa (*ibid.* contrivit, succidit, confregit. 21, 3). I Esdr. 6, 12 domum. Iob 30, 13 itinera (Is. 3, 12 viam). 38, 31 gyrum Arcturi (*opp.* coniungere). eccl. 5, 5 iratus dominus . . . opera manuum tuarum. 10, 8 saepem (*cf.* ITALA [Vincent. Ler. 21, 16] scindentem). Is. 49, 8 possideres hereditates -atas (*i. vastatas*). 49, 17 destruentes te (*Sion*) et -antes 65, 8 ne -es illud (*granum in botro*). *obi. suppl.* Ier. 1, 10 ut evellas et destruas et disperdas et -es, et aedifices et plantes (*sim.* 31, 28). 2, 13 cisternas -atas, quae continere non valent aquas. 47, 4 -bitur Tyrus et Sidon. 49, 2 *urbs* erit in tumulum -ata. Ezech. 36, 36 ego dominus aedificavi -ata plantavique inculta. Dan. 4, 20 *arborem.* Nah. 2, 10 *Ninive* -ata est et scissa et dilacerata. Zach. 9, 10 -bitur arcus belli (*ibid.* disperdam). *in* VVLG. *talia saepius.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 3, 3 *canes* alienos labores (*ibid.* laniare et discerpere. *Greg. Naz. orat. 26 p. 1232 B* σπαράξαι καὶ διασπεῖραι καὶ διαλῦσαι κόπον ἀλλότριον). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 7 machinarum tegmina (*Ios. bell. Iud. 5, 280* ἐσπάραττον). PRVD. perist. 3, 129 martyr . . . simulacra *deorum.* cath. 7, 157 rex . . . laenam revulsa -bat fibula. COD. Theod. 9, 17, 2 pr. (*a. 349*) qui -arunt (*sc. columnas al.*) vel ornatum minuerunt (*supra:* abstulerunt, deiecerunt). GREG. M. moral. praef. 16 *v. p. 1486, 30. sim.* VVLG. I Esdr. 6, 12 regna. AVG. civ. 18, 42 p. 320 D. comites . . . regnum *Alexandri* . . . -assent bellis omnia vastaturi. CHRON. Alex. chron. I p. 128, 304 EXC. barb. p. 304, 24 Fr. *obi. membra, artus, corpus:* PLAVT. frg. inc. 50 -bo te tamquam folia farfari. TRAG. inc. 169 nati (*sc. Absyrti*) -atos artus (*v. infra l. 34. cf.* CIC. Manil. 22 *Medeam* praedicant . . . fratris sui membra . . . -visse, ut eorum collectio dispersa . . . celeritatem . . . retardaret. OV. trist. 3, 28 *Medea* divellit divulsaque membra per agros -at. LACT. inst. 3, 2, 2 si . . . potest corpus vocari, cuius partes ac membra . . . quasi disiecta et -ata palpitare . . . videantur. AVG. civ. 10, 11 p. 420 D.). LVCAN. 6, 178 *Scaeva* caput obterit ossaque saxo ac . . . cerebrum -at (HOMER. 452 Tydeius ensis [*ibid.* ossa . . . spargit]. ITALA iud. 5, 26 (Lugd.) [διήλωσε, VVLG. tempus valide perforans]). VAL. FL. 6, 380 regina . . . partem capitis galeaeque *securi.* SIL. 1, 402 gladio . . . crepitantia ossa. APVL. met. 7, 17 -ato corio *asini* (*sc. ictibus*). TERT. spect. 12 p. 14, 22 nisi . . . feris humana corpora -rentur (*cf.* 21 p. 22, 11 in amphitheatro derosa et -ata . . . corpora. anim. 33 p. 356, 22 *iudicia humana* sicarium . . . feris -ant. ARNOB. nat. 2, 41 in amphitheatris mandi homines . . . et bestiarum laniatibus -ari). fug. 5 praesidi oblatus, tormentis -atus. ITALA Marc. 9, 25 (cod. k) *spiritus surdus* -vit eum et exivit de eo (σπαράξας, VVLG. discerpens. VVLG. Luc. 9, 39 *spiritus* -at eum cum spuma et vix discedit dilanians eum; *gr.* σπαράσσει. *item* 9, 42, *ubi gr.* συνεσπάραξεν). ARNOB. nat. 1, 41 Liberum . . . membratim ab Titanis -atum. 5, 19 vos . . . caprorum (*sc. in Bacchanalibus*) reclamantium viscera cruentatis oribus -atis. LACT. inst. 5, 11, 6 *belua* non tantum artus hominum -at, sed et ossa ipsa comminuit (epit. 61, 4 mort. pers. 21, 6). FIRM. math. 6, 15, 8 -ati corporis laceratione confecti. AVSON. 72 tit. qui testam hominis . . . -are voluit (*infra* vers. 4 silicis verbere dissicuit). PELAGON. 286 hirundinis pullos ore -atos (*cf. Ihm ad l.*). VVLG. Ier. 15, 3 ad devorandum et -andum (*sc. a bestiis*). CASSIOD. Ios. antiq. 13, 19 matrem caedi vel -ari (*sc. tormentis. Ios. arch. Iud. 13, 233* σπαραττομένην). PRVD. perist. 10, 802 fabricam corpusculi (*sc. tormentis*). *transl.* AVG. quaest. hept. 4, 49 (*ad Ter. Andr. 408:* orationem . . ., qui differat te) solet . . . intellegi 'differat' velut 'hac atque illac ferat tempestate verborum' quasi 'discerpat et -ct' (*cf.* EVGRAPH. Ter. Andr. 407). PETR. CHRYS. serm. 132 p. 562^B qui corpus Christi -ant, membra dispergunt. ROMVL. fab. Aesop. (rec. g) 75, 10 *panthera* pecudes . . . trucidat, pastores -at (rec. W *et* rec. v necat). VICT. VIT. 1, 7 *alios* a meatu . . . naturali usque ad arcem capitis -bant (*i. scindebant*). 1, 34 -atis carnibus. 2, 16 quos . . . flagellis. 3, 40 verberibus. OP. imperf. in Matth. 33 p. 812 in destructionem carnis suae agit, quod agit et -at carnem suam. MVTIAN. Chrysost. hom. 7 p. 289 (σπαραττόμενον). GREG. M. in euang. 7, 4 ursorum bracchia. VITA Fulg. 18 flagellis membra . . . -antibus. PASS. Matth. 13 vivos -ate (σπαράξατε, διασπαράξατε) et . . . comedite. *sim. de crinibus scissis:* MVTIAN. Chrysost. hom. 4 p. 268 alius . . . capillos -at, illa . . . ululat. ACT. Petr. 17 conscissa veste, crinibus -atis lugentem. *aliter v. p. 1487, 25. nota* MVTIAN. Chrysost. hom. 15 p. 339 -or ex indignatione. *obi. reliquiae hominum:* CIC. leg. 2, 56 C. Marii . . . reliquias . . . -ari iussit Sulla. HOR. epod. 16, 14 barbarus . . . ossa Quirini. 17, 48 prudens anus novendialis -are pulveres. TERT. apol. 37, 2 *mortuos* de requie sepulturae . . . avellant, -ent (*Fuld.*, dissecent *vg.*), distrahant. SPART. Sept. Sev. 11, 5 senatorum . . . cadavera -ari iussit (LACT. inst. 6, 20 ictibus). VVLG. psalm. 52, 6 deus -vit ossa eorum, qui *eqs.* AVG. civ. 22, 20 p. 600 D. in resurrectione . . . natura corporum . . . -atorum in integrum . . . revocanda.

2 *subi. res:* **a** *obi. res solida:* SISENNA hist. 11 -atis (*sc. per tempestatem?*) imbricum fragminibus ac testis tegularum. CIC. nat. deor. 2, 41 ignis . . . cuncta disturbat ac -at. Att. 15, 11, 3 dissolutum offendi navigium (*sc. rem publicam*) vel potius -atum (*sc. tempestate. cf.* TERT. anim. 52 p. 385, 3 nihilo refert integram abire corporis navem an -atam [*supra:* naufragia . . . vitae]. resurr. 60 p. 121, 22 navem procella -atam vel carie dissolutam. HIER. in Ier. 21, 8—10 p. 984 ante naufragium et -atam navem. CYPR. epist. 30, 2 erret *homo* . . . necesse est et huc atque illuc . . . negotiorum tempestatibus -etur [*sc. tamquam navis*]). AETNA 502 moles . . . pulsatos -at ictus. LIV. 40, 2, 3 tempestas . . . fastigia . . . templorum a culminibus abrupta foede -vit (OBSEQ. 5). OBSEQ. 16 *tempestate* aedificia -ata. 46 nimbis et procella plurima (*sc. aedificia*) -ata. VITR. 1, 5, 5 *turres* quadratas . . . machinae celerius -ant. 7, 2, 1 calculi . . . dissolvunt et -ant tectorii politiones. SEN. dial. 12, 1, 2 hoc universum . . . dies aliquis -bit et in confusionem veterem tenebrasque demerget. nat. 2, 28, 3 ictu . . . totum globum -ante. *obi. suppl.* 2, 40, 2 *genus fulminum,* quod -at (*supra:* quod discutit. *infra:* rumpit icta. PLIN. nat. 2, 137). 2, 52, 1 *fulmen* valentiora . . . vehementius. 2, 52, 2. 6, 14, 4 *spiritus* cum . . ., quidquid intravit, vi sua diducat ac -et. 6, 21, 1 spiritus potest -are

[Hey]

magna spatia terrarum (LVCAN. 10, 232 terras ... ignis. ITALA Ier. 12, 11 [Hier. in *h. l.*] *v. p. 1486, 25.* VVLG. gen. 9, 11 diluvium -ans terram. OP. imperf. in Matth. 33 p. 811 cameli pes ... non -at terram [*cf. ibid.* p. 812 -at, id est, demolitur terram]). SEN. nat. 6, 30, 5 (*ibid.* findere *et* scindere). PLIN. nat. 28, 151 sanguine cervino ... contrahi serpentes tradunt, -ari deinde, si *eqs.* GRAN. LIC. p. 22, 4 fulmine afflatus est et culmen tabernaculi -atum. SOL. 52, 56 adamantes ... malleis ... ante fractis et incudibus -atis aliquando cedunt atque ... dissiliunt (PLIN. nat. 37, 59 incudes malleosque frangens). VOPISC. Tac. 15, 1 *statuae* deiectae fulmine ita contritae sunt, ut membratim iaceant -atae. PALLAD. 6, 2, 1 -antibus ventis *materiam* (*obi. suppl.* VVLG. Ezech. 13, 11 dabo ... ventum procellae -antem). AVG. civ. 8, 2 p. 323 D. *mens* corpora aeterna ... coniungendo et -ando ageret omnia. CYPR. GALL. exod. 1071 lignis ... perpetuo validis, nulla quae -at aetas. CORP. IX 4130, 4 canales vetustate corruptos et -atos. *transl. de homine*: SEN. dial. 6, 11, 3 quid est homo? quolibet quassu vas et quolibet fragile iactatu; non tempestate magna, ut -eris, opus est (*infra*: solveris). **b** *obi. res liquida sim.* (*solvere, dispergere*): VARRO rust. 3, 14, 3 ut *aqua* in ... lapidem incidat ac late -etur. LVCR. 1, 651 acrior ardor ... conductis partibus *ignis* esset, languidior ... disiectis ⟨dis⟩que supatis. 2, 210 sol ... -at omnes ardorem in partes. 4, 873 glomerata ... vaporis ... corpora -at adveniens liquor ac restinguit ut ignem. 6, 163 lapidem si percutiat lapis ... scintillas -at ignis. 6, 181 *ventus* fervidus ... -at ardoris ... semina. OV. met. 2, 801 *invidia* per ossa -at et ... spargit ... venenum. LIV. 5, 16, 9 *aquam* -atam ... rivis extingues. VITR. 1, 6, 9 ut *venti* advenientes ad angulos insularum frangantur repulsique -entur (LVCAN. 9, 451 austrum ... non ... frangit Libye scopulisque repulsum -at et ... solvit). 5, 9, 5 umores ... aer ... extenuat ... -ando quod plus inest quam *eqs.* 7, 8, 3 lapide⟨u⟩m ... pondus ... neque eum liquorem potest ... premere ... nec -are. 8, 1, 7 ex his (*aquis*) quod est levissimum ... aer avocans -at in impetum caeli. SEN. nat. 1, 13, 2 nubes ... ab eo (*sole*) -atur. 2, 15 *aer* nubium sinus -at. 2, 22, 2 *procellis* id quod obvium fuit, -atur et rapitur et longe a loco suo proicitur. 4, 2, 19 imbres nivem diluunt, reliquias eius ... calor -at. 7, 1, 7 conglobatam *flammam* ... mundus turbine suo -asset. 7, 9, 4 *conversione mundi* omnium ventorum in unum congesta vis -retur (*supra*: solveretur). SOL. 36, 3 radiis caliginem -antibus. VVLG. prov. 25, 23 ventus aquilo -at pluvias. AVG. serm. ed. Mai 188, 2 lux ... nebulam. DRAC. laud. dei 1, 410 luna tenebras. *in re medica*: VITR. 8, 3, 18 venae *fontium* ... -ant, quae ... in corporibus *hominum* ... offenderunt. CELS. 3, 27, 4 suppurationes ... perea malagmata, quae digerunt, -entur (*cf.* SCRIB. LARG. 263 malagma, quod discutit strumas ... suppurationem -at). 5, 27, 4 *acetum* habet *vim* -andi (*sc. venena*). 5, 28, 7 medicamenta ... umorem. *sim.* STAT. Theb. 12, 774 auras -at hasta tremens. **c** *obi. corpus humanum* (*lacerare*): ENN. scaen. 118 alia fluctus differt -at visceratim membra. LVCAN. 3, 473 saxum (*sc. ballistarum*) ... totos cum sanguine -at artus (*ibid.* frangit). APVL. met. 5, 27 per saxa ... membris iactatis atque -atis et ... laceratis. 6, 26 silices ... te ... membratim -bunt. FIRM. math. 1, 7, 21 corrupta ac -ata *per morbum* facie. 6, 11, 4 *hae geniturae* publica animadversione prostratos miseris lacerationibus -ant (*similia v. p. 1491, 80 sqq.*). 6, 29, 10 ferarum morsu consumpti artus ... lacerationibus -antur. 6, 31, 75 *al.* VEN. FORT. vita Radeg. 26, 62 lima cilicii membra ... saetis asperis -ante.

3 *passive, incerto vel non diserte addito subiecto dissipandi*: **a** *de rebus solidis*: VITR. 2, 7, 2 Tiburtina *saxa* simul ... sunt ab eo (*igni*) tacta, dissiliunt et -antur. 2, 8, 3 monumenta ... proruunt et ... dissolutis iuncturis ... -antur. 8, 3, 16 *hanc aquam* neque aeneum nec ferreum vas potest sustinere, sed dissilit et -atur. 8, 3, 19 isdem rationibus (*sc. aceto suffuso*) aes ... -bitur et fiet aerugo (*supra*: dissolvi; *infra*: dissilire *et* dissolvi). SEN. nat. 6, 2, 3 quod tremunt terrae, quod subito -antur. COLVM. 2, 2, 18 *gleba* illisa humo non -atur. MART. 1, 82, 1 pulvere -ata multo ... porticus explicat ruinas. ARNOB. nat. 3, 35 si ... mundus unum est animal ... nec in plura potest numina -ari (*syn.* scindi, *opp.* conflari, cogi). VEG. mulom. 2, 33, 1 quae sunt disrupta, componis ... compingis ad locum et ... fasciato, ne iterum -etur. VVLG. eccles. 12, 5 -bitur capparis. OP. imperf. in Matth. 39 p. 847 corpus ... debile ..., etiamsi modice tactum fuerit, citius -atur. *ibid.* tacuimus quasi cithara -ata. *sim. de navibus*: LIV. 35, 43, 4 collectis in alto quae -atae erant navibus. 42, 48, 10 onerariae ex agmine suo per altum -atae. **b** *de rebus liquidis*: VITR. 5, 2, 2 vox ... priusquam in aëra elata -bitur, auribus erit intellecta (VINDIC. med. 22 aëris laxioris causa -atae *voces* etiam proximorum difficilius audibiles fiunt). 7, 10, 2 praefurnium ... comprimitur, ne flamma extra -etur (SEN. nat. 1, 1, 3 *flamma* in cursu suo -ata est). 7, 19, 2 *cometae* dilabuntur ... et ... -antur. 8, 6, 13 *mali vapores* quemadmodum per nares spiritus ex aestu (aestuariis *Ioc.*) -buntur. SEN. nat. 1, 2, 6 *aer fluens* non ... resistit nec formatur, quia prima quaeque pars eius -atur. MIN. FEL. 5, 8 homo et animal ... elementorum ... concretio est, in quae rursum homo et animal omne dividitur, solvitur, -atur. FORTVN. rhet. 3, 17 prandendum est ... cibo tenero ..., qui ante cenae tempus -etur. CASSIOD. in psalm. 101, 4 fumum videmus de flamma ... egredi, sed in auras ... tenuissime -ari. *sim. de animo* (*anima*): CIC. Tusc. 1, 18 qui discedere animum censent, alii statim -ari, alii diu permanere. 1, 24 si anima est *animus*, fortasse -bitur. 1, 42. 4, 78 quid est autem se ipsum colligere, nisi -atas animi partis rursum in suum locum cogere? PALLAD. hist. mon. I 2 p. 256[B] *animam* una cum corpore -ari atque dissolvi (συνδιαλύεσθαι). *aliter* MACR. somn. 1, 11, 1 *anima* individuo fonte naturae in membra corporea -atur. **c** *de re immobili*: CELS. 8, 1 p. 324[D] alia *foramina* ... in multa et tenuia foramina -antur.

B -are *res incorporeas*: **1** *dispergendo, dilatando*: RHET. Her. 2, 3, 5 falsos rumores -atos esse (CIC. Phil. 14, 10 LIV. 7, 38, 9 *al.*). 2, 8, 12 rumorem proferre et confictam fabulam -arc. CIC. Verr. 2, 17 cum ... amici ... sermones ... -assent (Flacc. 14). Planc. 57 nihil .. latius -atur *quam maledictum.* Phil. 14, 15 famam. CAEL. Cic. epist. 8, 1, 4 te ... subrostrani ... -arant perisse. PANEG. 10 (4), 25, 4 multitudinis portio ... ⟨per⟩ totum exercitum timoris contagium -arat. PHAEDR. app. 8, 6 factum rumor -at. *sim., ut vid., dictum* COMM. apol. 812 Apollyon ..., qui persecutionem -et sanctorum in armis (*i. spargat per orbem?*). COMPVT. Carth. 2, 9 *in computo*: assem ... annos per singulos scripulis -are. 2, 10 unus assis ... ab imperitis ... in contentionibus -atur. *passive incerto subiecto*: LIV. 28, 3, 1 Scipio ... animadvertit -atum passim bellum. **2** *dividendo, frangendo, solvendo*: LVCR. 2, 1003 mors ... coetum -at ollis, inde aliis aliud coniungit. VITR. 6, 8, 7 dentes ... -bunt retinendo impetum congestionis. SEN. epist. 100, 6 quidam usque eo asperā *compositione* gaudent, ut etiam quae mollius casus explicuit, ex industria -ent. BOETH. in Porph. comm. pr. p. 79, 4 si qua sunt subteriora, illa, quae sunt superiora, dispertiunt et in multitudinem -ant dividuntque. *passive, incerto subiecto*: OPTAT. 1, 11 p. 14, 1 scisma ... sparso coagulo pacis -atis sensibus generatur. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 42 p. 580[B] *ecclesiae* corpus quod prius -atum fuerat et in diversa laceratum in suam compaginem iuncturamque redigetur.

C -are *animantia* (*sc. turbam; de singulis, qui lacerantur, v. p. 1488, 12 sqq. sed cf. etiam l. 50*): **1** *subi. animantes*: **a** *generatim*: CIC. Sest. 145 eversa domus est ..., -ati liberi, raptata coniunx. Pis. 96 milites ... non dimissi abs te, sed -ati. leg. 2, 42 quorum scelere religiones tum prostratae ... sunt, partim ex illis distracti ac -ati iacent. *de bestiis* BELL. Alex. 36, 4 Pharnaces ... magnam ... multitudinem pecoris intra eas fauces (*loci angusti*) -ari iussit. STAT. Theb. 4, 549 *Tiresias* carmen ... serit, quo -at umbras, quo reciet sparsas (SCHOL. spargeret ..., vagantes ... cogeret). TERT. apol. 46, 16 hoc pro suis omni atrocitate -atis nemo umquam temptavit Christianus. ITALA exod. 32, 25 (Lugd. Wirc. *et* Aug. quaest. hept. 2, 146) -atus est *populus.* -vit enim eos Aaron (διεσκέδασται, διεσκέδασε. VVLG. esset nudatus, spoliaverat). Ezech. 12, 15 (Weing.) si -bo eos in gentes (ἐν τῷ διασκορπίσαι ... ἐν τοῖς ἔθνεσιν. VVLG. dispersero). FIRM. math. 5, 3, 38 filii ... vario genere -antur. 6, 35, 6 *Mercurius* inimicos frequentibus rationibus faciet -ari. VVLG. deut. 30, 4 si ad cardines coeli fueris -atus (*sc. populus Israel. supra syn.* dispergere, *opp.* congregare). prov. 20, 26 -at impios rex sapiens. APRING. in apoc. 20, 7 'seducet gentes ... Gog et Magog'. seducere hic -are, disperdere est. *singulariter* HIER. in Is. 54, 1 p. 625 (*ex Symmacho*) filii -atae (LXX τῆς ἐρήμου. VVLG. desertae). *pro subi. bestia*: OV. met. 8, 344 *aper* spargit ... canes ... et obliquo latrantes -at ictu (fast. 2, 202). SEN. epist. 58, 2 *asilum* pecora peragentem et totis saltibus -antem. APVL. met. 9, 1 convivium ... petulantiā -rem (*asinus*). **b** *in re militari sim.* (*vi et armis*): CIC. dom. 15 depulsis ac -atis tuis (*sc. Clodii*) copiis (FLOR. epit. 3, 5, 11 bello). prov. 5 milites populi Romani capti, necati, deserti, -ati sunt. Phil. 1, 30 -ato concursu impiorum. epist. 2, 10, 3 multi occisi capti, reliqui -ati. CAES. Gall. 2, 24, 4 cum ... calones, equites, funditores, Numidas diversos -atosque in omnes partes fugere vidissent. 6, 35, 3 -atis ac perterritis hostibus (LIV. 3, 70, 4 terrore). HIRT. Gall. 8, 6, 1 Caesar ... convenientes manus. BELL. Alex. 40, 5 reliquias exercitus -ati collegit (LIV. 38, 46, 8 trifariam. 40, 16, 10 *opp.* in unum cogere). LIV. 6, 12, 11 ordines (6, 29, 3 primo impetu. FRONTIN. strat. 2, 2, 11 per elephantos). 7, 24, 8. 7, 26, 9 *Galli* per Volscos ... -ati sunt. 8, 39, 8 partim ... caesi, partim in fugam -ati sunt (10, 14, 21 passim. 33, 10, 5 *al.*). 10, 20, 13 *equites.* 22, 49, 5. 26, 16, 11 multitudo civium -ata in nullam spem reditus. 27, 14, 11 pedites ... -atas (-os *vulg.*) trepidantisque *beluas* avertunt. 34, 15, 1. 35, 5, 9 haec procella equestris primo confudit et turbavit, deinde -vit aciem Gallorum (SIL. 9, 363 FRONTIN. strat. 2, 1, 14). 37, 42, 2 *subsidia.* 38, 25, 13 *al.* 44, 41, 6 legio ... phalangem. CVRT. 6, 1, 12 insequebatur -atos victor. ORIGO Const. 5, 25 multitudo -ata. VVLG. num. 10, 35 surge, domine, et -entur inimici tui. IV reg. 19, 17 -verunt reges Assyriorum gentes et terras. psalm. 17, 15 (= II reg. 22, 15) misit sagittas et -vit eos. 67, 31 *al.* AVELL. p. 29, 9 *clerici* plebem. p. 33, 5 episcopi ... per manum militarem fideles et ... catholicos. VICT. VIT. 1, 51 -atis atque dispersis ... presbyteris.

2 *subi. res*: CIC. epist. 15, 4, 2 cum ... seditione ... exercitus esset -atus. LIV. 10, 28, 10 equitatum velut lymphaticus pavor -at. 27, 14, 7 -atis (disputatis *P*) terrore *militibus.* 32, 26, 3 redire in colonias, unde belli casibus -ati erant (33, 11, 1 variis casibus pugnae). 40, 58, 7 -ati procellā *Thraces.* 43, 10, 4 incompositi ..., cum nocturnus error -ret. PHAEDR. app. 14, 19 vis grandinis ... passim comites -at. SEN. dial. 12, 7, 6 quos Troianum bellum ... per alienas ter-

[Hey]

ras -vit. CVRT. 3, 11, 12 ceteri -antur metu. CAPITOL. Gord. 16, 2 *tempestas* exercitum . . . ita -vit, ut minus idonei milites proelio fierent. IVST. 24, 8, 9 *terrae motu* confertissimi cunei . . . -ati ruebant. HIER. in Is. 18, 4 p. 288 qui . . . fuerant . . . a fluviis in partes varias -ati (VVLG. Is. 18, 7 diripuerunt flumina terram eius). *transl.* GREG. M. moral. 7, 33 quos ... praesentis vitae sollicitudo ordinat, amissio -at. *sim.* LENT. Cic. epist. 12, 14, 2 classis -ata est adventus nostri timore.

3 *passive, incerto subiecto dissipandi* (*i. q. dilabi*): SISENNA hist. 35 dispalati ab signis, digressi omnes ac -ati. CAES. Gall. 5, 58, 3 *equites* dispersi ac -ati discedunt. civ. 1, 55, 1 pabulatores . . . sine ullo -atos timore. HIRT. Gall. 8, 5, 4 Carnutes . . . terrore periculi . . . dispersi . . . -antur in finitimas civitates. BELL. Alex. 36, 5 ut . . . praeda diripienda milites -rentur dispersique caederentur. LIV. 2, 28, 4 in mille curias contionesque . . . dispersam et -atam esse rem publicam. 5, 30, 4 -ati per tribus. 5, 41, 5 relicto praesidio, ne quis in -atos . . . impetus fieret, dilapsi ad praedam. 6, 29, 4 ex fuga -ati (-ata *Madv., cf. p. 1493, 1*) locum . . . capiunt (22, 55, 4). 7, 36, 10 circa collem castellatim -atos aggrederetur. 7, 37, 14 cum . . . eques velut indagine -atos Samnites ageret. 8, 11, 5 qui . . . superfuerant multis itineribus -ati cum se in unum conglobassent. 8, 38, 15 *al.* 24, 1, 4 ut ab urbe excluderent fuga -atos (27, 26, 6 per agros. 43, 10, 8 *opp.* colligere). 42, 64, 10 (*ibid.* sparsos; *opp.* confertos). CVRT. 5, 13, 18 barbari . . ., qua quemque aut spes ducebat aut pavor, -bantur. FRONTIN. strat. 2, 5, 19 velut ad praedam festinantes neglectis ordinibus accelerare coeperunt; quos -atos ... fudit. 2, 6, 2. IVST. 2, 12, 10 civitates (*supra*: dilabi vellent. *opp.* contractam Graeciam. *cf.* NEP. Them. 4, 4 qui si discessissent). VVLG. Iob 4, 11 catuli leonis -ati sunt. 6, 17. Bar. 1, 19 -ati recessimus (ἐσχεδιάζομεν). Ezech. 34, 12 in medio ovium suarum -atarum (*syn.* dispersae. *cf.* ACT. Petr. 10, *ubi opp.* coadunari). act. 5, 36 qui credebant ei, -ati sunt (διελύθησαν). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 18, 2 videte ne, priusquam congregamini, dispergamini et -emini sicut oves remissae de vinculis. ITALA IV reg. 17, 21 (Cypr. epist. 69, 6) -atus est Israel a domo David (VVLG. scissus est. *aliter* LXX).

II *translate de detrimento* (*i. q. perdere, delere*): A -are *bona, maxime sumptu, luxuria*: 1 *subi. persona*: CAECIL. com. 205 a parco patre quod sumas, quanto -es libentius. *fortasse huc pertinet*: COM. inc. Non. p. 287, 8 (= LVCIL. 801 L. *cf.* 922 M.) dividant, differant, -ent, distrahant. CIC. leg. agr. 1, 2 possessiones . . . disperdat ac -et. Flacc. 90 *vir* patrimonium ... Graecorum conviviis maluit -are (L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 54 *v. infra l. 77.* CIC. Tusc. 3, 48 FIRM. math. 3, 2, 8. 3, 3, 5. 7 [*opp.* colligit]. 3, 14, 5 [de] miseris lacerationibus. 6, 17, 1 lacerato ac -ato). CIC. p. red. ad Quir. 19 mihi, quod potuit vis et iniuria . . . detrahere, eripuit, abstulit, -vit. Phil. 2, 6 cum tu reliquias reipublicae -isses (de orat. 1, 38 *Gracchi* rem publicam). 2, 35 pecuniam (6, 3 pecunia ... -ata atque effusa. 7, 15. ad Q. fr. 1, 3, 7 frustra. GAIVS dig. 4, 4, 27, 1). 8, 8 fortunas (epist. 4, 13, 2). Att. 4, 1, 3 in re . . . familiari, quae . . . fracta, -ata, direpta sit (epist. 4, 7, 5). SEN. contr. 2, 6, 4 bona (VAL. MAX. 8, 6, 1. QVINT. decl. 367 p. 402, 1 luxuriā. PLIN. epist. 7, 33, 4 MARCELL. dig. 17, 1, 38, 1. VLP. dig. 27, 10, 1 pr. dilacerando et -ando profudit. reg. 12, 3 male. VVLG. Luc. 16, 1 [διασκορπίζων]). SEN. dial. 10, 1, 4 opes ... -antur (*opp.* crescunt. TAC. ann. 13, 34 per luxum). SCAEV. dig. 36, 3, 18 pr. substantiam (FIRM. math. 3, 2, 4. 3, 3, 2. 5, 1, 2 substantia . . . dilapidata dispergitur . . ., -ata colligitur. *al.* VVLG. Luc. 15, 13, *ubi gr.* διεσκόρπισεν. *cf.* FIRM. math. 6, 31, 88 oculorum substantia -ata). VLP. dig. 24, 3, 22, 8 dotem (*supra*: abutitur). 47, 4, 1, 2 libertus . . . dolo quid. FIRM. math. 3, 3, 19 quicquid ei . . . honorum vel divitiarum collatum fuerit, totum . . . minuitur ac -atur et funditus evertitur. 3, 7, 9 quicquid pecuniae ... repositum fuerit, profusis ... erogationibus -ari. 5, 3, 24 *al.* 6, 3, 10 paternis facultatibus -atis. 6, 15, 13 si qua habuerint subsidia facultatum, aut ipsis adhuc superstitibus pereunt aut post mortem eorum . . . lacerationibus -antur. SCHOL. Cic. Gron. p. 314, 28 praedia. HIER. epist. 54, 15, 1 patrimoniolum . . . perit, . . . hereditas -atur. VVLG. prov. 18, 9 dissolutus . . . in opere suo frater est sua opera -antis. 21, 20 imprudens homo *thesaurum et oleum*. COD. Iust. 8, 17, 12, 5 res dotales . . . quocumque modo vel -atae vel consumptae. GREG. M. moral. 8, 82 p. 852^{C} fructus laborum (*cf. infra*: plena fructibus anima humanae laudis cupiditate -atur). *sim.* SEN. dial. 5, 42, 2 quid iuvat ... brevissimam aetatem -are? *cf. p. 1492, 21.* *obi. suppl.* CIC. Phil. 13, 11 argentum, vestem, supellectilem, vinum. rep. 3, 45 cum . . . supplicium sumit multitudo, cum agunt, rapiunt, tenent, -ant. PANEG. 9 (12) 14, 6 'fruimini', aiebat, '-ate, prodigite'. *nota de persona*: CIC. p. red. ad sen. 24 me (*Ciceronem*) . . . hominem fractum et prope -atum, restituendum. 2 *subi. res*: ACC. trag. 587 ne horum divid⟨i⟩ae et discordiae -ent [et] disturbent . . . civium divitias. L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 54 lubidines totum *patrimonium* -erunt. PS. AVG. serm. 116, 3 quod luxuria vel gula -vit in mundo, pietas reponat in coelo. *ap.* FIRM. math. *saepius stella vel genitura dicitur id facere, quod homo fatis coactus facit, velut*: 3, 2, 4 *Saturnus* maternam substantiam -at (3, 2, 8). 3, 4, 9 *Mars* patrimonium. 4, 2, 1 *al.* 6, 9, 15 substantiam ista coniunctio . . . lacerationibus -at. *cf. etiam p. 1489, 50. accuratius* 6, 16, 2 *Iuppiter et Sol* facultates . . . faciunt . . . -ari (*cf.* 6, 31, 15 *al.*).

B -are *varias res quomodocumque*: 1 *subi. persona*: CARM. epigr. 1504^{A}, 6 (*saec. II/III*) da mihi, ut . . . lusibus . . . -em curas. PS. QVINT. decl. 3^{b}, 2 legem -as, quam senatus . . . condidit (ITALA Hab. 1, 4 [Gild. Brit. 51 chron. III p. 56, 30] -ata est lex [διεσκέδασται, VVLG. lacerata]. HIER. in Is. 24, 6 p. 33 *al.* VVLG. psalm. 118, 126 -verunt legem tuam [διεσκέδασαν. PROSP. *in h. l.* praevaricationis iniquitate integritatem eius non custodierunt, CASSIOD. *in h. l.* -are . . . est legem aliter vivere, quam ipsius praecepta monuerunt]). ITALA gen. 17, 14 (Aug. civ. 16, 26 p. 167^{D}) testamentum meum -vit (διεσκέδασε, VVLG. pactum . . . irritum fecit. *sim.* ITALA deut. 31, 16 [Lugd. *et* Wirc.], *ubi* VVLG. irritum faciet foedus. 31, 20 [Monac. *et* Wirc.]). ITALA psalm. 72, 20 (Hier. epist. 43, 2, 3) domine, in civitate tua imaginem eorum -a (ἐξουδενώσεις, VVLG. ad nihilum rediges). IREN. 2, 12, 8 firmamento ipsorum (*sc. a me*) -ato et in bythum, hoc est in id, quod non est, dissoluto. LACT. inst. 4, 30, 4 qui discidium facerent unitatis et ecclesiam -rent (AVG. in euang. Ioh. 5, 12 columbae non erant, qui ecclesiam -erunt, accipitres erant . . . . non laniat columba. AVELL. p. 157, 24. *cf.* AVG. epist. 43, 4 unitatem Christi discordiis furialibus -antes). LACT. ira 2, 6 *sectae* veritatem dum -ant (*i. in partes diducunt, cf.* CIC. ac. 1, 33 [*p. 1486, 45*] *et p. 1493, 11*), perdiderunt. FIRM. math. 3, 4, 9 parentum vitam ac patrimonium (GREG. M. in Ezech. 1, 6, 18 vitam ... in pravitate. 3, 5, 11 [*loco corrupto*] actus. SEN. dial. 5, 42, 2 *v. p. 1491, 70*). 6, 31, 69 fractis ac -atis viribus. 6, 34, 6 *Sol* -at . . ., quidquid fuerit ante compositum, ut . . . animus per diversa genera sollicitudinum dividatur. OPTAT. 4, 5 p. 109, 5 cuius doctrina, nisi in . . . concilio a . . . episcopis -retur. LVCIF. reg. apost. 5 p. 48, 7 idololatriam quam ipse constituerat. Athan. 2, 17 p. 178, 6 mandata (*opp.* instituere. VVLG. I Macc. 2, 31, *ubi gr.* διεσκέδασαν τὴν ἐντολήν). MAXIMIN. c. Ambr. 47 omoeusion. HIER. epist. 18 A 2, 1 rege . . . sacerdotium -ante. in Is. 8, 11 p. 123 *v. p. 1486, 63.* 23, 8. 9 p. 323 dominus . . . compactam iniuriam (*ibid.* dissolveret . . . vincula). VVLG. II reg. 15, 34 consilium (17, 14). Iob 5, 12 cogitationes (17, 11). prov. 20, 8 malum. 29, 8 homines pestilentes -ant civitatem. Is. 24, 5 foedus (VAL. CEM. hom. 20, 2). EPIST. pontif. 381 (*a. 431*) Migne 50, 530^{A} *haeretici* quiescentium fratrum memoriam. LEO M. epist. 44, 2 religio -atur (βλάπτεται). SALON. in prov. p. 979^{A} concordiam. CASSIOD. inst. div. 15 p. 1126^{C} ne . . . verborum puritas -etur (*sc. ab interpretibus*). *ibid.* p. 1127^{A}. MVTIAN. Chrysost. hom. 24 p. 371 domus eversae sunt, amicitiae -atae. GREG. M. moral. 9, 5 pacis conventio -atur *ab homine resistente.* 2 *subi. res*: CIC. Lael. 24 quae . . . toto . . . mundo constarent, quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, -are discordiam. HOR. carm. 2, 11, 17 -at Euhius curas edaces. LIV. 2, 1, 6 -atae res nondum adultae discordiā forent. SEN. epist. 91, 6 quidquid longa series ⟨dierum?⟩ struxit, id unus dies spargit ac -at. benef. 7, 27, 3 *vitium ingratorum* quod dissociet homines, quod concordiam ... scindat ac -et. dial. 9, 7, 3 hilaritas tristitiam. MIN. FEL. 16, 3 cui non est veri stabile iudicium, prout infida suspicio spargitur, ita eius dubia opinio -atur. SOL. 4, 6 *fontes* ocularias -ant aegritudines. LACT. ira 24, 12 *dissensionibus* humanae societatis . . . coniunctio irrumpitur, dirimitur, -atur. HIER. in Matth. 21, 12 p. 150^{B} stropham eorum crebra venientium inopia -bat. PRVD. cath. 6, 45 -atis mendax imago (*i. somnium*) veris animos . . . fallit. AVG. adv. Don. 4, 6 p. 4, 14 ne ... disciplina -et unitatem. VAL. CEM. hom. 7, 1 *misericordiam* iactantia. EVGIPP. Sev. 40, 2 illorum afflictio vestram . . . potestatem. *nota obi. res corporal.*: CLAVD. carm. min. app. 2, 131 Idam ... ignis (*sc. prorumpens ex ore tauri Cretensis*). 3 *passive, incerto subiecto*: TERT. resurr. 21 p. 54, 4 ne inter discordiam certi et incertorum . . . fides -etur. VVLG. prov. 15, 22 -antur cogitationes (*opp.* confirmantur). GREG. M. moral. 1, 52 p. 550^{D} *laudis* delectatione cum mens ... resolvitur, ab omni intentionis ... vigore -atur (*cf.* 5, 69 p. 719^{B}). 7, 59 supervacuis verbis a silentii sui censura -atur *mens* (*ibid.* extra se ducitur).

se dissipare: LVCR. 1, 350 -at in corpus sese cibus omne animantum. LIV. 30, 5, 7 ignis ... totis se passim -vit castris. VITR. 7, 4, 1 umor . . . in nova structura se -bit.

syntactica: -are *aliquid* in *aliquid*: *v. p. 1487, 42. 82. 1489, 21. 32. 64. 80. 1490, 6. 7. 26. 43. 59? 65. 1491, 4. 12. 14. cf. etiam p. 1493, 11.* per *aliquod spatium*: *v. p. 1488, 16. 1489, 25. 48. 71. 1490, 14. 64. 84. 1491, 15. 21.* ab *aliqua re*: *v. p. 1491, 33. 1492, 60. 61.* ad *aliquid*: *v. p. 1490, 46.*

part. perf. pass. pro adi. **dissipātus**, -a, -um: 1 *de loco*: a *de rebus corporalibus* (*i. q. separatim constitutus vel positus, non cohaerens*): CIC. Phil. 2, 67 Oceanus ... vix videtur tot res tam -as, tam distantibus in locis positas . . . absorbere potuisse. VAL. MAX. 1, 6, 5 carnis ... in modum nimbi -ae partes ceciderunt. CELS. 7, 26, 3 p. 311 D. neve intus aliquae -ae reliquiae maneant. SEN. nat. 7, 11, 3 sideris . . . circa se -um ignem trahentis. CVRT. 8, 14, 9 -os tota acie currus vagari. b *de multitudine* (*i. q. separatim vivens vel habitans*): CIC. Sest. 91 -os *homines* unum in locum congregarunt (*sim.* Tusc. 1, 62. 5, 5. ARNOB. nat. 2, 13 *homines* per varia sectarum deverticula -i). de orat. 1, 36 genus hominum in montibus ac silvis -um. SEN. nat. 5, 18, 4 gentes -as locis miscuit. IVST. 5, 10, 10 per multa membra civitas -a in unum tandem corpus redigitur. c *de incorporalibus*: LIV. 2, 59, 9 collectis ex -o cursu militibus. 3, 5, 10 vagi -o

[Hey]

agmine fugientes. 28, 20, 8 exercitus ex -a passim fuga reliquiae (29, 33, 6. 38, 27, 8. *cf. p. 1491, 16*).

2 *translate*: a *de rebus*: CIC. de orat. 1, 187 omnia..., quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et -a quondam fuerunt. 2, 142 ius civile, quod nunc diffusum et -um esset, in certa genera coacturum *eqs.* orat. 220 -a et inculta et fluens est oratio. 233 alicuius inconditi . . . -am . . . sententiam (*infra*: diffluens et solutum; *opp.* aptum). 235 facilius est . . . apta dissolvere quam -a conectere (*cf.* QVINT. inst. 9, 3, 39. *sim.* PANEG. 10 [4], 25, 4). SEN. dial. 5, 6, 4 in hoc vitae actu -o et vago. LACT. epit. 27, 1 *philosophia* non est uniformis, sed divisa in sectas et in multas discrepantesque sententias -a. BOETH. mus. 1, 1 p. 179, 19 si dulces coaptatique modi sint, ...si -i atque incohaerentes feriant sensum. b *de persona*: CIC. Brut. 216 *Curio* cum tardus in cogitando tum in struendo -us fuit. homo -us *i. cuius bona dissipata sunt v. p. 1491, 74.*

derivata: dissipabilis, dissipatio, dissipator. *Hey.*

dissīptum *v. p. 1451, 38.* **1. dissitus** *v. sub* 1. dissero.

2. dissitus, -a, -um *a* dis- *et* situs. *i. q. situ disiunctus*: APVL. met. 9, 15 auribus grandissimis praeditus cuncta longule etiam -a facillime sentiebam (flor. 2 p. 7 homines . . . neque longule -a neque proxume adsita possumus cernere). 10, 4 ad longissime -as festinare villulas. ARNOB. nat. 1, 55 gentes regionibus -ae. 4, 30 quae non modo sint longe ab eorum -a distantiaque natura (diis sint adstantiaquae *cod.*). CARM. adv. Marc. 4, 148 dividit hoc *velamen* partes ambas *templi* una⟨m⟩que recludit -am ab aeterna cultura et temporis usu. *n. plur. pro subst.*: MART. CAP. 9, 912 perpes ament -a vinculum. [*dub.*: APVL. met. 7, 23 *v. p. 1459, 8.* COD. Theod. 5, 11, 11 (*a. 386*) intra Maium mensem, quod spatium ⟨dis⟩sitis (*Peyron*, sitis *T*, *an* satis?) idoneum et volentibus longum est.]

opp.: adsitus *l. 21.* *D.*

dissociābilis, -e *a* dissociare *cf. c.* sociabilis. 1 *i. q. qui nequit sociari vel cum quo nulla societas est, insociabilis*: HOR. carm. 1, 3, 22 nequiquam deus abscidit prudens Oceano -i terras. TAC. Agr. 3 quamquam . . . Nerva Caesar res olim -es miscuerit, principatum ac libertatem. ARNOB. nat. 2, 32 *dei* cognitio fermentum quoddam est vitae et rei -is glutinum. 2 *i. q. qui dissociari potest, separabilis*: PRVD. psych. 763 nil -e firmum est. CLAVD. 5, 238 quid consanguineas acies, quid dividis olim concordes aquilas? non -e corpus coniunctumque sumus (*cf.* 5, 223 secernique negant).

dissociālis, -e [*cf. c.* dissociare *et c.* socialis. *Th.*]. *i. q. qui nequit sociari*: *c. dat.*: RVT. NAM. 1, 384 Iudaeus . . . humanis animal -e cibis.

dissociātio, -ōnis *f. a* dissociare. 1 *sensu locali i. q. disiunctio*: PLIN. nat. 6, 2 (*de Bosporis*) quaedam in -e (*sc. terrarum*) germanitas concors. TAC. ann. 16, 34 de natura animae et -e spiritus corporisque inquirebat. 2 *de qualitate i. q. aversatio societatis*: PLIN. nat. 7, 57 est quaedam privatim -o corporum. 22, 62 *adiantum* perfusum mersumve *aqua* sicco simile est: tanta -o deprehenditur.

dissocio, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- et sociare. *Th.*]. desoc-: SEDVL. op. pasch. 5, 18 (*v. p. 1494, 25*). GLOSS. V 628, 8 (*v. s. v.* dissors). GLOSS. διαλύω κοινωνίαν. διαλύω. διαχωρίζω. -ata disiuncta. *legitur singulis locis*: LVCIL. VARRO LVCR. NEP. HOR. OV. MANIL. SIL. MART. FRONTIN. APVL. TERT. *bis*: STAT. *ternis locis*: CIC. SEN. *quater*: TAC. NOT. Tir. 46, 21 -at.

I *res* (*generatim*: AVSON. 38, 3 rem sociam non -bo): A *corporeas*: 1 *sensu locali*: a -at *res*: LVCR. 5, 354 quicquam, quod queat artas -are intus partes [= 3, 806 *interpol.*]. BOETH. cons. 3, 12 p. 82, 18 coniuncta . . . naturarum ipsa diversitas invicem discors -ret atque divelleret, nisi unus . . . contineret. *partes terrae*: HOR. epist. 1, 16, 5 continui montes, ni (si *al.*) -entur opaca valle. SIL. 14, 20 spatium, quod -at consortia terrae. STAT. silv. 1, 3, 32 -ata profundo Bruttia Sicanium circumspicit ora Pelorum. RVT. NAM. 1, 330 *insula* longinquo -ata mari (*sc. a terra continente*). *verba*: TER. MAVR. 2770 distinctio verba -at nectitve aliter. *animam*: ARNOB. nat. 2, 40 ab hominum formis tabifica macie -rentur abiunctae (*sc. animae*). AVG. civ. 19, 12 suam mortalitatem . . . seditionem famis ad -andam atque excludendam de corpore animam concitantem. *partes corporis*: AVSON. Mos. 119 in corpore *piscis* partes segmentis coeunt, sed -antur aristis. b *mediali sensu* -ari *vel reflexive* se -are: MANIL. 2, 807 -ata fluat resoluto machina mundo. PRVD. cath. 10, 15 cuncta creata necesse est labefacta senescere tandem compactaque -ari. *de anima* (*cf. supra l. 65sqq.*): LACT. inst. 7, 11, 8 non interire animam, sed -ari a corpore. POTAM. tract. 1 p. 1413[A] -ato per divortium mortis auriga (*sc. corporis, i. anima. cf. ibid.* recedente anima). *de fluviis*: BOETH. cons. 5 carm. 1, 4 Tigris et Euphrates uno se fonte resolvunt et mox abiunctis -antur aquis.

2 *latiore sensu de qualitate*: TERT. anim. 9 p. 311, 16 quanta enim et alia color sociat, natura -at? CHAR. gramm. I 51, 4 (= DIOM. gramm. I 439, 22) neque aliter barbaram linguam ab erudita quam argentum a plumbo -at *analogia*.

B *incorporeas*: 1 -at *res*: *aliquam societatem*: CIC. Lael. 74 quorum (*i. e. morum*) dissimilitudo -at amicitias. SEN. benef. 4, 18, 1 nihil aeque concordiam humani generis -at ac distrahit, quam hoc vitium (*sc. ingratum esse, cf. infra l. 28*). ARNOB. nat. 1, 3 novitas, quae tenorem perpetuum rerum -ata continuatione diduxerit. AVSON. 342, 4 foedera -at lis. 2 -at *animans*: *societatem*: APVL. met. 8, 3 gliscentis affectionis firmissimum vinculum non posse -ari. PAPIN. frg. Vat. 121 culpa -andi matrimonii (FIRM. math. 6, 33, 3 matrimonium aut morte aut dissensione -at *Saturnus*. AMM. 19, 4, 3 ne peregrinus [*i. Paris*] poenas -ati regalis matrimonii lucraretur. COD. Iust. 5, 4, 7 -atum est matrimonium. 5, 4, 14 -atum reconciliare. 9, 9, 23, 1. *cf.* EPIST. pontif. 293 [*a. 405*] Migne 20, 500[B] coniugium. *adde*: LACT. inst. 6, 23, 33 -ari corpus [*i. matrimonium*] et distrahi). HEGES. 3, 17 l. 5 animae et corporis . . . contubernium interrrumpere ac -are. CYPR. GALL. iud. 752 cessit (*sc. serva*) -ans commune iugum. *nota*: TAC. hist. 4, 37 iis . . . causam suam -antibus (*sc. a ceteris, i. se seiungentibus*). ann. 13, 56 ni causam suam -rent (*a ceteris*). 3 *passive ita, ut de aliquo -ante non cogitetur*: PS. PHOEBAD. fid. 7 p. 43[D] cum nominibus ipsis -ata natura *dei patris et filii*.

II *animantes*: 1 *de qualitate*: CIC. de orat. 3, 72 -ati . . . a Socrate diserti a doctis (*cf.* 3, 60 *syn.* separavit). 2 *de animo*: a -at *animans*: TAC. ann. 1, 28 tironem a veterano, legionem a legione -ant. 12, 55 blandimentis adversum plebem, fraude in ducem cum barbarorum copias -asset. HEGES. 1, 34, 1 cum a me -erit *Cleopatra Antonium*. AVIAN. fab. 18, 12 aggreditur *leo* pravis insistere verbis collisum cupiens -are pecus (*sc. tauros coniunctos. syn.* animos disiunxit). SEDVL. op. pasch. 5, 18 p. 289, 5 socium, qui iam -ari meruerat (desociare *HJ*, disociari *B*). VEN. FORT. carm. 3, 14, 8 quos semel affectu astringis pietate paterna, ulterius numquam -are potes (*sc. abs te*). b -at *res*: SEN. benef. 7, 27, 3 est . . . grave vitium (*sc. ingratum esse, cf. supra l. 1*) . . . et quod -et homines. epist. 90, 36 avaritia atque luxuria -vere mortales. FRONTIN. strat. 1, 10, 4 -atum armis civilibus populum Romanum. LACT. epit. 55, 1 quos impietas -erat. SIDON. epist. 4, 11, 1 a collegio . . . Complatonicorum solo habitu et fide -batur. -ant *res personatae*: MART. 7, 24, 6 (*de perfida lingua*) Ledae poteras -are genus. *stella*: FIRM. math. 4, 9, 4 facit *luna* parentes . . . perpetua dissensione -ari. 4, 13, 13 *luna* parentes acerba dissensione -at. 6, 16, 6 *radiatio* eos (*fratres*) ⟨a⟩ fraternis affectibus gravi simultate -at. 6, 32, 38 filios a parentibus grandi simultate. *mors*: HIER. epist. 60, 2 o mors, quae fratres dividis et amore sociatos crudelis ac dura -as! c *mediali sensu* -ari *vel reflexive* se -are: NEP. Att. 2, 2 -atis animis civium. STAT. Theb. 10, 57 nulla *mulier* sterilis nec -ata marito. MOD. dig. 17, 2, 4, 1 -amur renuntiatione, morte, capitis minutione et egestate (*opp.* societatem coire). LACT. inst. 6, 10, 12 ab ea (*sc. societate humana*) . . . se ipsos inhumanae virtutis suae rigore -ant. 6, 10, 25 qui se ipse -at ac secernit a corpore (*i. a societate*). HEGES. 5, 44, 4 priusquam populus a Romanis se -ret. AVG. c. Cresc. 4, 58, 69 a . . . populis . . . me -ero. ORIENT. comm. 2, 10 sint fugienda iocus, convivia, sermo, voluptas, sisque (*Bährens*, sic *codd.*) etiam aequaevis -ande tuis. CASSIOD. var. 1, 43, 3 in nulla se nobis parte -ans. 3 *sensu locali*: a -at *res*: AMM. 22, 8, 33 a quibus . . . itineribus modicis Tauri -antur. EVG. TOLET. carm. 9, 8 sorte sepulcrali -ata (*sc. a ceteris*). b -at *animans*: CYPR. GALL. deut. 229 sontes -ans proculque pellens *deus*. HEGES. 3, 1, 3 se tanto -atum (*i. privatum, orbatum*) comitatu ducis.

part. perf. pass. pro adi. **dissociātus**, -a, -um: 1 *proprie*: a *res corporeae* (*sensu locali*): OV. met. 1, 25 -a locis concordi pace ligavit. SIDON. epist. 9, 8, 2 -ae situ habitationis. PAVL. PELL. 417 praesidia diffusa nec multum -a. b *res incorporeae*: ARNOB. nat. 4, 18 utrumne res ita sint, . . . ut indicant scripta, an aliter se habeant et multo -ae discrimine. CASSIOD. var. 12, 24, 1 unum ex his (*sc. duobus officiis*) -um impleri non permittit effectum. 2 *translate* (*de animo*): a *res*: LVCIL. 874 (*cf.* VARRO Men. 509) -aque (*em. Büchelcr*, -at atque *codd.*) omnia ac nefantia. b *homines*: CIC. rep. 3, 3 homines . . . antea -os iucundissimo inter se sermonis vinclo colligavit. AVG. bapt. 1, 7, 9 -us a societate Christiana. c. Cresc. 4, 64, 79 ab eo -us.

deriv.: dissociabilis, dissocialis, dissociatio. *Becker †.*

dissōlātio *v.* des- *p. 733, 64.*

dissologia duplex locutio GLOSS. IV 56, 20. διςςολογία.

dissolūbilis, -e *a* dissolvere. *legitur inde a* CIC. NOT. Tir. 30, 1[a]. *comp. l. 84.* [*loc. corrupt.*: PRISCILL. tract. 7, 112.] *i. q. qui dissolutionem admittit, dissolvi potest*: *generatim de eis, quae composita sunt vel iunctura quadam continentur*: CIC. nat. deor. 1, 20 quae est . . . coagmentatio non -is? TERT. anim. 9 p. 310, 9 -e . . . omne compositicium et structile (*cf.* PS. HIL. libell. 3 nec filius dei compositus ac per hoc -is teneatur). LACT. inst. 2, 8, 39 quod accipit vim, -e est; quod dissolvitur, interibit. CHALC. transl. 41[A] quod iunctum est natura, -e (λυτόν). comm. 139. *de rebus corporeis*: CIC. nat. deor. 3, 29 mortale . . . omne animal et -e et dividuum sit necesse est. LACT. inst. 7, 8, 6 in terram resolvi, quod est in homine ponderosum et -e, quod autem tenue atque subtile, id vero esse individuum. CHALC. transl. 41[A] opera (*cf.* comm. 201). comm. 54 rerum. 130 stellas . . . puro minimeque -i corpore (MACR. sat. 7, 12, 3 omne corpus suapte natura -e et marcidum est). 330 species. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 480, 2 quidquid infra aethereum caelum est, . . . mutabilius esse et -ius. *adde*: CHALC. transl. 37[A] (= comm. 52. 103)

[*Lackenbacher*]

quid sit eiusdem individuaeque, quid item diversae -isque (σκεδαστήν) naturae (Avg. civ. 12,4). *de rebus incorporeis*: Tert. anim. 14 p. 318, 20 singularis . . . et simplex et de suo tota *anima* est non magis instructilis aliunde quam divisibilis ex se, quia nec -is. si enim structilis et -is, iam non immortalis. itaque quia iam non mortalis, neque -is neque divisibilis *eqs.* apol. 47 p. 288 *animam* alii divinam et aeternam, alii -em contendunt. Lact. inst. 4, 8, 10 nostri spiritus -es sunt, quia mortales sumus. Avg. c. Iul. op. imperf. 4, 40 qua . . . ratione indignum esset non imagine dei . . ., sed mancipio -i imaginis dei? *de syllaba*: Ter. Mavr. 2224 non ita, est ut longa *syllaba* -is, breves vicissim contrahi in longam valent.

comp.: indissolubilis.

***dissolvo**, -vī, -ūtum, -ere *a* dis- *et* solvere. *inf. fut. pass.*: dissolutuiri: Lact. inst. 7, 12, 29 *B P* (dissolutum iri *HS*). *cf. S. Brandt, Archiv 2 (1885) 352.* Gloss. dirrumpo. καταλύω, διαλύω (II 272, 33 desolvo), παραλύω. -it exolvit. -itur defetiscit. -utus ἔκλυτος, διαλελυμένος. -uta convulsa. infecta, fracta. *per diaeresin leguntur*: -o: Catvll. 66, 38. -uisse: Tib. 1, 10, 62. -enda: Tib. 1, 7, 2. 40. *formas in fine hexametri positas* (Lvcr. 1, 223. 519. 559. 764. 3, 330. 706. 5, 360 [= 1, 815]. 6, 446 Avson. 336, 53) *per diaeresin legere licet, item* Carm. epigr. 248, 4 Lvcr. 1, 216. 528. 546. 1040. 2, 947. 3, 455. 470. 578. 612. 758. 903. 4, 919. 6, 46. 216. 352. 356. 598. 1162. *opus esse diaeresi* Lvcr. 1, 559 (-ensque), 3, 706 (-untur), 6, 446 (-itque) *evicit Lachm. ad Lucr. 3, 198.* *legitur inde a* Plavto, *singulis locis habent* Catvll. Caes. Bell. Alex. Ov. Sen. rhet. Val. Max. Cvrt. Colvm. Pers. Petron. Val. Fl., *binis* Plavt. Ter. Sall. Hor. Phaedr., *ternis* Varro Tib. Lvcan. Plin. paneg. Svet., *quinis* Rhet. Her. Nep., *senis* Tac. Gaivs Apvl.; *frequentant* Cic. (*115^{ies}*) Lvcr. (*40^{ies}*) Vitr. (*26^{ies}*) Plin. uat. (*27^{ies}*) Qvint. inst. (*24^{ies}*) Tert. (*43^{ies}*); *deest* Catoni Verg. Prop. Vell. Celso Scrib. Largo Sil. Stat. Mart. Ivv. Not. Tir. 29, 96 -it. *litteris graecis scriptum p. 1498, 35.* [*loc. corrupt.*: Dom. Mars. carm. frg. 1, 7 *cf. p. 1499, 18* Fest. p. 209.]

I *vi praepositionis integra i. q. disiungendo, dirimendo sim. solvere*: A *corporea*:

1 *res conexas, nodos, vincula sim.* (*cf.* Cic. orat. 235 *p. 1498, 64.* Tim. 40 quamquam omne colligatum solvi potest, sed haud quaquam boni est ratione vinctum velle -ere [λύειν]. Sen. epist. 71, 14 composita -i, -uta componi. Boeth. arithm. 1, 15 p. 32, 21 nihil . . ., quod -i potest, incompositum est, sed . . . compositum): Lvcr. 1, 243 *corporum* contextum. 6, 356 *elementa* -unt nodos omnes et vincla relaxant (*cf. p. 1498, 27.* *tropice*: Avg. nupt. et concup. 2, 33, 55 totum istum nodum sua confessione -it. Ps. Damas. epigr. 64, 4 peccati nodum -ere). Tib. 1, 7, 2 stamina non ulli -enda deo. Vitr. 2, 8, 3 coagmentorum . . . -utis iuncturis (4, 2, 4). 8, 6, 6 fistularum commissuras. Plin. nat. 24, 65 Homerus . . . dixit navium sparta -uta (*Il. 2, 135 σπάρτα λέλυνται*). Arnob. nat. 1, 2 p. 4, 11 numquid *mundi* . . . parte est in aliqua relaxata aut -uta constructio? 3, 25 vincula (Avson. 454, 2 Vvlg. gen. 49, 24. *tropice*: Papin. dig. 12, 6, 59. 46, 3, 95, 4. Rvfin. Adamant. 3, 2 [διάλυσις]. hist. mon. 7 p. 414^{C} Clavd. 22, 41 Ennod. carm. 1, 9, 45). Avson. 449, 3 trabium compago -itur (Amm. 17, 7, 14. Vvlg. Dan. 10, 16 -utae sunt compages meae [ἐστράφη τὰ ἐντός μου]. Avg. civ. 19, 13 p. 377, 25 D.). Amm. 19, 7, 7 -utis turrium coagmentis. Schol. Cic. Bob. p. 131, 2 St. -uta hac velut harmonia corporis animique. Vvlg. Iob 12, 18 balteum regum. Is. 58, 6 *tropice* (*v. p. 1499, 17*). Sirach 22, 19 loramentum lignenm colligatum in fundamento aedificii non -etur (*cf.* Svlp. Sev. Mart. 21, 4 -uta artius lora constringit). Rvfin. patr. 10, 2 p. 329^{B} -uti sunt nervi bracchiorum. Apring. in apoc. 5, 2 qui aperiret librum vel signacula -ret (Vvlg. solvere. *cf.* Apring. in apoc. 5, 3. 5). *de crinibus:* Tib. 1, 10, 62 ornatus -isse comae. Apvl. met. 2, 17 crinibus . . . -utis. *de vestimentis*: Plin. nat. 28, 78 capillo cinctuque -uto. Porph. Hor. sat. 2, 3, 77 -uto pallio. Hier. epist. 64, 20, 2 ut non sit laxum nec -utum *superumerale.*

hominem vinculis constrictum: Plavt. Poen. 148 ubi -utus tu sies, ego pendeam. *inde tropice:* Plavt. Merc. 166 -e iam me; nimis diu animi pendeo. *cf. p. 1501, 35 sq.*

A *proprie* (*inde a* PLAVTO *infra l. 79*): **1** *de rebus corporeis*: **a** *generatim de arcu, chorda, tignis; de vestibus, velis sim.*: GLOSS. διατείνω. OV. ars 2, 209 -nta suis umbracula virgis. VITR. 10, 2, 8 tignum, quod erigitur et -itur retinaculis quadrifariam. COLVM. 4, 17, 6 *vinea* ex utraque parte iugo devincta pari libramento velut ancoris quibusdam -itur. SVET. Otho 2, 1 -nto sago. GELL. 15, 15, 3 'velis passis' ... significat diductis atque -ntis. TERT. idol. 8 cymatia -ere. pudic. 2 (*trop.*) funem contentiosum alterno ductu in diversa -ere. FAV. EVL. p. 16, 1 huic chordae si alteram iungas diversa ratione -ntam (RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 8, 1 nec arcus districto semper nervo chordaque -nta utilis erit emissionibus sagittarum [GREG. ἐπεὶ μηδὲ νευρὰ φέρει τὸ σύντονον ἀεὶ τεινομένη]. AVG. in psalm. 56, 16 psalterium ... chordas -ntas habet. serm. 243, 4). RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 2 *arcu* dilatato atque -nto. MART. CAP. 8, 872 *Sol* suum circulum contra mundum per obliqua -it (*velut arcum*). EVSTATH. Bas. hex. 2, 5 p. 885^{D} constat factum esse caelum praeceptione dei subitoque -nsum (*velut velum vel tentorium*). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 224 -nta ... lintea. ALC. AVIT. epist. 7 p. 39, 2 *turabula paganorum ex metallis confecta* infusa fornacibus et -nta per laminas (*cf.* VVLG. num. 16, 38 producatque ea in laminas). ENNOD. carm. 1, 5, 13 Lyaeus -it tunicas uvarum carcere musti (*i. prelo premit*). **b** *speciatim*: **α** *t. t. medicorum de nervis hominum* (*cf.* distentio): CELS. 4, 27, 1 nervi -untur. 5, 26, 14. 17 *opp.* resolvuntur. 7, 2. 7, 5, 4. 8, 25. **β** *de cute hominis vel animalium* (*verbi notio nonnumquam prope accedit ad exempla sub III A 2 allata*): POTAM. tract. 1 p. 1412^{A} inter ieiunas et numerabiles costas *Lazari* pellis taetra -itur. VEG. mulom. 2, 9, 2 huic (*sc. iumento ex distentione laboranti*) capitis membrana -itur. CLAVD. 18, 259 laxasque laborat -isse (contendisse *al.*) genas fictumque inflatus anhelat (*cf.* ARNOB. nat. 2, 42 inflandis bucculas -rent tibiis. 7, 33 buccas vento -ere. HIER. epist. 22, 16, 2 rubentibus buccis cutis farsa -itur). 20, 449 *cocus secum volutat* quanto ... cutem (*sc. suis*) -at echino (*i. farciat; de re v.* APIC. 8, 339. *cf.* TERT. apol. 9, 14 botulos ... cruore -nsos [*ABEF*, -ntos *DG*]). SIDON. epist. 3, 13, 7 *frons* cutem plicat, supercilia -it. 9, 9, 14 Zenon fronte contracta, Epicurus cute -nta. DRAC. laud. dei 3, 694 iam tegit ossa cutis multos -nta per artus. *de corpore, translate tamen eo modo, ut non aliquod membrum, sed facultas vel indoles eius tendi dicatur*: PETRON. 87, 1 cetera, quae libido -nta dictat (*fere i. q. turgida, ambiguo sensu, cf.* AVG. civ. 4, 11 p. 162, 24 D. turpi nuditate -ntus ... Priapus). NEMES. cyn. 287 (*de equis*) mox laetae redeunt in pectora fortia vires et nitidos artus -nto robore formant. **2** *de tensione corporis hominis vel animalis ab aliis facta*: **a** *generatim*: LIV. 1, 28, 10 duabus admotis quadrigis in currus earum -ntum illigat Mettium. COLVM. 6, 9, 13 ceterum corpus (*sc. quadrupedis*) laqueatum et -ntum temonibus obligatur. LVCAN. 4, 628 *victor victi* inguina ... insertis pedibus -it. RVFIN. hist. 5, 1, 41 Blaudina ... religata ad stipitem atque in crucis modum -nta bestiis pabulum praeparatur (ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα). **b** *speciatim de hominibus, qui verberandi causa extenduntur* (GLOSS. ad virgas extentus): PLAVT. Mil. 1407 dispennite hominem divorsum et -ite (distendite *A*, NON., dispendite *P*). QVINT. decl. 338 p. 336, 11 deficientes (suffic- *codd.*) iam per se -is artus lacerasque verberibus iam non cohaerentem cutem. LACT. mort. pers. 21, 4 si quis (*sc. inimicorum Maximiani*) esset verberandus, defixi in stabulo pali quattuor stabant, ad quos nullus umquam servus -i solebat. VVLG. Hebr. 11, 35 [*Fraenkel*]

alii autem -nti sunt (*ἐτυμπανίσθησαν cf. p. 1516, 80*). EVCHER. pass. Acaun. 7 ad poenam vel ad supplicia -itur. ISID diff. app. 76 laniat qui membratim -it. *eadem notio sublatere videtur*: SVET. Tib. 62, 2 excogitaverat ... inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul urinaeque tormento -ret (*ubi tamen ea quoque inest significatio, de qua v. III A 2 d*). 3 *de motu membrorum corporis*: Ov. met. 4, 491 Erinys nexa ... vipereis -ens bracchia nodis. SEN. Herc. f. 1212 (*translate*) Symplegas ... hinc et hinc vinctas manus -at alto. dial. 3, 2, 2 (*v. p. 1512, 21*). LVCAN. 3, 734 -ntis toto riguit sed corpore palmis (QVINT. inst. 11, 3, 115 in latus utramque *palmam* -imus. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 59 manuum neglecta atque -nsa abiectio. 3, 6, 68 *opisthotonicis* neque manus -untur: digitos conductos atque implicitos habent, ut Hippocrates ait *eqs.* [*cf. Hippocr. περὶ νούσων 3, 13 vol. VII 132 Littré ὀπισθότονος ... οὐκ ἐᾷ ... οὐδὲ τὰς χεῖρας ἐκτεῖναι*]. VEN. FORT. vita Pat. 13, 40 contractarum manuum [*sc. ancillae aegrotae*] se tela -it. *de sidere*: AVIEN. Arat. 467 *Andromeda* diducta ulnas ... -it in aethra. 1198 Cepheus ipse caput -ntaque bracchia vasto induitur ponto). LVCAN. 6, 95 -ntaque lumina rumpit. 6, 757 *morientis* -nto lumina rictu nudantur (*cf. p. 1514, 64*). 9, 722 oraque -ens avidus fumantia prester. QVINT. inst. 1, 11, 9 ne immodicus hiatus rictum -at. PRISC. Anast 71 *leo* -it hiatus. GREG. M. dial. 4, 11 cum eum ... conspiceret solutis ... membris quasi in morte -ntum (*cf. l. 10*).

B *translate* (*apud Christianos, imprimis* CASSIAN.): *de animo, i. q. sollicitare* (*totus hic usus fluxisse videtur ex Ecclesiastae [l. 29] interpretatione, ut videtur, iam vetere latina [cf. p. 1517, 45]. significatio ubique eadem, cf. p. 1517, 32 sqq*): ITALA (*v. p. 1517, 33*) eccles. 3, 10 deus distensionem magnam dedit hominibus, ut -antur in ea (*τοῦ περισπᾶσθαι ἐν αὐτῷ*). AMBROSIAST. in Rom. 10, 19 per quam (*gentem*) zelum passi iracundia -rentur. HEGES 3, 1, 1 -batur animi sollicitudine (*v. p. 1512, 27*). CASSIAN. conl. 1, 20, 5 ut *diabolus* monachum ... perniciosarum sollicitudinum occupatione -at. 1, 21, 1 calliditate diaboli circumventum taliquo -ntum ieiunio, ut *eqs.* 19, 6, 4 animum ... expectatio ipsa -it. 23, 5, 1 sollicita mente -itur. 23, 5, 7 *mens* crebris -itur curis. inst. 4, 35 sollicitudine curaque (POMER. 2, 21, 2). VICTORIN. ad Ruric. epist. 2 p. 444, 19 pro filiae redemptione anxietas paterna -itur. *accedit enuntiatum finale*: CASSIAN. conl. 11, 13, 1 is qui alium valde amat ... attonita semper pietate -itur, ne ... intepescat. *accedit* ad: CASSIAN. conl. 9, 5, 5 ad duorum vel trium solidorum acquisitionem nosmet ipsos propensiore ... opere ac labore -ere. SALV. eccl. 1, 22 quid ad conquirenda terrena et peritura -eris? (*sc. paterna pietas*).

C *nota sensum genuino contrarium, ita, ut non tentio, sed relaxatio rei antea tentae significetur, fere i. q. retendere*: SCHOL. Hor. carm. 3, 8, 23 'laxo meditantur arcu': ut eos -nsis arcubus victos et fugientes ostenderet. GREG. M. moral. 28, 29 ex studio namque arcus -itur, ut in suo tempore cum utilitate tendatur (*cf. p. 1512, 40*). *in locutione metaphorica*: GREG. M. moral. 28 pr. *conscia virtus animam* a meliorationis intentione -it.

II *i. q. tendendo distrahere, divellere, dirumpere.* GLOSS. -itur discerpitur.

A *proprie*: CAES. civ. 3, 92, 2 Pompeius suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent ... aciemque eius distrahi paterentur; idque ... fecisse dicebatur, ut ... acies ... -retur. LIV. 3, 23, 1 ut -rent hostium copias. 34, 29, 7 ut -rent (*M*, descenderent *B*) ab apertiore loco hostes (*cf. Weißenb. ad l.*). ANTH 99, 1 Laucontem gemini -unt nexibus angues (*fort propius accedit ad I A 2 a*). PALLAD. hist. mon. I 6 p. 272[B] aspidis dente percussus est ... correptam igitur eam et utraque manu ab ore -ntam scidit mediam (*λαβὼν οὖν αὐτὴν ταῖς δύο χερσὶν ἀπὸ τῶν χελυνίων κρατήσας διέσχισεν*). B *translate de anima*: EPICED. Drusi 5 nec tua te pietas -it amore duorum. LIV. 9, 12, 10 -it ea res Samnitium animos, quod nec ... ire ... nec ... manere ... satis audebant. 27, 40, 1 consules diversis itineribus profecti ab urbe velut in duo pariter bella -erant curas hominum. COLVM. 1, 6, 8 ne villici diversas partes circumeuntis sedulitas -atur. 4, 29, 3 cum vero vastitas operis etiam diligentissimi agricolae curam -it (12, 46, 1 rerum autumnalium compositiones, quae et ipsae curam villicae -unt). 8, 2, 7 quae (*sc. ducenta capita avium*) pastoris unius curam -ant. SYMM epist 1, 3, 4 aut eos occupatio geminata -ret. AMM. 30, 4, 13 inter sollicitudines indicum per multa -ntas. AVG. serm. 54, 1 turbatur enim mens parum intelligentis et praecepto utique obaudire cupientis et per diversa et adversa -itur. SERM. Caspari Anecd. p. 329, 2 quam multa eos sacrificiorum observatione -erit (*sc. conscriptor legis*).

III *i. q. inflare, implere*: GLOSS. -unt implent (SERV. Aen. 1, 433). replent.

A *proprie*: *de cavis corporibus, quae intrinsecus extenduntur vel implentur*: 1 *generatim* (*plerumque accedit ablativus*): VERG. georg. 3, 124 impendunt curas denso -ere pingui quem legere ducem (*sc. armentorum*). 4, 164 *apes* liquido -unt nectare cellas (= Aen. 1, 433 dulci -unt n. c. *cf. l. 76*). TIB. 2, 5, 84 -et spicis horrea plena Ceres. SEN. nat 2, 27, 3 conglobata nubes dissolvitur et eum, quo -nta fuerat, spiritum emittit. PS. CYPR. laud. mart. 7 lactentibus (lat- *codd.*) stipulis -nta imbribus frumenta turgescunt. PALLAD. 14, 83 exiguam sorbum dulci -ere suco novit *malus* (*sc. insitus*). AVIEN. Arat. 1490 seu plenum luminis orbem Cynthia -it. SALV. gub. 1, 9 -nta aureis nummis marsupia. PS. VEN. FORT. vita Med. 5, 15 vasa ... -nta melle (*fort. imitatur* VERG. Aen. 1, 433 *v. p. 1513, 81*). *absolute*: AMM. 29, 1, 13 carceres publici iam -nti (*i. pleni*). 2 *speciatim de corporibus hominum vel animalium*: a *de ventre* (GLOSS. -ntus satis plenus, cibo plenus, pinguis, corpulentus): PLAVT. Cas. 777 ut ipsae solae ventres -ant suos. ENN. ann. 322 Cyclopis venter velut olim turserat alte (alti *cod.*) carnibus humanis -ntus (ENNOD. carm. 2, 63, 2 artubus humanis Polyphemus vixit et atro sanguine -ntus [-ntos *codd.*, *prob. Hartel*] delicias habuit). SEN. dial. 4, 20, 2 *pueri* ne cibis quidem implendi sunt; -entur enim corpora et animi cum corpore tumescent. nat. 4, 13, 6 -ntos copia ferculorum ac varietate. epist. 47, 2. 83, 21 viscera. 95, 16. COLVM. 7, 5, 19 ovis toto ventre -itur. 7, 10, 6 -ntam pabulis alvum (QVINT. inst. 2, 10, 6 quadrupedes ... pabulo -ntae). PLIN. nat. 32, 75 *rana* ventres boum -ens. PLIN. paneg. 49, 6 -ntus solitaria cena. SVET. Claud. 33, 1 -ntus ac madens. APVL. met. 1, 18 cibo et crapula -ntos (2, 31 crapula -ntus). 7, 14 (*de canibus*). 7, 27. CYPR. laps. 30 sagina largiore -ntus (AMM. 21, 12, 15 largiore ... potu saginisque -nti. *cf. p. 1516, 46*). PANEG. 9 (12), 24, 2 trucem Francum ferina sola carne -ntum. AMM. 22, 15, 22 belua (*hippopotamus*) ... -nta (22, 15, 23 *cf.* SOL. 32, 31). 25, 10, 13 *Iovianus* avida cruditate -ntus (AMBR. Noe 8, 24 helluones ... -untur cruditatibus usque ad periculum; *opp.* solvuntur visceribus exinanitis [MACR. sat. 7, 7, 17 qui usque ad periculum -untur vino plurimo]. HIER. in Is. 65, 13/14 p. 785[C] SALV. gub. 4, 19. 7, 70). SCHOL. Cic. Bob. p. 102, 23 St. barbari hominis, quem poma inusitata -erint. AMBR. Noe 6, 13 epulis ventre -nto (PS. AMBR. serm. 7, 2 ventrem cibo. HIER. epist. 55, 2, 3). HIER. epist. 9, 3 viscera -nta (*opp.* venter vacuus). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 14, 5 corpora pingui arvina. 9, 3, 5 abundantia cibi corrumpit -nta praecordia. PAVL. NOL. epist. 23, 8 ut *farina nostra* ... fraternitatem ... monacham ... duplici ministerio fermentatis orbibus aut soluto farre -at. MACR. sat. 1, 11, 14 dum se mensae copiis et aviditate -unt. somn. 1, 3, 4 -ntus cibo. CASSIAN. inst. 6, 23. MART. CAP. 2, 135 *pectus* nescio qua intima plenitudine -ntum magno cum turgore respiciens (*de pectore dicit, sed quasi de ventre, nam postea virgo id, quod intra pectus est, evomit*). SALV. eccl. 3, 15 quomodo ... viscera exsaturata -at (*syn.* quibus copiis ventrem expleat). PAVL. PETRIC. Mart. 1, 57. *paulo latiore sensu*: SALV. eccl. 4, 32 *heredes mei* -untur deliciis a me relictis. *a ventre ad res spirituales transl.*: MAR. VICTORIN. ad Iust. 16 *animae* ad pinguedinis -ntae grassamina. SIDON. epist. 6, 6, 2 ut ... interioris hominis maciem saepenumero mysticus adeps et spiritalis arvina (*cf. supra l. 31*) -at. b *de graviditate*: Ov. met. 15, 219 corpora visceribus -ntae condita matris. IVV. 6, 598 si *uxor tua* -ere vellet et vexare uterum pueris salientibus. APVL. met. 1, 9 iam octo annorum onere misella illa velut elephantum paritura -itur. PRVD. ham. 585 mater (*sc. vipera*) morte sua, non sexu fertilis, aut de concubitu -nta uterum. PAVL. NOL. carm. 6, 105 gravida -itur alvo Elisabeth. ALC AVIT. carm. 6, 174 perfectoque gravis fetu -itur alvus. c *de uberibus* (*ante* LACT. *tantum de pecudibus*): GLOSS. -ntas: plena ubera lacte. LVCR. 1, 259 *pecudibus* candens lacteus umor uberibus manat -ntis. VERG. ecl. 4, 21 ipsae lacte domum referent -nta capellae ubera. 7, 3 -ntas lacte capellas. 9, 31 cytiso pastae -ant ubera vaccae HOR. epod. 2, 46 claudensque textis cratibus laetum pecus -nta siccet ubera (*cf. p. 1516, 45*). Ov. met. 13, 826 ut vix circueant *pecudes* -ntum cruribus uber. LVCAN. 4, 314 -ntas (*pars codd. et Acro*; -nsas *BG*) siccant (*cf. l. 57*) pecudes. LACT. opif. 3, 6 uberibus (*pecudum*) sua sponte -ntis. 12, 17 *mulieris* turgescentes mammae dulcibus sucis -untur. IVST. 43, 2, 5 *lupa* amissis catulis -nta ubera exinanire cupiens. *in locutione metaphorica*: COLVM. 3, 21, 3 alma tellus ... mortalibus -nta musto dem⟨itt⟩it ubera. d *de variis corporis partibus et de toto corpore*: LVCIL. 646 ut si eluviem facere per ventrem velis, cura ne omnibus -nto corpore expiret viis. SEN. Herc. O. 1222 sanguinis quondam capax tumidi †iecur (tumet igne cor *Leo*, tumidi igne cor *M. Müller*) pulmonis arentes fibras -it. dial. 4, 35, 3 rabida vocis eruptio colla -et. SCRIB. LARG. 181 altercum, quod Graeci ὑοσκύαμον vocant, qui biberunt, caput grave venisque -ntum habent. LVCAN. 9, 797 nec lorica tenet -nti corporis auctum (*i. veneno serpentis inflati*) (CYPR. GALL. num. 537 dum *viperae* tenuia quamquam vulnera letali -unt corpora suco. SOL. 27, 32 prester quem percussit, -itur enormique corpulentia necatur extuberatus. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 129 cum iam liventes virus [*sc. serpentis*] -ret artus [*sc. pueri*]. *ut de eo, quem serpentis morsus percussit, sic de ipso serpente*: PAVL. PETRIC. Mart. 3, 238 *ad diabolum*: antiquo serpens -nte veneno). VEG. mil. 1, 6 suris et pedibus non superflua carne -ntis, sed nervorum duritia collectis. CHIRON 354 *mulus morbo qui maleos appellatur laborans* nares -ntas habebit (*paulo antea*: cum venae tensae fuerint circa collum). MAR. VICTOR aleth. 1, 210 *sanguis* -it molles per nota foramina venas. ORIBAS. syn. 1, 5 tendendo vel -endo arterias (*διιστάντας ἐπιτήδες τήν τε ἀρτηρίαν καὶ τὰς ἄλλας διεξόδους*). 8, 11 p. 217 cerebrus ... intumescit ita, ut -at in capite suturas et testa (*i. testam; φλεγμαίνων ὁ ἐγκέφαλος οἰδεῖ*

[Fraenkel]

πολλάκις οὕτως, ὥστε καὶ τὰς ἐν κεφαλῇ ῥαφὰς διΐστασθαι). CELS. 7, 29, 6 solet ... evenire, ut is infans (*sc. emortuus in utero*) umore -atur (*similiter de hydropicis*: COLVM. 7, 7, 3 cum -etur aqua cutis, quod vitium Graeci vocant ὕδρωπα. SCRIB. LARG. 133 ad hydropicos, cum iam -nti sunt propter aquae multitudinem. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 263ª vidimus hominem tanto corporis tumore -ntum, ut *eqs.* [*antea* p. 262ᵈ aquoso languore pervasus]. *cf.* RVFIN. hist. 1, 8, 7 umor ... erga pedes tumidos oberrabat, et ab inferioribus partibus pube tenus tumore -ntus). *de oculis* (*cf.* distentio *I A 2 c*): CELS. 6, 6, 26 tument ac -untur cum dolore oculi. CAEL AVR. acut. 2, 10, 77 oculos habent -ntos. *de lingua*: ENNOD. epist. 8, 8 p. 206, 9 -nsam per tormenta ranulam (*i. linguae tumorem*) longis hominibus coaequabo. *de respirationis itineribus*: CHIRON 365 si quod iumentum arida tussi laboraverit, ... tussiet frequenter, -ntus et difficilis spiritus erit in eo (*cf.* RVFIN. hist. 1, 8, 7 spiritus quoque incredibilis inflatio et tentigo [πνεύματός τε ὀρθία ἔντασις]). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363ᶜ cum plus solito -untur respirationis itinera. *adde*: RVFIN. hist. 1, 8, 14 et cibi aviditate et tussis convulsione -batur (ἐνδείᾳ τροφῆς καὶ βηχὶ σπασμώδει διετείνετο).

B *translate de animo*: 1 *i. q. inflare*, ἐμφυσᾶν: SEN. nat. 4 praef. 2 infelicem animum nunc superbia inflamus, nunc cupiditate -imus. ARNOB. nat. 2, 29 *typho et arrogantia* inanium (inani *Vrs.*) -imur vanitate. AMM. 30, 3, 4 venit immane quo quantoque flatu -ntus ut futurus arbiter superior pacis. CASSIAN. conl. 12, 4, 3 si qui summa honorum ambitione -itur (*cf.* LEO M. epist. 104, 4 ambitione -i). 12, 6, 5 nec cenodoxiae vanitate -itur. 14, 17, 4 vanae gloriae amore -ntus (*cf.* 14, 9, 5). 2 *i. q. implere*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 53, 2 *Paulus* erga omnes fraterno -ntus affectu.

IV *i. q. extendere, expandere, promovere, dilatare sim.* GLOSS. -nta extenta.

A *de spatio locali*: 1 *generatim*: MANIL. 1, 843 *ignis* tumidis exaequat dolia flammis procere -nta uteros (*de structura cf. l. 61*). 2, 253 Cancer (*sc. sidus*) patulam -ntus in alvum. 5, 685 cum solidum certo -unt (-ant *al.*) margine campum, *sc. ad salinas faciendas* (*cf.* MAR. VICTOR aleth. 1, 279 *flumen* regna Evilantum -it limo, *i. auget*). SEN. nat. 2, 6, 6 quid ... aliud ... virentes erigit arbores ac -it in (*cf. l. 33*) ramos (*item de arboribus sim.*: COLVM. 4, 21, 2 quae [*sc. vitis*] supra hunc modum materiis -itur. 10, 306 iam rosa -at contorti stamina iunci. RVFIN. patr. 1 praef. 2 vel gravatur fructibus palmes, vel vaga proceritate -itur. MART. CAP. 1, 11 eminentiora prolixarum arborum culmina perindeque -nta. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 259 huic pinus vicina loco -nta virentes pandebat ramos. CORIPP. Ioh. 1, 534 ubi glauca nemus -it oliva). LVCAN. 4, 140 medios pontem -it in agros. 6, 489 gelidos ... explicat orbes inque pruinoso coluber -itur arvo (*cf.* AMM. 19, 12, 13 criminibus vero *velut viperis* serpentibus latius, per implicatos nexus sine fine -ntos [*v. p. 1512, 18*] quidam ... extinguebantur). VLT. SYLL. gramm. IV 232, 13 pronomina ... neque multiplicibus syllabis late -nta. HIL. trin. 10, 34 *Christum* penetrantem quidem inferos, sed ubique naturae suae virtute -ntum (*i. per omnia pertinentem*). AVG. gen. ad litt. 5, 10 p. 154, 9 qua latius possent erumpentia fluenta dispergi atque -i. COD. Theod. 7, 13, 12 (*a. 397*) per quas *provincias* res nostra -itur. MAR. VICTOR aleth. 3, 421 -itur agmen (*i. phalanx dilatatur, acies instruitur*). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 736 sic -nta nimis longe lateque micabant ... signa. ARATOR act. 2, 682 quinquaginta etiam cubitis -itur arca. *translate*: CASSIOD. var. 1, 4, 15 quo enim se quaevis nobilitas ultra -it quam haec, quae.... BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 138, 8 *qualitas humanitatis* determinanda est et aut in pluralitatem -enda aut in unitatem numeri colligenda. NOVELL. Iust. 79 praef. in omnia ... eam (*sc. legem*) quae subiecta sunt -entes. 2 *speciatim*: a *sensu geographico, de terris sim.*: MANIL. 1, 204 tellus ... *non* patulas -nta plagas (*i. in plagas extenta; de structura cf. l. 32*), sed *globosa*. MELA 2, 5 terra ... longe -nta. AVIEN. orb. terr. 224 qua ... pontus -itur. 412 latior ambabus (*Europae et Libyae*) species -itur. 538 Illyris ora dehinc -itur. 566 cetera sub folii specie -itur arva. 575 hic -ntus aquas (*ed. princ.*, aqua *cod.*, *recte, ut videtur; ablat. ad* lambit *pertinet, cf.* ora 634) sata lambit pinguia Ladon. 633 tellus Trinacria patulo -itur agro. Arat. 1727 qua pontus freta per -nta quiescit. ora 217 litusque late saxeum -itur. 580 moles multa gurgitis -itur. AMM. 14, 4, 3 spatia longe lateque -nta. 14, 8, 1 Cilicia spatiis porrigitur late -ntis (23, 6, 65 terrasque lato situ -ntas. 31, 16, 3). 22, 8, 42 terras sine cognita fine -ntas (*cf.* 31, 2, 18). VEG. mil. 1, 8 *populus Romanus* ex parvissimis finibus imperium suum paene solis regionibus et mundi ipsius fine -it. MART. CAP. 6, 626 hoc ... freto laevorsum Europa -itur usque in Tanais fluminis gurgitem. 6, 644 circuitus eius (*Corsicae*) omnis -itur milibus trecentis viginti quinque. 6, 661. 8, 831. VICT. VIT. 1, 37 itinera -nta deserti. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 16 urbs Turonum -uta agris. 2, 228 -nti avia ruris. 5, 19 Gallia et immensis late -itur agris. DRAC. laud. dei 2, 380. VEREC. satisfact. 168 ardor concremat incensas -ntis sedibus urbes. PRISC. perieg. 89 Sicaniae gurges ... qui procul effusus Pachyni -itur (*B*, pachinis tenditur *A*) oris ad Cretae summam. 133 Asia quam (*sc. Propontida*) supra populis -itur amplis ad notiam partem. CASSIOD. in psalm. 33, 4 per locorum latitudines forte -ntas. IORD. Get. 3, 17 sinu (*sc. maris*) -nto. 5, 37 ultra quos -untur (*antiquorum codicum pars*, -unt *ex altera parte recepit Mommsen, interpretatus p. 186 'sensu reflexivo'*) supra mare Ponticum Bulgarum sedes. CORIPP. Ioh. 2, 80 iunctasque mari -it harenas Marta mali genetrix. GREG. M. dial. 2, 8 p. 152ᴬ mons -nso sinu hoc idem castrum recepit. b *apud mathematicos et physicos de corporibus, quibus extentio quaedam propria est, item apud theologos Christianos de qualitate dei disputantes.* AVG. civ. 10, 3 p. 405, 33 D. *deus* nec mole -itur nec partitione minuitur. 11, 5 p. 467, 24 substantiam dei, quam nec includunt nec determinant nec -unt loco (*cf.* c. epist. fund. 16 p. 213, 24 *omne corpus* aliud hic et aliud alibi habens per quaelibet spatia locorum distanti et dividua vel potius, ut ita dicam, sectili mole -itur). MACR. somn. 1, 5, 9 planities vero, quam Graeci ἐπιφάνειαν vocant, longo latoque -itur, alto caret. EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894ᴬ corpus ... in altitudine et latitudine -nsum. CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 174, 8 corpulentum aliquid aut coloratum aut per loca -ntum. *cf.* 3, 16 p. 186, 11 memoria illocalis quaedam capacitas est, quae nec multitudine recordabilium -itur (*sc. ut ex. gr. venter cibis*) nec *eqs.* BOETH in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 161, 5 linea vel superficies vel numerus vel singulae qualitates, quas tametsi incorporeas esse pronuntiamus, quod tribus spatiis minime -antur, tamen *eqs.* arithm. 2, 4 p. 90, 3 *superficies nec* trina intervalli demensione -itur. 2, 13 p. 97, 15 quartus *pentagonus* ... quantitate -itur. 2, 49 p. 158, 20 ex longitudine in latitudinem -ntus est cybus. *a corporibus geometricis transl. ad numeros*: MART. CAP. 7, 746 in secundo versu a decem numeri velut linea -untur. BOETH arithm. 2, 4 p. 88, 9 intervalla multiplicata (*sc. numerorum*) maiore sese spatii prolixitate -unt. 2, 5 p. 90, 7 in longitudinem ... -nti numeri (*paulo post*: in aliud ... spatium latitudinis extenti numeri). *de musicorum intervallis*: BOETH. mus. 1, 18 p. 204, 28 diapente ab ... usque ad ... -itur.

B *de spatio temporali*: 1 *generatim*: CYPR GALL. Ios. 572 cuius vita fuit centum -nta per annos atque decem. AVELL p. 596, 18 -untur ecce vota pacem desiderantium, diuturni temporis tractu maeret ecclesiarum ... communio. VEN. FORT. carm. 11, 3, 11 gaudia -nsos pariter celebretis in annos. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 23 p. 383ᴮ moleste ferens intercapedinem temporis, quae dilatione sui desiderata -it. 2 *speciatim de sermone vel libro ampliore*: RVFIN. symb. 22 breviatum sermonem longa dissertatione -imus. AVG. c. Cresc. 3, 82, 94 nolo te per multa -as. MAR. MERC. Theod. adv. Cyr. 1 operae pretium visum est iterum contra niti sermonemque -ere. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 201 -ntae et scripta coartans historiae. BOETH. in top. Cic. 1 p. 271, 14 nisi opus multa librorum pluralitate -ret. *cf.* GLOSS. *p. 1512, 20*.

part. perf. pass. pro adi. **distentus** (-nsus *l. 49*), -a, -um. *comparat.*: HOR. sat. 1, 1, 110 quodque aliena capella gerat -ntius uber (*cf. III A 2 c*). PACIAN. epist. 3, 25 p. 94 uva -ntior (*cf. p. 1515, 37*). AMM. 22, 12, 6 milites carnis -ntiore sagina ... potusque aviditate corrupti. 28, 4, 34 plerique -ntioribus saginis addicti (*utroque Ammiani loco translatio ab homine ad rem; cf. p. 1514, 6*). GREG. M. moral. 2, 75 quo est cura -nsior. VEG. mulom. 1, 25, 2 (*enumerantur varia aegrotorum mulorum genera casu dat.*) freneticis, -ntis (*L*, distenticiis *F* [distentiosis *Chir.*], bistentitiis *A*, disentricis *P*), sideraticis (*cf. p. 1512, 57*).

usus reflexivus: *v. p. 1515, 56. 1516, 26.*

deriv.: distento, distentio, distentus.

distênsio *v.* distentio.

[**distentātio**, -ōnis *f.* -e *var. lect. pro* distentione *p. 1517, 63.*]

? **distenticius**, -am, -um *v. l. 51.*

distentio, -ōnis *f. a* distendere. *iuxta formam genuinam legitur* distensio *inde a saec. IV* (CHIRON 114. 275. 276 FVLG. aet. mund. p. 141, 5 RVFIN. Greg. Naz. orat. p. 175, 18 AVG. serm. 243, 4 MARCELL. med. 8, 117. 16, 4 PS. SORAN. quaest. med. 79 CASS. FEL. 42 p. 99, 21 BOETH. arithm. 2, 44 p. 145, 7 VEREC. in cant. 1, 2. 6, 12 *al.*). GLOSS. occupatio (distent-, distens-; *fort. huc etiam referenda* distar-, distur-, *sed cf. p. 1540, 46.* -e δια[σ]τάσει). *primum legitur apud medicos* (CELS. SCRIB. LARG.) *sensu proprio. deinde translate ad sollicitam occupationem significandam usurpatum erat in ecclesiastae interpretatione vetere latina (v. p. 1517, 45), unde fluxit in scriptorum Christianorum tractatus, qui postea eius vocis vim latiorem esse voluerunt, ita ut multis participii* distentus *significationibus responderet. a scriptoribus non Christianis vocem non usurpatam esse nisi ad morbum nominandum vel inde intellegitur, quod* PLIN. *et* DIOM. *gramm., cum eis nomine actionis opus esset a verbo* distendendi *derivato, non -o, sed* distentus (*quod conferas*) *dixerunt.*

I *proprie*: A *i. q. tensio*: 1 *generatim* (*cf.* distendo *I A*): RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 8, 1 nec arcus ... chordaque distenta ... (*cf. p. 1512, 40*), nisi parum quid a -sione (-tione *al.*) laxetur. AVG. serm. 243, 4 diversa -sio (*nervorum citharae*) diversos edit sonos. VEREC. in cant. 6, 12 arcus extensio dominici corporis est in ligno crucis -sio (*cf.* distendo *I A 2*). MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 405, 1 -o quippe dicitur decollatio (ἀποτυμπανισμὸς γὰρ λέγεται ὁ ἀποκεφαλισμός. *cf. p. 1513, 1*). 2 *speciatim*: *t. t. medicorum*: a *de nervis*: CELS. 2, 1, 12 frigus modo nervorum -em, modo rigorem infert: illud σπασμός, hoc τέτανος graece nominatur. 2, 8, 17 *ipsa febris* nervorum -em rigoremque, si postea coepit, ex toto tollit (*cf. Hippocr.*

[Fraenkel]

vol. V p. 658, 348 Littré τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει). *passim apud* CELS.: nervorum -o (*opp.* resolutio 5,28,2 B. 8,4,1. 21). CAEL. AVR. acut. 3, 6, 61 *suprascr.* de conductione, quam Graeci spas[i]mon vocant et -e, quam tetanon appellant (*cf.* 3,6,63) et earum speciebus (*toto hoc capite modo* extentio, *modo* distentio, *modo* tensio *ponuntur*). VEN. FORT. vita Germ. 39,110 nervorum -sionem. **b** *de toto corpore* (*i. q. inflatio*): CELS. 5,28,11 D. SCRIB. LARG. 89 extr. MARCELL. med. 16,4 (*cf.* CASS. FEL. 42 p. 99,21 ad praecordiorum -siones [p. 99,15 praecordiorum tensio]. CAEL. AVR. acut. 2,10,69 colli). **c** *de oculis*: SCRIB. LARG. 26 (= MARCELL. med. 8,117) ad dolores cum rubore et -e oculi sicca (*cf. p. 1515, 9*). **d** *in mulomedicina capitis quidam morbus*: VEG. mulom. 2, 9, 1 -is quoque valetudo ad capitis praecipue causam refertur. 2, 9, 3 cum animal -is aegritudo comprehenderit (tit. cap. 2, 9 de -bus). CHIRON 114 (*in titulorum indice*) de -nsione. 256 si nondum cerebrum gravaverint, -ntionem faciunt ab eo, quod *eqs.* 266 -ntio. 275 de -nsione. *ibid.* quod iumentum a -nsionem (*Bücheler*, ad extensionem *cod.*) laborabit. 276. *de humani capitis morbo*: PS. SORAN. quaest. med. 79 per hanc (*sc. vigilantiam*) ... aegro -nsio fit. et est siccitudo cerebri, quae aufert somnum.

B *i. q. extensio, ambitus, amplitudo (de spatio locali). cf.* distendo *III A*: FVLG. aet. mund. p. 141, 5 murorum ambitus in -ntione (-nsione *al.*) admiranda porrigitur. AVG. in psalm. 44, 4 -ntio aëris (EVSTATH. Bas. hex. 6, 9 p. 932ᶜ aëris -ntione). BOETH. arithm. 2, 44 p. 145, 7 (*cf. p. 1516, 26*) si in quamlibet multiplicitatem numerorum sit constituta -nsio (distantia *al.*).

C *i. q. inflatio. de ventre pleno; cf.* distendo *III A 2 a*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 2,6,1 ventris -nsione. PAVL. NOL. epist. 38, 8 init. (*trop.*) ab illa supervacuae -ntionis saturitate vacuatus es. 50,13 extr. (= AVG. epist. 121, 13) -ntio (-nsio *al.*) corporis animae sobrietatem necat. POMER. 2, 22, 1 -e ventris vilibus onerari. MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 4 p. 426, 6 gravedinem ex illis cibis et -em ... habiturus.

II *translate i. q. sollicita occupatio* (*cf.* distendo *I B*): ITALA eccles. 3, 10 (Op. imperf. in Matth. 29 p. 784) deus -nsionem magnam (περισπασμόν, VVLG. afflictionem) dedit hominibus, ut distendantur in ea (*cf.* HIER. adv. Iovin. 1,13 statim impleat, quod praeceptum est, et hoc faciat sine ulla -e [distentatione *al*], quae data est secundum Ecclesiasten hominibus huius mundi, ut distendantur in ea [epist. 49, 7, 3]). ITALA eccles 5,13 (Ambr. Iob 2, 4, 12) pereunt in summa -e (*pro* -ntione *pars codd.* distinctione, *reliqui* districtione) ac sollicitudine (περισπασμῷ πονηρῷ, VVLG. afflictione pessima). VVLG. eccles. 8,16 *ut* intellegerem -em, quae versatur in terra (τὸν περισπασμὸν τὸν πεποιημένον ἐπὶ τῆς γῆς). *hebraicam vocem q. c.* ענין, *quam quomodo verterent interpretes valde dubitabant, cum in uno Ecclesiastae libro atque illic quidem passim legeretur (cf. ex. gr. Fürst, lexic. manual. s. v.), iam in interpretatione vetere latina si non ubique, at certe aliquot locis vocabulo q. c. -o redditam esse testatur* HIER. in eccles. 1 p. 392 (*ad* eccles. 1, 13 hanc occupationem ... dedit deus filiis hominum): verbum ANIAN Aquila, Septuaginta et Theodotio 'περισπασμόν' similiter transtulerunt, quod in 'distentionem' Latinus interpres expressit, eo quod in varias sollicitudines mens hominis distenta lanietur. Symmachus vero 'ἀσχολίαν', id est 'occupationem' transtulit. quia igitur saepius in hoc volumine nominatur, sive 'occupationem', sive 'distentionem', sive quid aliud dixerimus, ad superiorem sensum cuncta referantur (*sic ipse* HIER. in eccles. 8 p. 456 [*ad* eccles. 8, 16] *transtulit*: viderem occupationem, *in* VVLG.: intellegerem -em; *cf. l. 41*). *vox illo artiore sensu, quo adhibetur Ecclesiastae locis* (*sc. ut significet sollicitam occupationem*, 'quae versatur in terra') *a posterioribus recepta, adamata* CASSIANO: SERM. Arrian. frg. II 9 a terrenarum rerum -nsione. CASSIAN. inst. 6,11 -bus diei (conl. 7, 3, 3 *mens* cotidianis -bus occupata. 9,6,1. 24,11,2 ab omni cura et sollicitudine diurni operis ... absque ulla -e spiritus). conl. 14,9,3 mundanis ... -bus (9,5,1 [*syn.* curas sive sollicitudines saeculares]. 24,13,4 nullae saeculares curae, nullae mundanae -es. *cf.* 23,16,4 -e condicionis humanae ... ad curas humilium rerum *mens prolabitur*). *de cura victus et rei familiaris*: CASSIAN. conl. 4,20,2. 18,7,3. 19,5,1. 19,6,1. 24,1,2. 24,3,1 loca quae mentem eius nulla ad culturae -em ... fecunditate sollicitent (*cf.* 24,12,4). 24,25,5. 24,26,4. 6. GILD chron. 34 p. 15, 20 propriae voluntatis -bus ruptis. POMER. 2,21,2 *qui mortuus est carne ... eum* non -o (distinctio *al.*) alieni actus illaqueat. VEREC. in cant. 1, 2 extr. in -e mobilium voluptatum (*antea*: fluminibus ... -is humanae). 2,6 terrenis -bus occupati. GREG. M. moral. 2, 37 deus ... simul cuncta sine -e comprehendit.

deriv.: distentiosus.

distentiōsus, -a, -um *cf. c.* distentio, distentus. *de armento, quod distentionis malo laborat*: CHIRON 17 caduco, frenetico, -is (distencionis *cod.*). *cf. p. 1516, 51.*

distento, -āre *a* distendere. *i. q. distendo*: HIER. in Is. 54, 2. 3 p. 628ᴰ dilatet tentorium suum pellesque -et (VVLG. extende).

1. distentus, -a, -um *a* distendere *v. p. 1516, 43.*

2. distentus, -a, -um *a* distinere *v. s. v*

3. distentus, -ūs *m. a* distendere. *i. q. actio distendendi*: PLIN. nat. 8, 138 sufflatae cutis -u (*cf.* distendo *I A 1 b*). DIOM. gramm. I 477, 18 *ut* et brevi successu et longo -u (-o *al.*) gradus simul et nisus firmaretur. *Fraenkel.*

distergit, -sit NOT. Tir. 49, 3ᵃ. 49, 9ᵃ. *a* dis- *et* terg(e)o, *cf. c.* deterg(e)o, *cuius verbi formam vulgarem fortasse agnoscendam esse statuit Heraeus, Archiv 12 (1902) 42.*

disterminātio, -ōnis *f. a* disterminare. *i. q. terminatio*: AGENN. grom. p. 66, 24 L. (= p. 27, 14 Th.) in omni ... genere -is.

disterminātor, -ōris *m. a* disterminare. APVL. mund. 1 axis ... divisor et -r mundi (*Ps. Arist. mund. p. 391ᴮ, 26* διάμετρος ἔσται τοῦ κόσμου).

distermino, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* terminare. *Th.*]. *variat in codd. hic illic cum* de-, *quod conferas.* GLOSS. διορίζω. -at disiungit. COMMENT. Lucan. 2,7 divisit -vit. *legitur inde a* CIC. carm. *et* LVCR. *singulis locis, dein* SEN. phil. [*dub.*: CLAVD. 3, 175 discriminat *codd. plerique*, disterminat *B*, '*fortasse recte*' *Birt*]

1 *i. q. dividere, disiungere, separare*: **a** *c. acc. rei* (*absol., obi. supplendo*: VVLG. Ezech. 47, 18 Iordanis -ans ad mare orientale [διορίζει]): *c. simplici acc.*: CIC. Arat. 94 quas *stellas* intervallum binas -at unum. PLIN. nat. 6, 9 ubi -at eos ... amnis. APVL. Socr. 8 p. 137 veluti quadrifariam natura magnis partibus -ata. mund 2 Luna altitudinis aetheriae principia -ans (*Ps. Arist. mund. p. 392ᴬ, 29* ὁ τῆς σελήνης [*sc.* κύκλος] μέχρι γῆς ὁρίζεται). PAVL. dig. 10, 1, 4, 10 *urbana praedia* communibus parietibus plerumque -antur (*cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 6, 19 nec -et *paries* eius *templi* interna, sed muniat [*syn.* separet]). AVIEN. orb. terr. 911 medius -at ambos. Arat. 386 -at aër crassior hos. AMM. 31, 8, 6 fretum ... maria. HEGES. 3, 6, 1 *Galilaeam* (*Ios. bell. Iud. 3, 35* διορίζει). *adde*: THEOD. PRISC. gyn. 12 ut haec patefactio *feminarum atretarum* ... linteolis ... diutius -etur (*i. aperta teneatur*). *c. duobus acc.* (*saepius nomina populorum pro terris posita. cf. etiam*: PLIN. nat. 5, 85 Arabiam inde laeva ... dextraque Commagenem -at *Euphrates*): SEN. nat. 1 pr. 8 Danubius Sarmatica ac Romana -et (6, 7, 1 Europam Asiamque). MELA 2, 5 Panticapes qui Nomadas Georgosque -at (PLIN. nat. 4, 83). PLIN. nat. 3, 31 Pyrenaei montes Hispanias Galliasque -ant. 5, 123. 142. 149. 6, 129 Tigris ... Arabas Orrhoeos Adiabenosque -ans. TAC. ann. 11, 10. AVIEN. orb. terr. 28 Europam atque Asiam Tanais (*cf. infra l. 44. 51*). 398. ora 695 Europam ... isto flumine *Rhodano* et Libyam ... -ari. AMM. 27, 12, 11. 31, 16, 7. HYG. astr. 1, 8 p. 27, 14 *syn.* dividit PRISC. perieg. 866 IORD. Get. 3, 17. *c. acc. et* ab *c. abl.* (*cf. infra l. 51*): MELA 1, 101 canalis angustior Europam ab Asia stadiis quinque -at. LVCAN. 1, 216 Gallica certus limes (*sc. Rubico*) ab Ausoniis -at arva colonis. 9, 957 Asiam ... fluctus ab Europa. PLIN. nat. 4, 112 -atis ab Asturia Vettonibus. 5, 119 Phrygem *fluvium*, qui nomine genti dato a Caria eam -at. 6, 9. 135. 7, 30. 12, 100. OPTAT. 3, 2 p. 70, 10 (de- *pars codd.*). AVIEN. orb. terr. 349 *Nilus* Asiam ab Libya -at ... secernens, ... disiungens (*cf. infra l. 52*). AMM. 15, 11, 2. 22, 8, 27 Asiam ... ab Europa *Tanais*. HEGES. 4, 27 v. 5 AVG. quaest. hept. 6, 21 p. 440, 9. *adde*: AMM 25, 1, 15 venam quae caput a cervice -at. PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 363, 13 orizon ... diem a nocte. AMBR. Noe 13, 43 noctem ... tenebrae a diei claritate. *nota passivum pro intrans.* (*cf infra l. 75*) *i. q. distare*: SOL. 33, 5 pagus Sabaeorum, a quo octo mansionibus regio turifera -atur (*cf.* PLIN. nat. 12, 52 distat). EPIST. pontif. 300 Migne 20, 515ᴮ ita longis intervallis -atis a me ecclesiis. *c. acc. et abl.*: AVIEN. orb. terr. 861 *Tanais* Asiam Europa[m] -at. PRISC. perieg. 219 *Nilus* latis Libyen Asiae -at oris. **b** *c. acc. personae* (*cf. etiam supra l. 26*): *c. acc. mero*: LICENT. carm. ad Aug. 140 nos iter immensum -at (*syn.* coercet). *c. acc. et* ab *c. abl.*: PANEG. 12 (2), 22, 2 non ... quas *gentes* ab orbe nostro ... flumina ... distinguunt, sed quas ..., continua hieme separatas aut interfusis aequoribus abiunctas natura -at. ARNOB. nat. 6, 5 quos *populos* ab sui notitia maria *eqs.* -ant. SYMM. epist. 4, 23, 1 quos a proprio lare peregrinatio longa -at. *adde*: ZACCH. 3, 1 p. 1150ᴬ eos a Christo vis nulla. AVELL. p. 53, 26 quem a communione religionis mentis inquietudo -at. POMER. 2, 13, 2 p 456ᶜ quae *divitiae nos* a mundo -ant. **2** *i. q. determinare, definire*: PLIN. nat. 5, 97 unde vastos sinus Taurus mons ... Chelidonio promunturio -at. HYG. lim. grom. p. 169, 5 mensurae ... -andae causa. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 40, 1 qui *funibus* ... agrorum limites ... distinguunt et possessionum spatia -ant. COMPVT. Carth. I 9 tricesimarius ... lunae numerus per septenarium numerum ebdomadis divisus spatia numero ducenta decem -at (*postea* adnotata). **3** *de actione mentis i. q. distinguere*: LVCR. 2, 719 ne forte putes animalia sola teneri legibus hisce, ea res (*Munro*, his quaedam *codd.*) ratio -at omnes. AVG. civ. 8, 4 p. 325 D. rationalem *philosophiam*, qua verum -atur a falso. BOETH in Porph. comm. sec. 5, 7 p. 307, 15 aliae sunt *differentiae* quae genus ab specie ... -ant, aliae vero quae ... genus ... etiam a ceteris diducunt ac -ant (distinguunt ac deducunt *H N*). categ. 1 p. 177ᴮ. *pass. pro reflex. vel intrans. i. q. differre*: THEOD. PRISC. log. 32 satyriasis, gonorroea vel priapismus ... his accidentibus -antur. 49. 77. *nota duos abl.*: THEOD. PRISC. log. 112 hae passiones ... locorum varietate nominibus -atae sunt.

syn.: ab-, disiungere, arcere (PLIN. nat. 4, 112), coercere, dividere, secernere, separare. determinare, diducere, distinguere.

disterminus, -a, -um [*cf. c.* disterminare *et c.* conterminus. *Th.*]. *i. q. disterminatus*: SIL. 5, 399 Tartessos latis -a terris, *sc. a Calpa* (*syn.* divisus). *f. subst.* **distermina**, -ae: MART. CAP. 6, 714 quae linea ... διάμετρος dicitur, latine -a.

[*Hofmann*]

disterno, -strāvī, -strātum, -ere [*a* dis- *et* sternere. *Th.*]. NOT. Tir. 54, 87 -it. 54, 88 -vit. 54, 89 -atum. *i. q. sternere*: APVL. met. 2, 15 pueris extra limen ... humi ... -atum (distractum *φ*, *de F v. adn. crit., cf. ὑπέστρωτο Lucian.*) fuerat. 10, 34 iam torus ... accuratissime -batur.

distero, -trīvī, -ere *a* dis- *et* terere. *i. q. terendo comminuere*: CATO agr. 75 casei p. II bene -at in mortario. *ibid.* ubi bene -erit. *obscaene*: PETRON. 24, 5 cinaedus ... clunibus eum basiisque -vit.

distexo, -ere *a* dis- *et* texere. *i. q. retexere*: SIDON. carm. 15, 161 Penelopam tardas texit -ere telas.

distichos, -on (**distichus**, -um) *adi.*, *δίστιχος*. *de hordei genere*: COLVM. 2, 9, 16 alterum ... genus hordei est, quod alii -um, Galaticum nonnulli vocant (*opp.* hexastichum. ISID. orig. 17, 3, 10). *de genere versuum*: VARRO Men. 398 etiam -on epigrammation vocant poema. *n. subst.* **distichon** (**distichum**, -ī), *δίστιχον* (*graece scr.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 57, 9 epodoe quae similiter *κατὰ δίστ[ο]ιχον* fiunt): ISID. orig. 1, 39, 21 idyllion paucorum versuum, -on duorum, monostichon unius. MART. 2, 71, 2 ex nostris -a pauca (7, 85, 2 *opp.* tetrasticha. 11, 108, 2 *opp.* libello). 2, 77, 8 -a longa facis. 3, 11, 2 in te factum -on (*sc. 3, 8*). 6, 65, 4 -a sola legas (*opp.* hexametris epigramma facis). 8, 29, 1 *opp.* liber. 13, 3, 5. SVET. Iul. 51 hoc -o apparet (*sc. duobus septenariis troch.*). Otho 3, 2 hoc -o enotuit. vita Verg. p. 58 *bis* (*semel seq. duo hexametri*). p. 63 AVSON. 109, 2. SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 67 unde -on fecit (*duos senarios*). MART. CAP. 1, 42 -um ... Ennianum (*seq. duo hexametri*). SIDON. epist. 5, 8, 2. 8, 11, 7 *opp.* tetrasticho (epist. [carm. 22] 6). 9, 14, 5.

distillātio, distillo *v.* **de-**.

distimulo, -āre [*a* dis- *et* stimulare. *Th.*]. *quasi stimulo dissipare, dilapidare*: PLAVT. Bacch. 64 aculeata sunt: animum fodicant, bona -ant, facta et famam sauciant. *cf. etiam* destimulo *p. 754, 44, ubi* PAVL. NOL. epist. 20, 23 *corrigas*: carm. 20, 23.

distīnctē *v.* distinguo. **distīnctibilis** *v.* discinctibilis.

distinctim *adv. i. q.* distincte. CYPR. GALL. exod. 1095 signantes *gemmae* nomina sena -m tribuum. num. 152. CASSIAN. inst. 2, 11, 1 *psalmos* duabus vel tribus intercisionibus cum orationum interiectione divisos -m particulatimque consummant (*opp.* continuata ... pronuntiatione concludere). PROSP. c. coll. 21, 3 -m (*i. separatim*) edita volumina *Augustini*. CASSIOD. in psalm. 32, 15 singillatim: id est divisim atque -m.

***distīnctio**, -ōnis *f. a* distinguere. distint- *hic illic in codd. saep. confunditur in codd. cum* distentio; *hinc dub.*: EVSTATH. Bas. hex. 7, 1 p. 937^B^ per -em pectoris acrem trahens *pulmo* (*sic impressum apud Migne; διαστολῆς*). GLOSS. *διαστολή. διάλυσις.* separatio. -em *διαίρεσιν*. *legitur inde a* RHET. Her. *et* CIC., *dein* SEN. phil. (*11^ies^*) COLVM. (*semel*) PLIN. nat. (*17^ies^*) QVINT. inst. (*13^ies^*) TAC. (*bis*) PLIN. epist. (*semel*), *dein passim. plur. inde a* QVINT. [*dub.*: PAVL. dig. 4, 8, 16, 1 districtione *codd. dett.*]

I *de actione mentis i. q. discretio*: **A** *latiore sensu*:

1 *generatim*: **a** *mera vi actionis*: **α** *absolute*: CIC. inv. 1, 75 hac -e *nominis ambigui*. fin. 3, 54 recte ... haec facta -o est. ac. 2, 48 nulla in visis -o appareat (*cf.* 2, 86 in agnoscendo. orat. 205 in eo genere. part. 17 in verbis). 2, 84 qua -e sublata. Tim. 7 de his ... haec sit prima -o (*διοριστέον*). div. 2, 127 quae est tandem ista -o? (*cf.* TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 621, 2). fat. 45 off. 1, 122. ad Brut. 1, 2, 5 illam -em tuam. SEN. epist. 58, 21 si aliam desideras -em *eqs.* 85, 18 inepta -o *Epicuri*. PLIN. nat. 12, 71 facili -e *Indicae murrae a genuina*. GAIVS dig. 50, 16, 236 TER. MAVR. 1356. TERT. resurr. 51 p. 105 sine -e, sine condicione. adv. Marc. 4, 39 p. 556 interstruere -em. 5, 17 p. 633 *al.* FAV. EVL. p. 8, 13 -is gratia. HIER. epist. 37, 1, 3 ob -em ... positum est. AVG. civ. 6, 9 p. 263 D. cum religiosum a superstitioso ea -e discernat, ut *eqs.* 10, 1 p. 403 certior. *al.* BARNAB. 9, 8 -e facta dicit (*διάστημα ποιήσας. cf.* RVFIN. hist. 3, 39, 5). *al.* *add. gen. subi.* (*cf. p. 1520, 27*): SEN. epist. 9, 14 Chrysippi. TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 619 haeretici. AVG. civ. 3, 25 p. 137 D. Labeonis. POMER. 3, 31, 5 Stoicorum. AVG. quaest. hept. 3, 2 p. 236, 2 legis *Mosaicae*. BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 446, 14 expositionis nostrae (*syn.* separationem). **β** *c. gen. obi.* (*cf. p. 1520, 29*): RHET. Her. 3, 19, 32 idoneorum locorum commodissimam -em comparare. CIC. Scaur. frg. 1, 4 congesta fuit accusatio magis acervo quodam criminum, non -e aliqua generum et varietate (PLIN. nat. 10, 22. 12, 41). leg. 2, 13 est lex iustorum iniustorumque -o *eqs.* (*cf.* top. 82 iuris et iniuriae *de cognitionis quaestione* 'quale sit'). fin. 1, 33 harum ... rerum facilis est et expedita -o. ac. 2, 43. nat. deor. 2, 15 siderum ... -em, utilitatem, pulchritudinem, ordinem (2, 104. *cf. p. 1521, 83*). 2, 146 varietas sonorum, intervalla, -o (*cf. p. 1520, 67*). fat. 43 causarum -o ac dissimilitudo. off. 1, 104 ingenui et illiberalis ioci. SEN. benef. 7, 2, 1 turpis honestique. nat. 2, 39, 4 aliam -em utriusque *fulminis* (*cf.* PLIN. nat. 15, 122. 19, 126). PLIN. nat. 19, 18 medullae *lini* numerosior -o candore, mollitia. QVINT. inst. 4, 5, 6 quaestionum (*opp.* tractatio). ITALA I Cor. 12, 10 (Tert. adv. Marc. 5, 8 p. 599) -o spirituum (*διακρίσεις*, VVLG. discretio). TERT. pudic. 19 delictorum. anim. 11 spiritus. adv. Hermog. 30 p. 158 substantiarum (*coniunct.* dispositionem, *opp.* confusionem. *cf. antea* singillatim definiens). adv. Marc. 2, 14 p. 354. 2, 21 p. 364 *al.* HIL. psalm. instr. 17 psalmi. AMM. 25, 4, 8 pro rerum ⟨et⟩ hominum -e. 31, 14, 3 HIER. epist. 28, 4, 2 in psalm. 24 AVG. civ. 10, 25 anim. 4, 24, 39 p. 418, 24 serm. ed. Mai 58, 1. ARNOB. ad Greg. 14 ciborum. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 485, 12 falsitatis. *al. nota*: AMM. 16, 8, 13 sine iustitiae -e (*i. respectu*) vel recti. DECRET. decur. Ferent. Prisc. (Corp. X 5853) 17 sine -e libertatis. *nota*: DIOM. gramm. I 436, 19 pronuntiatio est scriptorum secundum personas accommodata -e similitudo. *adde*: CIC. fin. 1, 64 veri a falso -o. **b** *i. q. discrimen*: DIOM. gramm. I 420, 17 *vox tibiae* habet ... modulatam aliquam -em. LACT. epit. 33, 3 non erit sanguinis ulla -o *in civitate Platonis* (*cf.* SALV. gub. 7, 101 sine -e [*i. promiscue, syn.* discretione]). VVLG. Rom. 3, 22 non enim est -o (10, 12 Iudaei et Graeci). RVFIN. Greg. Naz. orat. 4 p. 154, 20 temporum ... -e servata. VICTRIC. 21 nominis. ISID. diff. 1, 225. 2, 3. est -o *c. structuris* (*cf. etiam p. 1521, 14*): *seq.* ut (*cf. infra l. 34*): CIC. fat. 45 eum haec sit -o, ut. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 6. *enunt. interrog.* (*cf. infra l. 33*): CIC. Tusc. 4, 59. TERT. bapt. 4 nulla -o est, mari quis an stagno ... diluatur (*syn.* refert). quod: PLIN. nat. 21, 165. 34, 117 (*cf. antea* distat). *acc. c. inf.*: PLIN. nat. 18, 90.

2 *speciatim*: **a** *in iure*: *absol.*: NERAT. dig. 25, 1, 15 secundum eam -em (VLP. dig. 12, 4, 3, 1 *al.* COD. Iust. 3, 33, 14, 1 *al.*). AFRIC. dig. 19, 2, 35 pr. hac -e uti (VLP. dig. 41, 1, 33, 1 *al.*). *ibid.* probata est (VLP. dig. 14, 1, 1, 9 *al.*). GAIVS inst. 1, 127 hoc -em recipit (MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 5). 3, 197 optima...-e. MAECIAN. dig. 29, 1, 14 non sine -e (35, 2, 30, 2 PAVL. dig. 5, 1, 24, 2 *al.* COD. Iust. 5, 16, 25, 1 *al. cf.* PAVL. dig. 34, 3, 25 cum -e [VLP. dig. 42, 8, 10, 10 *al*]). PAPIN. dig. 3, 1, 8 adhibetur. 15, 1, 50, 3 admittendam esse. 49, 17, 15, 2 servabitur. *saep. add. gen. subi.*: PROC. dig. 32, 86 Labeonis. VLP. dig. 12, 1, 11 pr. Nervae. 19, 1, 17, 2 Trebati. COD. Iust. 4, 29, 23 pr. iurisdictionis. *al. add. gen. obi.*: PAPIN dig. 34, 9, 18 pr. temporis (35, 2, 9, 1). 49, 17, 15, 3 causarum. VLP. coll. Mos. 1, 6, 1 casus. COD. Iust. 2, 41, 2 *al. add. praepos.* (*cf. supra l. 7*): in *aliqua re*: VLP. dig. 28, 3, 6, 7 *al.* de: AFRIC. dig. 19, 2, 35 pr. circa: PAPIN. dig. 29, 1, 34, 2. 35, 2, 9, 1. *add. enunt. interrog* (adhibenda est -o *sim.*): POMPON. dig. 34, 2, 34, 2 PAPIN. dig. 3, 1, 8 CALL. dig. 14, 2, 4, 2. ut: POMPON. dig. 32, 85 PAPIN. dig. 46, 3, 95, 5 VLP. dig. 19, 1, 17, 2 *al.* **b** *apud* ECCL. *de trinitate* (*cf.* ISID. diff. 2, 3 in personis ... discretio est, in divinitate nulla -o): TERT. adv. Prax. 9 p. 239 nec divisione alium *filium a patre*, sed -e (12 p. 246 *cf.* PHOEBAD. c. Arrian. 20 FACVND. defens. 7, 7 p. 703^B^). 11 p. 243 et demonstrationem et -em trinitatis (p. 245). 21 p. 264 utriusque personae. 27 p. 279 patris et filii (*opp.* coniunctione). AMBR. apol. Dav. II 4, 26 TRACT. c. Arrian. p. 11, 22. 13, 11 *opp.* unitatem. GAVDENT. serm. 7 p. 882^A^ *opp.* naturae diversitas (*item* FILASTR. 93, 3). *adde*: HIER. quaest. hebr. in gen. p. 11, 22 PS. AVG. spec. 2 p. 298, 2 tit. *passim. nota*: VICT. VIT. 5, 79 aequalitatem -is personarum (*i. distinctarum personarum*). *adde*: TERT. adv. Prax. 14 p. 251 visibilis et invisibilis *dei* -em *in scriptura*. 15 p. 253.

B *strictiore sensu i. q. explanatio, explicatio, definitio, signum* (*cf.* GLOSS. *σαφήνεια*): SEN. nat. 2, 40, 6 utrique *generi fulminis* -em suam reddam. benef. 6, 7, 1 -o statim subsecuta ostenderet (*antea* apertius ... dicere). HIER. in Ezech. 44, 25 *sqq.* p. 553 non dixerit absolute 'et sabbata sanctificabunt', ... sed cum -e 'sabbata mea'. RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 84^A^ cum evidens in eo *versiculo* habeatur -o. hist. 1, 7, 10. AVG. pecc. mer. 2, 10, 13 p. 84, 23 -e confusa (*i. ambigua*). *al.* HESYCH. in lev. 22, 4—8 p. 1068^B^ traditam a lege -em. *nota*: MART. CAP. 2, 127 omnia ... vigili -e (*i. examinatione*) discriminans ... Prudentia. *add. gen. subi.*: ITALA num. 19, 2 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 341) ista -o legis, quaecumque constituit dominus (*διαστολή*, VVLG. *aliter, cf.* AVG. *ad l.*). num 30, 7 (Aug. quaest. hept. 4, 59 p. 363, 25) secundum -em labiorum *mulieris* (*cf. s.* distinguo *p. 1526, 81*). ISID. vir. ill. 41 libellum titulorum -bus praenotatum. *gen. obi.*: PLIN. nat. 17, 263 Cato et medicamenta quaedam componit, mensurae quoque -e. TERT. pudic. 4 demandata paenitentiae -e. resurr. 48 p. 98 disposita ad Corinthios (*cf. Vulg. I Cor. 1—14*) omni -e ecclesiasticae disciplinae. HIL. in psalm. 128, 4 sine -e nominis. myst. p. 27, 13 sacrificiorum -o (*fere i. constitutio*). VVLG. IV Esdr. 12, 8 ostende ... mihi interpretationem et -em visus horribilis huius. I Cor. 14, 7 nisi -em (*διαστολήν*) sonituum dederint *citharae* (*opp.* incertam vocem). AVG. civ. 20, 30 p. 484 D. etsi eius *dei* alia -o non ponatur. LIB. col. I grom. p. 223, 16 L. numeri.

II *i. q. divisio, separatio*:

A *generatim*: **1** *de rebus corporeis*: COLVM. 4, 18, 1 centenae stirpes per singulos hortos semitis distinguantur ... quae -o *eqs.* PLIN. nat. 15, 88 nucleorumque *iuglandis* alia quadripertita -o, lignea intercursante membrana. TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 398, 5 antequam transcripta esset *Damascus* in Syrophoenicem ex -e Syriarum. *adde*: FRONTIN. grom. p. 38, 14 L. (= p. 28, 15 Th.) agrorum finis qui aut loci natura aut terminorum -e firmatus est. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 23 ora vaporanda et -o dentium facienda. *nota fere i. q. pars*: PLIN. nat. 5, 24 mox Africae ipsius alia -o (*i. q. subdivisio*): Libyphoenices vocantur. ITALA cant. 1, 10 (Ambr. in psalm. 118 serm. 3, 7, 1 Rufin. Orig. in cant. 2 p. 135^A^ Cereal. 20 p. 768^A^) similitudines auri faciemus tibi cum (ex *Ambr.*) -bus argenti (*στιγμάτων*, VVLG. vermiculatas argento. *cf.* RVFIN. *ad l. ut* -es solas ac signa quaedam parva velut puncta interscrerent illi operi). *adde de hom.*:

[Hofmann]

AVG. serm. ed. Mai 133, 2 corpus hominis ... in membrorum -e formetur (Ps. ORIG. tract. 1 p. 2, 19 quasi corporeum deum et membrorum esse -e compositum. *cf. ibid.* p. 2, 1 compactione). in psalm. 141, 18 *coniunct.* compago. 2 *de scriptorum, temporis al. partitione*: PLIN. nat. 10, 29 volucrum prima -o pedibus maxime constat. 18, 220 cardines temporum quadripertita anni -e constant per incrementa lucis (*cf.* CASSIOD. inst. 25 quadrifaria *libri*). SOL. pr. 3 servata orbis -e. AVG. civ. 6, 3 p. 249 D. subtilissima -e *in libris Varronis facta* (6, 4 p. 250 *syn.* distributionis). 8, 4 p. 325 *philosophiae* (*antea* tripertitio). SVLP. SEV. chron. 1, 1, 1 cum -e temporum ... res ... dicere. LEO M. epist. 15 pr. illa totius humani corporis per duodecim caeli signa -o *eqs.* (*de haeresi quadam*). CAEL. AVR. acut. 3, 1, 1 cunctarum *passionum* perfecta -o. CASSIOD. in psalm. 80, 3 priscorum -bus (*syn.* partitio). 93, 10. *nota*: est -o *seq.* siquidem: PLIN. nat. 37, 186. *adde*: PLIN. epist. 8, 14, 6 quae -o (*i. divisio*) pugnantium sententiarum *in senatu* (*cf.* 8, 14, 15 dividere sententiam).

B *technice in re rhetorica et grammatica*: *de traductione quae vocatur, qua idem verbum crebrius ponitur*: CIC. de orat. 3, 206 eiusdem verbi crebrius positi quaedam -o. *cf.* CARM. de fig. 49 si verbum diverse iteres, -o fiet. *i. q.* παραδιαστολή: QVINT. inst. 9, 3, 65 qu[i]a simili⟨a⟩ discernunt⟨ur⟩. *cf.* 9, 3, 82 species *contrapositi* quam -em diximus. SEN. epist. 88, 42 *philosophi* ad syllabarum -es et coniunctionum ac praepositionum proprietates descenderunt. AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 33, 2 quamvis ... 'et' syllaba ... coniunctiva sit, habet tamen -em, qua confusio disiungitur ac separatur. *de rhythmo*: CIC. de orat. 3, 186 -o (*i. interruptio, opp.* continuatione) et aequalium aut saepe variorum intervallorum percussio numerum conficit. HIER. epist. 28, 2, 1 rhythmi -em *diapsalma esse*. *de separata pronuntiatione singularum vocum*: QVINT. inst. 1, 5, 27 'circum litora' tamquam unum enuntio dissimulata -e. 11, 3, 52 volubilitate nimia *vocis* ... -o perit. *cf.* FORTVN. rhet. 1, 24 p. 99, 18 ambiguitas ... per -em *eqs.* (IVL. VICT. rhet. 3, 12 p. 383, 9 MART. CAP. 5, 462). *latius de moris, pausis pronuntiandi*: QVINT. inst. 11, 3, 37 in ipsis ... -bus tempus alias brevius, alias longius dabimus *eqs.* 11, 3, 38 illam -em 'litora'. 11, 3, 39 vitiosa -o. 11, 3, 47 singulas ... -es *principii Milonianae*. 11, 3, 181. *hinc apud gramm. fere i. q.* punctum, interpunctio, στιγμή, *opp.* subdistinctio, media -o (*sed saepe etiam significatio morae vel pausae subest; cf.* GLOSS. διάστιξις. διαστιγμή. sensus separatio): DIOM gramm. I 436, 25 discretio ... ostenditur modis quinque *eqs.* 437, 10 *syn.* posituras, θέσεις (DON. gramm. IV 372, 15 SERV. gramm. IV 427, 36). 437, 14 -o est apposito puncto nota finiti sensus vel pendentis mora (*hinc* MAR. VICTORIN. gramm. VI 192, 8 *al.*). 437, 20 est silentii nota cum sensu terminato (*hinc* DOSITH. gramm. VII 380, 7 *al.*). SERV. gramm IV 484, 23 dicta -o est ..., quod positum punctum distinguit nostram orationem *eqs.* *sim. alii, nota*: ISID. orig. 1, 20, 2 ultima -o ... est periodus. diff. 1, 145 (DIFF. ed. Beck p. 52, 26). *exempla*: TER. MAVR. 2769 -o verba dissociat nectitve aliter. 2776. 2779 PORPH. Hor. epist. 1, 14, 40. 2, 1, 3 incerta -o est (DON. Ter. Eun. 1073 Ad. 45. 213. 254. 345. 481. 693 Phorm. 255; *seq. enunt. interrog.*: Andr. 228 Hec. 104 Phorm. 116 Ad. 321. 740. *adde*: 595 obscura). ROMAN. Char. gramm. I 229, 18. 240, 19 mora -is. MAR. VICTORIN. gramm. VI 151, 2 interposita, ut versus priapeus exigit, -e. DIOM. gramm. I 450, 13. 453, 7. 15. DON. Ter. Andr. 332 interposita -e (Eun. 209) vultuose hoc dicitur. 915. Eun. 290 ambigua -e positum est (*cf.* SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 566 ⟨amb⟩igua). SERV. Aen. 1, 100 varia. 1, 130 gemina. 2, 114 mutata (5, 81. 565. ecl. 1, 28). 4, 486 plena (5, 565 SERV. auct. Aen. 6, 287 SCHOL. Hor. sat. 2, 8, 40). CLAVD. DON. Aen. 9, 390 diversa. 10, 229. 11, 146 mala. *apud alios scriptores*: TERT. adv. Marc. 4, 38 p. 551, 7 facta hic -e post 'deum'. *ibid.* p. 551, 17. 5, 11 p. 612, 28. 613, 15. AVSON. 322, 49 -o sensum auget *in legendo* (*syn.* intervalla. *cf.* HIER. epist. 60, 11, 2 -e moderata et pronuntiationis varietate). AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 21 *syn.* divisiones. AVG. doctr. christ. 3, 2, 3 illa haeretica -o. 3, 2, 4. 5. 3, 4, 8 quaest. hept. 7, 44 p. 477, 7 PS. AVG. quaest. test. I 91, 11 p. 158, 25. SIDON. epist. 9, 11, 6 -um raritas. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1109[C]. 12 GREG. M. moral. 7, 51. *de totis enuntiatis*: AMBR. epist. 76, 1 *Pauli* -es ... quibus persuadendum putavit ... de dei regno nobis non desperandum. *cf.* DON. Ter. Ad. 634. *nota de apice*: IVVENC. 1, 488 apicis parvi gracilis -o. *de 'diastole' accentu, opp.* hyphen: ISID. orig. 1, 19, 7 (*sed* PS. PRISC. gramm. III 520, 10 *habet* disiunctio).

III *praevalent notiones secundariae*: **1** *i. q. variatio, vices*: CIC. part. 47 est etiam illa varietas in argumentando et non iniucunda -o *eqs.* TAC. Germ. 12 -o poenarum ex delicto *eqs.* (*i. diversa constitutio*). ann. 15, 43 *aedificia* non, ut post Gallica incendia, nulla -e nec passim erecta. TERT. resurr. 12 p. 41, 5 reducuntur et siderum absentiae, quas temporalis -o exemerat (*cf.* AMM. 20, 3, 3 perenni -e). SYMM. epist. 6, 61 modo abscessu, modo reditu variamus locorum -em. CAEL. AVR chron. 1, 5, 155 loco ... nulla quoque picturae -e neque fenestris ... luminato. **2** *i. q. exornatio*: CIC. de orat. 2, 366 ut ipse instrumentum oratoris exponeret, tibi eius -em atque ornatum (*sc. luminibus dicendi*) relinqueret. SEN. benef. 7, 9, 2 elaboratam scrupulosa -e testudinem. BOETH. mus. 1, 27 p. 219, 6 ordinis -isque caelestis. cons. 2, 5 p. 36, 27 *gemmae* sui ... -e ... aliquid pulchritudinis trahunt. *huc pertinet* (*cf. sub* distinguo *p. 1527, 36*): HIL. in psalm. 148, 6 montium celsitas, -o collium ... creatoris providentiam laudant. *de honoribus hominum*: PLIN. nat. 18, 13 -o honosque civitatis ipsius non aliunde erat *quam ex agro colendo. cf.* AVG. civ. 7, 3 p. 278 D. si ... paucorum sapientium est ista -o *deorum quorundam* (*antea* selectio). CASSIAN. conl. 9, 26, 2 -em gravitatemque psallentis.

syn.: *ad I*: discretio, dispositio, distributio. *ad IIA*: partitio. *ad IIB*: divisio, intervallum. *ad III*: varietas. ornatus. *opp.*: *ad I2b*: coniunctio, unitas. *ad IIA*: compactio, compago. *ad IIB*: continuatio.

[**distinctivus**] *v.* distantivus.

distinctive *adv. a* distinguere. PRISC. gramm. III 203, 12 -e 'ipse' ... nominativus trium personarum nominativis ... coniungitur.

distinctor, -oris *m. a* distinguere. GLOSS. διαστίκτης. διαστολεύς. *is qui discernit*: AMM. 18, 1, 2 erat indeclinabilis iustorum iniustorumque -r (22, 3, 4 districtores *V.* 28, 4, 1 *coniunct.* arbiter). AVG. in euang. Ioh. 20, 12 considerator istorum omnium, discriminator, -r et quodammodo appensor in libra sapientiae animus est.

1. distinctus, -a, -um *v.* distinguo.

2. distinctus, -us *m. a* distinguere. STAT. silv. 1, 5, 41 viridis cum regula longo Synnada (*i. Synnadicum marmor*) -u[m] variat. TAC. ann. 6, 28 ore ac -u pinnarum a ceteris avibus diversum *animal Phoenix. cf.* GLOSS. -um στιγμόν. *v. etiam p. 1531, 77. Hofmann.*

distineo, -ui, -ntum, -ere [*a* dis- *et* tenere. *Th.*]. disteneo *traditur*: VITR. 10, 18 (12), 1 *GH.* AVIEN. ora 4. *in codicibus vel codicum parte saepe scriptum* destineo, *secundum inferioris aevi pronuntiationem (cf. Schuchardt, Vocal. d. Vulgärlateins II p. 65), vel inde corruptum* destino: CAES. Gall 7, 37, 3. 7, 59, 5 α. HOR. epist. 1, 2, 5 (destinet *maior pars codd.*, distinet *vel* distenet *al.*; detinet [*cf. supra p. 817, 69*] *Goth.* ς *ex coniectura, ut videtur, et editores*). OV. epist. 8, 69 LIV. 4, 59, 3. 37, 12, 2. 44, 20, 5 VITR. 3, 4, 1 CET. FAV. p. 292, 16 SEN. dial. 10, 17, 5 LVCAN. 4, 675 AMM 18, 5, 2. GLOSS. -eo (destino *cod.*) ἀντέχω (detineo *editio Stephani; neutrum intellego; an* obstino?). *legitur inde ab* AFRANIO, *translata significatione, eademque haud raro apud* CIC; *proprie primum apud* LVCR. CAES. CIC. *activo non utitur nisi* Att. 3, 23, 5. [*falso traditum pro* detineo: BELL. Afr. 61, 2 (destinere *T*[1], destinare *V*, detinere *Nipperd.*). AVR. VICT. Caes. 40, 9 *Galerius* Romam contendit; ibi cum obsidione -retur (*codd.*, det- *scripsi*) ... Italia decessit. *contra* dist- *corruptum in* det-: *v. p. 1523, 14 sqq.* *locus dubius*: VITR 2, 1, 5 Phryges ... eligunt tumulos naturales eosque medios fossura detinentes (*codd., cf. vol. V p. 812, 1*; dist- *cum Lorentzen Rose, parum probabiliter*; detegentes *Schmidt apud Krohn, haud intellego*; deprimentes *H. Bauer, cf.* VITR 10, 16, 11 *et supra p. 613, 72 sqq.*]

I *proprie*: *de loco*:

A *i. q. separatum, divisum, diiunctum tenere*:

1 *de rebus*: **a** *in re geographica vel astronomica* (*apud poetas*): LVCR. 5, 203 mare quod late terrarum -et oras. 5, 690 medio cursu flatus aquilonis et austri -et aequato caelum (*subi.*) discrimine metas totius orbis. OV. epist. 8, 69 qua duo porrectus longe freta -et (*v. supra l. 31*) Isthmos (12, 104 [*versum cum antecedente spurium iudicat Ehwald*] quique maris gemini -et Isthmos aquas). LVCAN. 4, 675 vasti plaga fervida regni -et (*v. l. 32*) oceanum zonaeque exusta calentis. STAT. Theb. 7, 16 omne quod Isthmius umbo -et (*i. a reliqua Graecia separatum tenet*) et raucae circumtonat ira Maleae. AVIEN. ora 305 Gerontis arcem et prominens fani ... -et medium salum. 340 -eri ⟨utrosque⟩ *locos* milibus tribus. 356 stadia triginta refert has *insulas* -ere. orb. terr. 397 procul unum -et (sustinet *al.*) os ambas (*sc. Europam et Libyam*). Arat. 524 *Aries* parvo se tramite subter -et (*sc. ab Andromeda*). **b** *t. t. architectorum*: *i. q. distinendo figere*: CAES. Gall. 4, 17, 6 haec utraque (*tigna*) insuper bipedalibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis utrimque fibulis ab extrema parte -bantur (*v. supra l. 35*). VITR. 3, 4, 1 intervalla ... concameranda aut solidanda festucationibus, uti -eantur (*v. l. 31*). 10, 12, 1 in quibus excisionibus includuntur capitula catapultarum, cuneisque -entur (disten- *codd.*), ne in contentionibus moveantur. CET. FAV. p. 292, 16 puteum ... cum fodere coeperis, ... tabulas axium directas fodiendo submittes et eas vectibus ligneis transversis -bis (*v. l. 31*; sustinebis PALLAD. 9, 9, 3), ne labens terra ruina ponderis periculum fodientibus faciat. **c** *singulariter*: APVL. met. 1, 4 mollitie cibi glutinosi faucibus inhaerentis et meacula spiritus (*i. arteriam*) -entis minimo minus interii (*cf.* distendo *IIA2e*).

2 *de hominibus*: **a** *in re militari i. q. copias in diversis partibus tenere*: CAES. Gall. 2, 5, 2 manus hostium -eri, ne cum tanta multitudine uno tempore confligendum sit. 3, 11, 4 qui eam manum -endam curet. 7, 50, 1 *Haeduos* Caesar ... manus -endae causa miserat (civ. 3, 52, 1 -endae manus causa. BELL. Alex. 17, 3). Gall. 7, 59, 5 legiones ... maximum flumen -bat (*cf. supra l. 28*). 7, 84, 3 Romanorum manus tantis munitionibus -etur nec facile pluribus locis occurrit. civ. 3, 44, 2 *Pompeius* quam latissimas regiones praesidiis teneret Caesarisque copias, quam maxime posset, -ret. BELL. Hisp. 12, 5 *Cordubenses* eruptionem ad legionem VI fecerunt, cum in opere nostri -uti essent. *item* 23, 2 (*cf.* 25, 2). 27, 1 (*his quattuor* BELL. Hisp. *locis fere idem significari videtur quod apud* CAES. Gall. 3, 28, 3 dispersis

[*Fraenkel*]

in opere nostris subito ... *hostes* impetum fecerunt, *qui tamen etiam verbo* occupandi *hac de re utitur* Gall. 2, 19, 8 ad nostra castra atque eos, qui in opere occupati erant, contenderunt. 7, 22, 4 milites occupatos in opere adoriebantur. *utriusque significationis verbo suo aliquid inesse nescio an voluerit auctor belli Hisp.*). Liv. 4, 59, 3 late populati sunt tecta agrosque, ut -rent (*v. p. 1522, 31*) Volscos. 21, 8, 4 oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multifariam -eri coepti [sunt] non sufficiebant. 31, 11, 10 -endo copias. *prope accedit notio, qua non unius exercitus partes, sed populi vel imperatoris vires variis bellis divisas teneri significatur*: Ps. Cic. epist. ad Oct. 1 Italia tota legionibus ... equitatuque exterarum nationum -etur (*i. divisa tenetur atque ideo debilitatur*). Bell. Afr. 55, 2 Iuba -ntus triplici bello. Liv. 44, 20, 5 potuisse ancipiti bello -eri (*v. p. 1522, 31*) regem (Ivst. 29, 2, 8 *Philippus* ne eodem tempore multis bellis -retur [*Duebner recte*; detin- *codd., cf. supra p. 816, 75*], pacem cum Aetolis facit. 31, 1, 6 ne uno tempore duplici bello Romanae vires -rentur [*Duebn.*, detin- *codd., cf. supra p. 816, 75*]). Tac. hist. 4, 55 furere discordiis populum Romanum, ... omnis exercitus suis quemque bellis -eri (*i. suo quemque loco retineri, ut unus cum altero convenire nequeat*).

b *generatim*: Apvl. met. 6, 11 -ntis et sub uno tecto separatis amatoribus. Anth. 456, 2 diversis iuvenes (*sc. Pompeios*) Asia atque Europa sepulcris -et.

B *i. q. procul, remotum tenere, cf.* Serv. Aen. 11, 381 -et: arcet, repellit, nam 'distinet' est proprie extra tenet.

1 *a b aliqua re*: Bell. Hisp. 8, 5 ita ab oppugnationibus natura loci -entur *oppida* (*i. ab oppugnationibus quasi intervallo quodam secernuntur*). Hor. carm. 4, 5, 12 iuvenem, quem Notus ... dulci -et a domo.

2 *loco, a quo quis separatur, non indicato*: Cic. Phil. 11, 6 *Dolabella* nunc tota Asia vagatur, volitat ut rex; nos alio bello -eri putat (*cf.* 11, 2 *Dolab.* cum procul esset a consulibus exercitibusque nostris). Verg. Aen. 11, 381 quae (*verba*) tuto tibi magna volant, dum -et (*Pγbc, Prisciani ω, Servius*, destinat *R*, detinet *M, Prisciani φ*; *cf. vol. V p. 812, 5*) hostem agger moerorum (*v.* Serv. *ad l. supra l. 23*). Lydia 69 tum (*sc. cum Venus moechi cuiusdam amore fruebatur*) credo fuerat Mavors -ntus in armis (*i. propter bellum a Venere remotus*). Tac. hist. 2, 32 Britannicum militem hoste et mari -eri (*i. procul teneri*). ann. 3, 59 *Drusum* diverso terrarum -eri (*i. procul ab urbe*). 14, 25 Parthi Hyrcano bello -bantur (*cf. l. 30*). Plin. paneg. 25, 4 negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus -batur (*sc. ab urbe, cum congiarium distribuebatur*): expectatus est, provisumque, ne quis aeger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuisset. Avien. ora 4 Taurici ponti situs capi ut valeret his probabili fide, quos -rent (*v. p. 1522, 25*) spatia terrarum extima (*sc. a Taurico ponto*). Amm. 14, 2, 20 magister equitum longius ... -batur. 18, 5, 2 per Illyricum ..., ubi -batur (*v. p. 1522, 32*), ex negotiis seriis imperator.

procul tenere, ut de spatio loci, sic nonnumquam etiam de spatio temporis, fere i. q. differre: Cic. Phil. 12, 28 ne imperita militum multitudo per me pacem -eri putet. Att. 3, 23, 5 exponis ... quae sint quae rem -ere videantur (*paulo post opp.*: rem confici). Caes. Gall. 7, 37, 3 unam esse Haeduorum civitatem, quae certissimam Galliae victoriam -eat (*v. p. 1522, 28*). Liv. 2, 15, 5 ne quid meam vobiscum pacem -eat 37, 12, 2 rem (*sc. urbis traditionem*) -bat (*v. p. 1522, 31*), quod, utrum ... an ..., parum conveniebat.

II *translate: de animo*: A *i. q. diversis rebus occupatum, sollicitum tenere* (*part. perf. interdum fere pro adi., cf. superl. l. 67*): 1 *de negotiis sim.*: Afran. com. 73 nunc est -ntus animus tot (*Ribb.*, ut *cod.*) negotiis. Cic. S. Rosc. 22 cum *Sulla* tot tantisque negotiis -ntus sit. nat. deor. 3, 93 fac esse -ntam *mentem divinam*, caelum versantem, terram tuentem, maria moderantem (*cf. antea* occupatam). Att. 1, 14, 1 vereor, ne putidum sit scribere ad te, quam sim occupatus, sed tamen ita (*cf. l. 69*) -bar, ut ... vix ... tempus habuerim atque id ereptum e summis occupationibus. 2, 23, 1 quanta occupatione -ear. Balb. Cic. Att. 9, 13ª, 1 brevitate epistulae scire poteris eum (*Caesarem*) valde esse -ntum. Cic. Att. 15, 18, 2 intellego te -ntissimum esse qua de Buthrotiis, qua de Bruto. ad Q. fr. 3, 8, 3 etsi -ntus cum opera tum animo sum multo magis. epist. 7, 2, 4 nos hic in multitudine et celebritate iudiciorum et novis legibus ita -emur, ut *eqs.* 12, 30, 2 cum antea -bar maximis occupationibus, ... tum hoc tempore multo -or vehementius. Nep. Att. 9, 4 cum *Fulvia* litibus -retur (-aretur *A*) magnisque terroribus vexaretur. Vitr. 5 pr. 3 -ntam occupationibus civitatem publicis et privatis negotiis. Sen. dial. 10, 17, 5 suis opibus (*opp.* alienorum bonorum procuratio) -etur (*v. p. 1522, 32*). Tac. ann. 16, 8 Neronem circa summa scelera -ntum. Plin. epist. 3, 5, 7 -ntum impeditumque qua officiis maximis qua (*cf. supra l. 67*) amicitia principum. 6, 18, 1 plurimis occupationibus -ntus. 7, 7, 2 te negotiis -eri. paneg. 86, 2 cumque sis ipse -ntus imperii curis (*cf. infra l. 82*). Itin. Alex. 20 mox in (*cf. supra l. 36*) cetera providentia rege -nto. Capitol. Gord. 1, 3 improbum visum est ... pietatem tuam (*imperatoris*) multitudine -ere librorum. Amm. 24, 4, 21 imperatori pervigili cura -nto. Avg. in psalm. 4, 9 *anima* multiplici atque aerumnosa cogitatione -nta. epist. 118, 2 episcopum ecclesiasticis curis circumstrepentibus districtum atque -ntum (distinctum *A*). 2 *de gravi affectu, quo animus quasi discinditur*: Cic. Planc. 79 -or (disteutor *E*) tamen et divellor dolore. Plin. paneg. 68, 2 dies ... qui principes alios cura (*cf. p. 1523, 79*) et metu -bat.

B *i. q. in ambiguo tenere* (*sententiam, iudicium*): 1 *de singulis hominibus*: Ov. rem. 486 ut tuus in bivio -eatur amor (*i. ut in incerto haereas, utra potius puella fruaris; cf.* 441 *sqq.*). Tac. hist. 1, 32 Galbam duae sententiae -bant. 2 *de pluribus i. q. in discordia tenere*: Liv. 5, 20, 4 duae senatum -bant sententiae. 7, 21, 5 fenebrem ... rem, quae -ere unanimos (*codd.*, una animos *edd.*) videbatur. 9, 16, 6 duae factiones senatum -bant.

C *i. q. arcere, aversum tenere*: Hor. epist. 1, 2, 5 cur ita crediderim, nisi quid te -et (*cf. p. 1522, 29*) audi. Tac. ann. 11, 12 *Messalina* quominus strueret crimina et accusatores, novo et furori proximo amore -batur.

part. pass. pro adiect. (superl.) v. p. 1523, 67. *Fraenkel.*

×distinguo, -īnxī, -īnctum, -ere [*cf. c. dis- et c.* instinctus, interstinctus. *verbum* stinguere (*q. v.*), ex(s)tinguere *idemne sit an diversum, non constat. significatione artius coniungitur c. verbo* instigare (*q. v.*), *gr.* στίζειν *sim.; terminationem* -guo *pro* -go *ab alio verbo accipere potuit, fortasse ab simplici* stinguere, *si origine hoc est diversa. Th.*]. dest- *legitur hic illic in codd.* -guut *saepius in codd. vetustis, in aliis personis formae sine* u *hic illic in codd. occurrunt, cf.* Vel. gramm. VII 67, 20 inventi sunt qui -ere quoque sine u littera et scribere et dicere maluerunt adicientes et illam rationem, quod -ere est interposito puncto dividere atque diducere *eqs.* *in codd. confunditur haud semel c.* distringo *vel* discindo, -ctus *cum* distentus. *refl.*: Val. Max. 5, 2, 1 Sen. epist. 122, 18 Plin. nat. 35, 29 Greg. M. moral. 6, 19; *passiv. pro refl. saepius inde a* Varrone rust. 2, 2, 10. Gloss. διαστέλλω. διακρίνω. διαστίζω. -it σαφηνίζει, στίζει, διαιρεῖ. seiungit aut variat. -xi ἔστιξα. -untur variantur. Not. Tir. 49, 87 -it. 49, 92 -xit. 49, 97 -ctum. *nugae etymologicae* (*cf.* Vel. gramm. VII 67, 22 quidam ... -ere arbitrantur dictum παρὰ τὸ τέγγειν, sive quod -gatur res illa quae scribitur, sive quod tingat id quod inscribitur *eqs*): Gloss. ἀποβάπτω. *cf.* -it ἀποσβεννύει. *legitur inde a* Pacvv. trag. 61, *in prosa inde a* Rhet. Her. Cic. Varrone; *deest ex. gr.* Phaedro Val. Fl. Mart., *frequentant* Cic. Plin. nat. Qvint.

[*dub. vel corrupt.*: Germ. frg. 4, 103 distincta *codd.*, distenta *vulgo.* Sen. nat. 2, 44, 2 *v. l.* distringi. Bvc. Eins. 1, 46 -xit *cod.*, discinxit *coni. Hagen.* Plin. nat. 15, 111 ⟨dis⟩tinguntur? 35, 112 distruxerit *codd*, destruxerit *edd. vett.*, distinxerit *coni. Mayhoff.* Stat. Theb. 5, 269 flava crinem destrinxerat (*sic PB*) uva (*i. 'stringendo deprimere' interpretatur Klotz*). Svet. Cal. 41, 1 districtis *Memm.*[1], *Ihm.* *incertae interpret.*: Petron. 5, 18 fortuna sonet celeri -cta meatu. Apvl. mund. 3.]

I *vi verbi quasi propria et sua de actione mentis (hinc etiam de discretione verbis vel scriptis facta, cf. ex. gr. p 1525, 35 et* Tert. orat. 22 -it ... utramque speciem suis vocabulis designans; *rarius de sensibus, ut oculis, p. 1526, 4 sqq.) i. q. (similia, extrema, partes) discernere, disiungere*:

A *latiore sensu*:

1 *generatim* (*pass. pro refl. i. q. 'differre' saepe legitur*):

a *sine obiecto*: Cic. de orat. 2, 212 difficilis ad -endum similitudo (*cf. l. 84*). part. 103 -endi gratia. fat. 25 -endum est et ita dicendum *eqs.* Plin. nat. 13, 122 sicuti -emus. 23, 32 diligenter -emus *de vinis.* 25, 106 quidam non -unt et unum omnino genus *verbenacae* faciunt. 31, 123 quidam ita -unt: *eqs.* Qvint. inst. 11, 3, 101 approbantibus et narrantibus et -entibus decorus *gestus* (*cf.* 11, 3, 99). 12, 2, 13 pars dialectica: ... -endo, dividendo *eqs.* Isid. diff. 1, 265 Stoici sic -unt. *nota attractionem*: Plin. nat. 3, 150 in eo duo maria quo -ximus fine. *add. praep.* (*cf. p. 1525, 63*): Tert. adv. Marc. 2, 19 p. 360, 20 et in ipsis commerciis vitae ... -xit. resurr. 45 p. 91, 20 ad duas substantias -endo. adv. Hermog. 10 p. 137, 1 dum alibi de mali ratione -imus (*i. diiudicamus*). adv Prax. 12 p. 245 scriptura -it inter personas (15 p. 254 orat. 22 nat. 2, 14 Itala lev. 10, 10 [Aug. quaest. hept. 3, 33]. Pelag. in Rom. 5 p. 669ᴬ. 10 p. 693ᴬ Isid. diff. 1, 89). *enunt.* (*cf. p. 1525, 80*): Cic. inv. 2, 44 necessarium est -ere ..., quo pacto quidque accusatorem et quomodo defensorem tractare oporteat (part. 78 *syn.* iudicat. nat. deor. 3, 26 div. 1, 118 Sen. dial. 5, 29, 2 epist. 9, 13. 85, 28). Varro ling. 8, 16 uti is ... -ere posset, cum vocaret, cum daret, cum accusaret. Sen. benef. 3, 18, 1 sunt ... qui ita -ant, quaedam beneficia esse, quaedam officia, quaedam ministeria (Plin. nat. 14, 63 Ambr. in psalm. 118 serm. 20, 57, 1 Comm. apol. 189). Sen. epist. 85, 14 quidam ita -erunt, ut dicerent *eqs.* b *c. obiecto directo* (*personae: p. 1525, 8. 13. 22; add. dat.: p. 1525, 4. 14. cf. etiam p. 1526, 24*): α *c. simplici acc.*: Rhet. Her. 3, 19, 31 dissimiles forma atque natura loci comparandi sunt, ut -cti interlucere possint. Cic. Flacc. 36 hactenus ista formula testimoni atque orationis tuae describi ac -i potest, ut *eqs.* (Tert. nat. 2, 12). fin. 1, 22 qua via captiosa solvantur, ambigua -antur, *Epicurus* ostendit (Brut. 152 *iuxta pos.* videre. orat. 16 Sen epist. 109, 18 Avr Vict. Caes. 16, 11. *cf.* Cic. orat. 102 *in causa pro Caecina* verba ambigua -ximus). fat. 41 Chrysippus ... causarum genera -it (Plin. nat. 21, 90. 115. 25, 121. 37, 68. 195 Qvint. inst. 4, 2, 68. Apvl. mund. 22 *syn.* separavit. Tert. anim. 29). Brut. 280. orat. 65 sophistarum ... magis -enda similitudo (*cum oratoribus*) videtur (Sen. epist. 45, 6 *syn.* dis-

[*Hofmann*]

cerne). top. 31 non satis acute quae sunt secernenda -it (*opp.* confundit). SEN. benef. 4, 29, 1 istud (epist. 66, 6. 67, 4. 117, 11). 7, 17, 1. dial. 4, 26, 3 antequam h o c apud nos -amus (AVG. gramm. V 517, 31). 7, 13, 4 nisi aliquis -erit illi voluptates. nat. 2, 27, 1 tonitrua. 4 pr. 6 in -endis et curandis vitiis. epist. 30, 17 causas metus nostri (TERT. pudic 2 AVG. civ. 5, 10 p. 208 D.). 65, 19 *syn.* discreverit. 120, 9 specie quidem vicina, re autem plurimum inter se dissidentia. Med. 276 sontes duos. PLIN. nat. 34, 53 aetatibus. 37, 116. QVINT. inst. 3, 6, 45 apertius eosdem status. 4, 2, 33 diligentius . . . singula (TERT. adv. Marc. 4, 3 p. 428, 5). 5, 10, 3 partibus (PRISCILL. tract. 11, 144 p. 104, 13). 9, 3, 71 rei proprietate. 12, 5, 3 vim cuiusque verbi. TAC. ann. 2, 33 senatus et equitum census. 3, 64 -cto sacerdotiorum iure. GELL. 18, 2, 9 *coniunct.* resolvi. MIN. FEL. 33, 1 gentes nationesque. TERT. adv. Hermog. 3 p. 129, 11 utrumque nomen (*sc.* '*deus*' *et* '*dominus*') ei -xit et suo tempore ostendit. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 16 legem non irrupisse, sed -isse. 5, 10 p. 608, 7 statum . . . in appellationis societate. TER. MAVR. 2351 pedum cum regulam -rem. 2926. HIL. in Matth. 25, 2 significationibus. SCHOL. Cic. Bob. p. 124, 5 St verba. AMBR. apol. Dav. I 4, 15 -ximus allegationes validas (*i. suo loco separatim posuimus*). RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 16 AVG. civ. 6, 5 p. 254 D. 15, 8 p. 72 *syn.* digerere. *al.* ord. 2, 11, 30 *opp.* conectendi. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 4 tempora. *nota*: SEN. epist. 66, 26 fetus suos non -unt ferae (*i. pariter omnes amore complectuntur*). *add. abl.* (*saepe divisionis, cf. l. 40 44. cf. etiam infra l. 66; aliter infra l. 79*): CIC. Caecin. 56 ut servos non numero -ant, sed appellent uno familiae nomine (ACT. Archel. p. 2. 3). leg. 1, 23 in civitatibus . . . agnationibus familiarum -untur status. fin. 4, 10 ea quae dicas ratione et arte -cre (*cf.* 2, 18. 5, 67). ac. 2, 48 quî (2, 80). off. 1, 95 decorum . . . est cum virtute confusum, sed mente et cogitatione -itur (*antea* separari, secerni. *cf.* 2, 10). de orat. 2, 177 ut re -antur *argumenta*, verbis confusa esse videantur. Brut. 74 oratorum genera -ere aetatibus. part. 10 *causam* auditorum . . . g e n e r e -i (VITR. 6, 3, 1 COLVM. 3, 21, 2 PLIN. nat. 33, 90 TERT. nat. 2, 1 resurr. 59 p. 120 *syn.* disiunxit. AVG. civ. 8, 2 p. 322 D.). RVT. LVP. 2, 20 sententia. VITR. 4, 8, 7 ordines *ratiocinationum* . . . partitionibus -xi (AVG. civ. 8, 4 tit.). CELS. 5, 26, 20 p. 218, 33 Mx. quasdam species graecis n o m i n i b u s -ctas (MELA 2, 87 PLIN. nat. 5, 66. 16, 17. 78. 23, 20. 29, 85 QVINT. inst. 1, 10, 3 TERT. adv. Marc. 5, 15 p. 629. *cf.* PLIN. nat. 3, 13 cognominibus [35, 59 SVET. Tib. 1, 2]. 15, 138 appellatione. SVET. Vit. 2, 2 praenominibus). SEN. epist. 91, 16 nominum claritate. PLIN. nat. 10, 89 magnitudine. 13, 113 Samia et Aegyptia *mala* -untur erythrocomis et leucocomis. 16, 17 -emus *genera glandium* . . . p r o p r i e t a t e naturaque (QVINT. inst. 5, 10, 48 ARNOB. nat. 1, 30 SCHOL. Cic. Bob. p. 134, 18 St.). 16, 37 insignibus. 20, 113 *apium* -itur sexu. 29, 86 virgulis albis. QVINT. inst. 3, 5, 6 hoc genus Cicero scientia et actione -it. 4, 2, 36 narratio . . . -cta rebus, personis, temporibus, locis, causis. TAC. hist. 1, 21 mortem omnibus ex natura aequalem oblivione apud posteros vel gloria -i. SVET. Claud. 38, 1 edicto. APVL. Plat. 1, 5 qualitatis significatione. MIN. FEL. 37, 10 sola virtute -imur. TERT. adv. Marc. 3, 17 p. 405. 4, 35 p. 539 lege. HIL. in Matth. 20, 5 personis (*syn.* discernenda). op. hist. frg. 1, 7 *syn.* separanda, secernenda, diiudicanda. AVG. civ. 4, 10 p. 159 D. officiis. *al.* COD. Iust. 7, 67, 2, 1 (*a. 362*) affirmatione. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 11 p. 165, 1 *al.* *nota pass.* -i *i.* '*differre*': VARRO rust. 2, 2, 10 *pastiones* temporibus -untur (-unt ut *trad.*) *eqs.* PLIN. nat. 18, 54 et colore -untur *genera panici* candido, nigro, rufo (19, 34. 21, 95). 25, 104 altera *echios* quae lanugine -itur spinosa. 26, 96 internodiis. *β c. acc. duorum subst. per* et *vel* que *iunctorum* (*cf. p. 1526, 8. 26. 32. 41. 61*): SEN. epist. 44, 6 si mala bonaque non populo auctore -xeris (71, 7). TAC. ann. 13, 45 maritos et adulteros non -ens (*sc. amore vel officio*). CHAR. gramm. I 111, 3 (*ex Caes.*) se et sese pronomina ita -it, ut. TERT. ieiun. 14 nova et vetera. *cf.* CIC. Mur. 76 -it *populus* rationem officiorum ac temporum, vicissitudinem laboris ac voluptatis. PS. SEN. mon. 66 hominis vitia et aetatis. *γ praep.*: i n t e r: PACVV. trag. 61 habeo ego istam qui -am inter vos geminitudinem. *cf. passivum pro refl.*: PLIN. nat. 8, 215 caudis inter se -untur *simiae*. a b (*saep. add. abl. cf. etiam p. 1526, 9. 17. 45*): CIC. Scaur. 38 libertatem a servitute nulla re alia nisi mentiendi licentia -endam. parad. 29 civem ab hoste . . . animo factisque. ac. 2, 22 artificem ab inscio. 2, 34 perspicua a perceptis. 2, 44 vera visa a falsis (2, 84. *cf.* 2, 57. 67 div. 2, 146). Tusc. 3, 47. 4, 66 de orat. 2, 244. 3, 34. part. 139 *syn.* diiudicare. Att. 8, 9, 2 ad Brut. 1, 12, 1. LIV. 40, 54, 5 cognomine a ceteris regibus. 45, 24, 4 PAVL. FEST. p. 78. 178. 241. 339 SEN. contr. 1 pr. 12 (*suppl.*). 10 pr. 16 SEN. benef. 4, 32, 4 PS. SEN. mon. 90 PLIN. nat. 6, 32. 16, 19 nomine. QVINT. inst. 1, 7, 27. 1, 8, 3. 3, 5, 11. TAC. ann. 16, 25 apud posteros. SVET. gramm. 4 p. 103, 7. 16 PS. APVL. herm. p. 273 TERT. nat. 1, 12 resurr. 35 p. 76 PAPIN. dig. 34, 5, 1 VVLG. Sirach 16, 26 AVG. civ. 2, 11 p. 66 D. cultus diversitate. 6, 6 p. 257; *saep. in hoc libro.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 17 p. 51, 2 *syn.* distribuit. *al. nota poetice abl.*: HOR. epist. 1, 10, 29 vero -ere falsum. s e c u n d u m: TERT. adv. Marc. 18 p. 197. *δ enunt.*: *interrog.*: CIC. Pis. 69 Graecus primo -ere et dividere illa, quemadmodum dicerentur. LIV. 26, 34, 4 aliorum Campanorum summam etiam census -erunt, publicandane necne bona essent. SEN. benef. 6, 5, 4 illud potius mihi -e . . ., utrum *eqs.* QVINT. decl. 261 p. 70, 3. CIC. Tusc 4, 21 -unt illud etiam, u t *eqs.* *per contaminationem* (*cf.* prohibeo): TAC. ann 11, 22 ne aetas quidem -batur, q u i n prima iuventa consulatum et dictaturas inirent. **c** *de sensibus i. dinoscere sim.* (*saepius add. abl. instr.; pro quo* per: *l. 12*; ab: *l. 9*): MANIL. 3, 377 mediaque tenus -itur alvo (*i. sphaera usque ad circulum aequinoctialem tantum videri potest*). GERM. 260 deficiente oculo -ere corpora parva. SEN. contr. exc 4, 6 hos ipsa noluit natura -i (*cf.* tit.: indiscreti filius et privignus). 5, 7 nocte quomodo hostem civemque -am? SEN. clem. 1, 19, 3. epist. 94, 19 oculus . . . a nigro album etiam nullo monente -et. PLIN. nat. 8, 215 nuces visu -ere *simias*. TAC. Germ. 17 locupletissimi veste -untur. hist. 1, 38 legionarius insignibus suis. CLAVD. MAM. anim. 1, 23 p. 83, 5 *ut anima* per oculum . . . verba -at. *nota*: SIDON. epist. 6, 1, 5 tactu pulsum -at (*i. examinet*). BOETH. mus. 3, 1 hanc differentiam . . . sensum aurium non posse -ere. *adde*: QVINT. inst. 1, 7, 2 'malus' arborem significet an hominem non bonum, apice -itur. COLVM. 7, 9, 12 sive per literas, sive per alias formas unumquemque fetum cum matre -at (*i. notet*). **d** *subi. est res* (*add.* ab: *l. 18. 19. 21. 22. 28. 29.* in *c. acc.*: *l. 24*): CIC. de orat. 2, 247 raritas dictorum -et oratorem a scurra. 3, 175 quae *res* magis oratorem ab imperito dicendi . . . -at. parad. 24 causa . . . haec, non natura -it. SEN. clem. 1, 2, 2 quae *moderatio* sanabilia ingenia -ere a deploratis sciat. 1, 24, 1 ut servos a liberis cultus -ret. benef 6, 8, 3 beneficium ab iniuria -it non eventus, sed animus. dial. 3, 4, 2 quae pluribus apud Graecos nominibus in species iram -unt. 5, 2, 2 quibus inra -it modus virium. LVCAN. 10, 128 discolor hos *servos* sanguis, alios -erat aetas. PETRON. 30, 4 qui dies boni quique incommodi essent, -ente bulla notabantur. PLIN. nat. 8, 39 alcen iumento similem, ni proceritas aurium et cervicis -at. 9, 127 -it *purpura* ab equite curiam. 11, 271 explanatio animi, quae nos -xit a feris. 33, 29 anuli -xere alterum ordinem (*sc. equestrem*) a plebe. 37, 101 mares austeritas -at. 37, 157. QVINT. inst. 5, 10, 44 et iuris quaestiones facit et qualitatem -it *utrumque genus*. TAC. hist. 3, 27 discretus labor fortes ignavosque -ret. TERT. anim. 10 -unt substantias opera. PAVL. dig. 47, 2, 54 pr. maleficia voluntas et propositum delinquentis -it. CLAVD. 18, 202 suffixa patenti vestibulo pretiis -it regula gentes (*de impudenti venditione munerum*). *nota*: MANIL. 1, 322 stella . . . in media radiat quae maxima fronte candidaque ardenti -it lumina flamma.

2 *speciatim*: **a** *in iure*: *absol.* (*cf. l. 48. 51*): GAIVS inst. 1, 90 complures -unt et putant *eqs.* 1, 91. VLP. dig. 13, 6, 3, 5 *add.* circa. 17, 1, 8, 4. 17, 2, 7 si non fuerit -ctum. 18, 2, 2, 1 secundum quod -ximus. *c. acc.*: LABEO dig. 33, 10, 12 urbanus servus et rusticus -itur non loco, sed genere usus (POMPON. dig. 50, 16, 166 pr.). GAIVS inst. 2, 146 singulas causas singulis appellationibus -i. PAVL. dig. 12, 2, 28, 2 *add.* in *c. abl.* (VLP. dig. 47, 10, 15, 48). COD. Iust. 8, 47, 10 pr. (*a. 530*) actionem (*opp.* negat). *c. praep.*: PAPIN. dig. 39, 5, 31, 1 (= frg. Vat. 254) ea significatione . . . peculium a dote puellae -retur. VLP. dig. 34, 2, 19, 17 *gemmas* a lapillis eo *eqs.* PAVL. dig. 28, 2, 11. *seq.* (ita, sic) ut (*fere absol.; add.* de *aliqua re*: VLP. dig. 21, 1, 14, 3 PAVL. dig. 33, 7, 9): IAVOL. dig. 18, 4, 8 POMPON. dig. 16, 1, 32, 3. 41, 10, 4 pr. VLP. dig. 2, 14, 7, 14. 3, 5, 5, 8 *et* 6[ies] PAVL. dig. 38, 10, 10, 15. *seq. enunt. interrog.*: SCAEV. dig. 42, 8, 24 an -endum est, is optulerit mihi an *eqs.* (VLP. dig. 19, 1, 13, 18 *al.*). CALL. dig. 14, 2, 4, 2 VLP dig. 4, 4, 7, 3. 7, 1, 21 (= frg. Vat. 71[b]). *al* PAVL. dig. 4, 8, 32 pr. *add.* in. 12, 2, 28, 2. 23, 2, 44, 3. 40, 5, 29 MOD. dig. 34, 4, 18. *nota*: PAVL. dig. 1, 18, 3 malis hom⟨i⟩nibus provinciam purgare, nec -u⟨n⟩tur unde sint. *seq. acc. c. inf.*: PROC. dig. 45, 1, 113 pr. -endum est interesse *eqs.* (POMPON. dig. 31, 43, 2 VLP. dig. 23, 3, 5, 14. 29, 2, 40. 29, 2, 41, 1. 29, 4, 6, 2. 34, 2, 19, 5 MARCIAN. dig. 48, 21, 3, 6). MARCIAN. dig. 15, 1, 40, 1 ita veteres -unt, si . . , id esse peculium, si vero . . ., non esse peculium. **b** *de trinitate apud* ECCL.: TERT. adv. Prax. 25 p. 276 genere sermonis, quo pater et filius in sua proprietate -itur. 27 p. 280. *cf.* resurr. 53 p. 111. TRACT. c. Arrian. p. 13, 14 personas -imus. MAXIMIN. c Ambr. 47 *syn.* discretas, *opp.* confusas (EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 651[D]). PAVL. NOL. epist. 21, 3 -cti potius quam divisi *filius, pater, spiritus*. PETR. CHRYS. serm. 60 p. 366[B] *opp.* est divisa. NICET. fid. 5 p. 15, 9 filium . . . a patre. *adde*: CASSIOD. in psalm. 8 div. duabus naturis inconfusis atque -ctis in Christo.

B *strictiore sensu*: **1** *i. q. accurate definire, explicare, significare* (*cf. etiam p. 1525, 35, subi. sunt res*: *l. 73. p. 1527, 7*): CIC. Caecin. 84 si praetor non -xit locum (*sc. expressis verbis*), quo me restitui iuberet. ac. 2, 32 *opp.* incerta dicunt. Tusc. 3, 11 ipsam (μανίαν) -imus nos melius quam *Graeci* (*i. nomine definimus*). PLIN. nat. 2, 177 tres . . . circuli . . . inaequalitates temporum -unt. 9, 78 nos *planos pisces* -ere non possumus, nisi si cartilaginea appellare libeat. 10, 46 *galli* ternas -unt horas interdiu cantu (OPTAT. 7, 3 p. 173, 8). 25, 83 hippace, -cta (sic dicta *Salmas.*), quod *eqs.* HERMOG. dig. 1, 1, 5 ex hoc iure gentium . . . discretae gentes, . . . dominia -cta. TERT. anim. 48 de cibis -endis vel derogandis. adv. Marc. 2, 3 p. 336 *temporibus* -endis et notandis . . . sidera . . . disposita sunt (*cf.* 5, 2 p. 571 IVVENC. 4, 93). ITALA lev. 5, 4 (Aug quaest. hept. 3, 3) anima quaecumque iuraverit -ens labiis malefacere aut benefacere (διαστέλλουσα, VVLG. protulerit. *cf.* AVG. *ad l.*: quaeritur quid dixerit '-ens'. . . . videtur . . . ista distinctio quasi definitio esse, qua secernitur aliquid a ceteris, quae solo dicto non tenentur). num. 30, 4 (Aug. quaest. hept.

3, 3) -ens labiis suis adversus animam suam. ITALA (Aug. quaest. hept. 3, 3 *al.*) *et* VVLG. psalm. 65, 14 vota ... quae -erunt labia mea. Ezech. 3, 18 (Lucif. non parc. 10 Aug. quaest. hept. 3, 3 *al.*) tu non -isti (illi) neque locutus es (VVLG. annuntiaveris). 3, 19 (Lucif. non parc. 10). II par. 19, 10 -etis cis *causam* (διαστελεῖσθε, VVLG. ostendite). VVLG. psalm 105, 33 -xit in labiis suis (διέστειλεν ἐν). CYPR. GALL. lev. 28 communis populo -it regula victus. AVG. civ. 20, 6 p. 416 D. serm. ed. Mai 4, 3 *canis* obsequium suum, licet voce explicare non possit, tamen corporis communione -it (*syn.* explicare). FAVST REI. grat. 1, 16 p. 49, 12 *syn.* pronuntiavit. NOVELL Iust. 111 pr. privilegium ... nuper indultum necessaria correctione -imus. *nota de articulatim loquendo* (*cf. p. 1529, 32. 1531, 39*): SIL. 1, 78 ut fari primamque datum -ere lingua Hannibali vocem. AVG. in psalm. 120, 11 *linguae* percutiendo palatum et dentes -unt sonos quibus loquimur. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 4 lingua ... verba -ere non valebit. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 284 lingua ... verbis -ere vocem. DRAC. laud. dei 3, 684 *linguae* verbere -ctas ... voces. *seq enunt. interr.*: TAC. ann. 11, 38 nuntiatum ... perisse Messalinam, non -cto sua an aliena manu. FAV. EVL. p. 2, 15 RVFIN. apol. Orig. 1 p. 552. CLAVD. MAM. anim. 3, 7 p. 165, 5 indaga, -e, pronuntia *eqs.* POMER. 1 prol. 3 GREG. M. moral. 15, 48. *acc. c. inf*: AVG. civ 10, 5 p. 409, 21 D. *syn* declaratum. 2 *i. q. dirimere, discingere, terminare, finire* (*add.* inter se: *l. 23*): SEN. benef. 7, 4, 3 *fines* inter se vicini privata terminatione -unt. SYMM. epist. 36, 3 aeternitas vestra singulatim quaerenda -at. AMM. 29, 2, 19 *Areopagitarum* aequitas deorum quoque iurgia dicitur -isse. COD. Iust. 3, 12, 5 (*a. 369*) fiscales causas tua sinceritas . . . -at. EPIST. pontif. 351 (*a. 419*) Migne 20. 762ᴮ si quae inter episcopos eveniant causae, ... -as. 396 (*a. 437*) Migne 50, 617ᶜ *syn.* definiat.

II *praevalet notio separandi, disterminandi*:

A *generatim*: 1 *de quavis diremptione* (*passim add. abl. causae nota aliquos vel refl.*: SEN. epist. 122, 18 cultu se a ceteris -unt [*postea* separare] IVV. 3, 159 qui nos -xit *sc. Otho lege Roscia. cf. l. 40. 41. 52. 69. 74*): RHET. Her. 4, 19, 26 articulus dicitur, cum singula verba intervallis -entur caesa oratione (CIC. de orat. 3, 186 *guttae.* SEN. epist. 99, 7. 9 PANEG. 6 [7], 10, 1 OPTAT. 2, 5 p. 42, 15 AMM. 30, 1, 12). LVCR. 5, 1374 olearum caerula -ens *vineta* . . . plaga (*cf.* 5, 1376 vario -cta lepore omnia. PLIN. nat. 16, 140 *cypressus* -endis ... pinorum ordinibus. FIRM. math. 1, 2, 9). LIV. 37, 31, 9 lingua ... medium fere sinum velut nota -it. 37, 40, 2 partes eas interpositis binis elephantis -bat (42, 58, 6 equitum ordines levis armatura interposita -bat). MANIL. 1, 246 pontus utrosque (*sc.* περιοίκους *et* ἀντοίκους) suis -it et alligat (*i. complectitur*) undis (*cf.* 1, 306 dividit et cingit). 1, 452 versas frontibus Arctos uno -i medias claudique Dracone. SEN. suas. 1, 16 quamvis -erim *sana a corruptis* (*syn.* separando. *cf.* VELL. 1, 14, 1 priorem huius voluminis posterioremque partem. QVINT. inst. 4, 2, 102 *syn.* dividere. AVG. civ. 18, 23 p. 288 D. solis capitibus). VAL MAX. 5, 2, 1 quoniam contrario proposito sese -erunt *grata et ingrata facta*, nostro quoque stilo separentur. 5, 5, 3 eo ipso ... quo vita ae mors -itur momento (*cf. l. 70*). SEN. dial 6, 18, 6 insulae quae interventu suo maria -unt. COLVM. 3, 19, 3 vites ... separatae ac -ctae specialiter an confusae et mixtae catervatim. MELA 3, 59 Sacae -cti regione, quia feris scatet, inhabitabili. PLIN. nat. 9, 173 -ctis (*i. seorsum collocatis*) ... generibus earum *coclearum*, separatim ut essent albae *eqs.* STAT. Theb. 8, 321 tamque humili populos ... -ere (*i. coercere*) fine. QVINT. inst. 8, 5, 26 artifices ..., cum plura in unam tabulam opera contulerunt, spatiis -unt, ne umbrae in corpora cadant. PS. QVINT. decl. 13, 11 possessiones suas velut quasdam gentes fluminibus montibusque -ere. TAC. ann. 2, 50 maiestatis crimen -i (*sc. a crimine adulterii*) Caesar postulavit. PLIN. epist. 2, 17, 21 tot facies locorum totidem fenestris et -it et miscet *zotheca.* 2, 17, 22 interiacens andron parietem cubiculi hortique -it (*cf.* IAVOL. dig. 33, 3, 4). ANTH. 480, 7 cum brevis una duas -it syllaba longas, creticus est. SOL. 23, 5 *promunturium Artabrum* caelum terras maria -it (*cf.* PLIN. nat. 4, 113 discriminans). AMM. 18, 2, 15 terminales lapides ... confinia -bant. 23, 3, 1 unde duae ... viae regiae -untur (*i. discedunt*). 25, 10, 12 qui locus Bithyniam -it et Galatas. PRISC. perieg. 172 solum squalens urbes -it opacas. NICET. psalm. 3 p. 71, 4 utrorumque sexuum -ctis classibus. *nota*: DRAC. laud. dei 2, 484 pars tanta *angelorum* ... -cta severe (*i. secreta, remota cf.* 2, 481 cecidit ... caelo). *add.* ab: PLIN. nat. 11, 139 *oculus* lucis usu vitam -at a morte. MELA 1, 77 Ciliciam a Pamphylia -it Anemurium *promunturium* (*cf.* PLIN. nat. 3, 6 SOL. 22, 7. PANEG. 12 [2], 22, 2 *syn.* disterminat. AMM. 15, 10, 2. 22, 8, 2. 27, 8, 6 31, 3, 8). AVG. civ. 20, 21 p. 458 D. manus *dei* -entis cultores suos a contemptoribus suis. SACR. Leon. p. 373 deus qui diem discernis et noctem, actus (actos *codd.*) nostros a tenebrarum -c caligine. *abl. separat. pro* ab (*cf. p. 1525, 79*): LVCR. 1, 525 alternis ... corpus inani -ctum⟨st⟩. 1, 527 spatium pleno . . . -cre inane. IVV. 14, 289 tabula (*sc. navis*) -itur undā *mercator* (*cf.* 12, 58 digitis a morte remotus quattuor). 2 *i. q. interrumpere, intersecare* (*cf. etiam sub III et s. IV A*): CVRT. 3, 4, 8 planitiem eius crebris -entibus rivis. MELA 2, 67 mare . . . tenuibus promunturiis semel iterumque -ens *Italia* (SOL. 2, 21). PLIN. nat. 37, 113 virgulis tribus -ctum candidis. 37, 138 alba nigraque macula in traversum -entibus crystallum. 37, 148 -entibus eam *gemmam* venis rubentibus (*cf.* 37, 174. 184. 189 *et p. 1530, 28*). QVINT. inst. 4, 2, 50 expedict expositionem brevi interfatione -ere. APVL. met. 2, 30 hanc cunctationem sequens adulescentis sermo -xit (*i. finivit*). AVSON. Mos. 67 viridem -it glarea muscum. OROS. hist. 6, 8, 2 mediam ... oppidi partem, quae torrente -batur (*cf.* CAES. Gall. 3, 1, 6 in duas partes flumine divideretur). BOETH. arithm. 1, 10.

B *speciatim t. t. gramm. i. q. moram facere, notare, interpungere: loci de pronuntiando imprimis dicti i. pausam facere* (*cf.* CIC. orat. 53 -cta alios et interpuncta intervalla, morae respirationesque delectant): QVINT. inst. 1, 8, 1 quo loco versum -ere *debeat puer*, ubi claudatur sensus, unde incipiat. 11, 3, 36 non -endum (*opp* suspenditur, *syn.* dividit). 11, 3, 39 virtus ... -endi. *cf.* PRAEDEST. 1. 22 p. 594ᶜ quicunque usque hodie Originem legit, si prudenti eum novit recitatione -ere. *apud* GRAMM. *et* SCHOL. *fere pertinet ad partem artis gramm., i. (codicem) interpungere, cf.* SVET. gramm. 24 exemplaria . . . emendare ac -ere et adnotare curavit *Probus* soli huic nec ulli praeterea grammaticae parti deditus. FRONTO p. 190 N. Ciceronianos emendatos et -ctos habebis, adnotatos a me leges ipse. POMP. gramm. V 132, 1 si vis codicem -ere, ita -e *eqs.* 133, 4. RVFIN. Orig. princ. praef. p. 114ᴮ inemendatum vel non -ctum codicem non habeat *eqs.* ANTH. 3, 1 -xi emendans, *sc. Asterius, cons. a. 494.* SVBSCR. Macr. somn. 1 cod. Par. s. XI Aur. Memm. Symmachus v. c. emeudabam vel disting⟨uebam⟩ meum *exemplar eqs.* Verg. cod. Medic. legi et -xi codicem. *aliter*: CASSIOD. inst. div. pr. p 1109ᶜ colis et commatibus translationem suam . . . -isse *Hieronymum* (*cf.* 15 p 1129ᴰ ordinata. CIC. *v. p. 1529, 7*). *adde*: MART. CAP. 2, 138 in aliis *voluminibus* ... -ctae ad tonum ac deductae paginae. *exempla, praecepta*: TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 613 nos contra sic -endum dicimus: ʽin quibus deus', dehinc ʽaevi huius *eqs.*' (*cf.* AVG. quaest. hept. 7, 51 p. 502, 13 doctr. christ. 3, 2, 2 *al.* PS. AVG. quaest. test. I 91, 11). PORPH. Hor. carm. 3, 4, 5 hic -endum. sat. 1, 2, 120 haec -enda sunt, ut singula legantur. DON. Ter. Andr. 145 -endum, ut per se intellegatur. 188 ʽsivi' autem -e. 429 ʽforma bona' -unt. 643. 720 ʽdolorem' -xit Probus (probe *codd.*) et post intulit separatim quod sequitur (*cf.* Eun. 46 ʽnon eam' Probus -it; iungunt qui secundum Menandri exemplum legunt). 926 *opp.* subdistinguit. 958 ʽsic' delicate pronuntiandum est et separatim -endum. Eun. 232 alii -unt ..., alii .... Phorm. 298 Ad. 518 *al, nota c. acc. pron.* (*cf. supra l. 34*): 595 hoc -e. DIOM. gramm. I 437, 25 (= DOSITH. gramm. VII 429, 16) -ere ... oportet ante similitudines ... et ante redditas ἀνταποδόσεις ... et ante ʽaut' *eqs.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 22, 25 quando -itis, eum erit perfecta oratio ... punctum ponite *eqs.* PRISC. gramm. III 377, 3. 8. SERV. Aen. 1, 380 hoc loco -endum est (1, 475. 505. 548. 595. 607). 2, 48 -endum sane ʽerror'. 2, 116 hic -endum est (2, 149 *al.*). 2, 292 multi -unt, ut sit ʽadhuc' (2, 394 *al.*). 3, 359 potest et ʽinterpres divum' -i (auct. 12, 497). 5, 296 -endum per se. 5, 426 hic -endum propter vitium. 5, 753 melius hic -itur (ecl. 3, 7). georg. 4, 345 secundum Donatum. *al.* SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 566 potest et sic -i ... ut hic sit mora. CLAVD. DON. Aen. 4, 672 hic -endum est (*syn.* separandum. 12, 161). 10, 147 sic debemus -ere (*syn.* faciamus moram. 12, 41). 11, 198 *syn* separatim pronuntiandum (*ceteris locis praefert* separare, separatim pronuntiare, moram facere, interponere, suspendere *sim.*). MART. CAP. 5, 462 dum heres ʽesto mi' -it *eqs.* BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 168, 13. CASSIOD inst. div. 15 p. 1129ᴰ. CORP. VIII 6982 hederae -entes incoctiles (ʽ*sunt foliola quae passim in titulis cernuntur punctorum instar*' *ed*). *de notis criticis* (*cf. fort. etiam l. 16*): HIER. praef. Vulg. pent. asterisco et obelo opus omne -ens *Origenes eqs.* (epist. 57, 11, 1. 134, 2 asteriscis verubusque).

III *praevalet notio dividendi, distribuendi in partes* (*hic illic etiam referri possunt exempla ad II A 2*): a *c. mero obiecto*: CIC. Verr. 5, 88 plura sunt *crimina*, sed ea quo pacto -ere ac separare possim nescio (*cf. p. 1529, 6*). leg. 1, 36 quae fuse olim disputabantur ac libere, ea nunc articulatim di⟨s⟩ti⟨n⟩cta dicuntur. MANIL. 1, 507 caelumque suas -erat horas (*cf.* TERT. ieiun. 10 *horae* diem distribuunt, ... negotia -unt). PAVL. FEST. p. 90 forago: filum quo textrices diurnum opus -unt. SEN. epist. 84, 5 melius ... -cta servantur *memoria* (*syn.* separare. MACR. sat. pr. 1, 6. *cf.* FRONTO p. 139 N. post ista omnia investigata, examinata, -a, finita. cognita *sunt*). STAT. silv. 3, 1, 99 -ctis stat porticus alta columnis. QVINT. inst. 11, 2, 27 partes *ediscendae* non sint perexiguae, alioqui ... *orationem* -ent atque concident (*postea* dividi). APVL. flor. 10 p. 41 *deus* ubique -xit amnium fluores, pratorum virores (*cf.* CYPR. GALL. exod 660 flumina toto -xit mundo, *i. constituit*). S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 35 omnibus muneribus quae generatim -cta sunt. TERT. bapt. 3 -ctis aquis (*syn.* segregatis). adv. Marc. 1, 19 p. 314 -i ... materias oportet. 2, 1 p. 333 *addito dat.* (*cf.* TER. MAVR. 1596 haec sibi quaeque prius -ere metra paramus). AVSON. 298, 15 -ctas interne vias mirere, domorum dispositum. 336. 57 -it *unitas* solidos coebo pergente trientes (*syn.* dividit). MAR. VICTORIN. verb. script. 6 climata caeli -xit inter diem et noctem. AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 28, 2 par est ... ut dividas primum ... et -as *escam.* PS. RVFIN. in Am. 5, 1/2 *deus* elementa iussione formavit atque -xit. *nota de partibus corporis*: QVINT. inst. 11, 3, 98 binos interim digitos -imus *de gestu.* CAEL. AVR. chron.

[*Hofmann*]

2,1,40 palpebram concludendo ac -endo. *aliter*: AMM. 31,7,14 capita per medium frontis et verticis mucrone -cta (*i. dissecta*). **b** *add. abl.*: CIC. Arat. 265 sol ... medio -ens corpore *Cancri* cursus (*cf.* MANIL. 1,580 Phoebus ... medium aequali -it limite caelum). div. in Caec. 38 quae *Verres* ... peccarit, ea quemadmodum locis temporibusque divisa sint, sic criminibus et oratione -ere. de orat. 3,186 continuatio verborum ... multo est aptior ..., si est articulis membrisque (*sc. commatibus et colis*) -cta (*opp.* continuata). OV. met. 1,47 onus inclusum (*sc. terram*) numero -xit eodem (*i quinque zonis*) cura dei (*cf.* MELA 1,4 terra ... zonis quinque -itur). NVX 83 haec *figura* ubi -cta est gradibus. MANIL. 3,428 -itque duas medio discrimine summas. GERM. 210. COLVM. 1,6,13 lacubus -untur granaria. 3,20,4 vites ... semitis ac decumanis -endae (4,18,1. *cf.* 10,93 tramite. PLIN. nat. 17,169 traversis limitibus. 19,60 areis). 8,11,3 ea saepta -untur velut clatris intercurrentibus calamis. PLIN. nat. 4,105 Gallia ... in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime -cta. 13,113 blandiores acini minusque amaris -cti membranis. 15,37 chrysomola incisuris -cta. 16,157 nodis. 18,57 internodiis. STAT. Ach. 2,136 Balearicus actor habenae ... inclusum ... suo -ret (*sic P*, discing- *al.*) aera gyro. IVV. 1,127 ipse dies pulchro -itur ordine rerum. APVL. mund. 29 caelum ... nocte diuque -ctum. CENS. 17,7 p. 32,19 Romanorum ... saecula quidam ludis saecularibus putant -i. SCHOL. Germ. Sang. p. 105,1 (= FRG Cens. 2,1) caelum circulis quinque -itur. *nota*: PLIN. nat. 35,56 articulis membra -xit, venas protulit *Cimon Cleonaeus pictor*. PAVL. NOL. carm. 19,419 *lychni* -unt ... graves numerosa luce tenebras (*postea* sparsa caligine noctis). **c** *add. praep.*: **in** *c. acc.*: CIC. rep. 3,3 iucidit has *voces* et -xit in partes (*opp.* confusum sonantes). PLIN. epist. 5,6,16 xystus in plurimas species -ctus, concisus[que] buxo. TERT. anim. 52 opus mortis ... bifariam -xit humanus affectus, in ordinariam et extraordinariam formam. adv. Val. 4 p. 181 nominibus et numeris Aeonum -ctis in personale⟨s⟩ substantia⟨s⟩. HIL. in psalm. 51,7 linguae humanae officium est, ut ... motu vario ... vocem in verba -at. *nota*: LVCAN. 5,399 menstruus in fastos -it (*i. digerit*) saecula consul. *vitiose* in *c. abl.*: GREG. M. in Ezech. 1,6,12 scriptura sacra ... in IV partibus est -cta. ILDEF. vir. ill. 1. **inter**: CIC. fin. 5,25 ut ... extrema illa et summa ... inter animalium genera -cta et dispertita siut. PAVL. NOL. epist. app. 2,7 *syn.* divisa. AVG. civ. 18,2 p. 257 D. *coniunct.* ordinata. **per**: TERT. adv. Marc. 4,36 p. 545 tam -cta fuit ... Iudaea gens per tribus et populos et familias et domos, ut. VVLG. I Macc. 6,40 -cta est pars exercitus regis per montes (ἐξετάθη).

IV *praevalent notiones secundariae*:

Colvm.	—	1	3	1	Clavd.	5	20	1	1
Mela	10	1	—	10	Avg. civ.	2	30	2	12

I ***proprie***: A *de* ***hominibus*** (*sim., velut deo p. 1589, 7, sidere personato p. 1590, 4. 10*) *i. q.* ***locuples***, *opulentus, affluens, opibus abundans* (*opp.* pauper, egenus): **1 *absolute***: a *nude positum* (*huc etiam traxi usum nominalem*): Plavt. Amph. 167 -is servos (*praecedit* opulento homini). Asin. 330 -es es (*v. p. 1587, 71*) factus (Asin. 529 Rud. 55 Ov. am. 1, 8, 28 Sen. contr. 2, 7, 1 Sen. benef. 3, 33, 2 dial. 11, 11, 5 epist. 17, 9. Gallican. Avid. 14, 2 ut luxurientur, ut -tes fiant. Pomer. 2, 4, 3 ex -bus ditiores facti. *persaepe*). Plavt. Aul. 166 (*idem versus iteratur* Capt. 324). 489. 809 quis me est ditior? Curc. 178 sibi divitias -tes *habeant*. Trin. 490 di -tes sunt, deos decent opulentiae. 829 -tes damnare atque domare. *saepe*. Ter. Ad. 502 potentes, dites, fortunati, nobiles (Haut. 609 ditem et nobilem. Caes. Gall. 1, 2, 1 longe nobilissimus fuit et ditissimus. Liv. 29, 1, 5. 30, 1, 5 Val. Max. 7, 3, 3 Phaedr. 5, 5, 4 Sen. dial. 4, 21, 7 Mart. 12, 97, 3 Apvl. apol. 22 Treb. trig. tyr. 2, 1 *al.*). Ter. Ad. 770 dis . . . esses. Lvcil. 1226 formonsus -es (Cass. Sev. Sen. contr. 2, 4, 11. 2, 7 (15), 2 Ivv. 6, 162. Svet. Galba 3 ditem admodum et pulchram. Anth. 446, 1 *al.*). Cato orat. frg. 2, 70, 2 Pompon. Atell. *tit. fabulae* Varro Men. 104 ling. 5, 72. rust. 1, 16, 3 -um copiosi agri. 1, 16, 4 Rhet. Her. 4, 50, 1 Cic. Quinct. 55 Q. Rosc. 19. rep. 1, 48 -iores opulentioresque. div. 1, 78 -issimum *Midam*. parad. 48. off. 2, 57 Crassus . . . cognomine -es (Sen. contr. 2, 1, 7 -issimus [Plin. nat. 33, 133]. *v. etiam Onomast. sub* Dives). *saepe*. epist. 7, 16, 3 Cael. Cic. epist. 8, 13, 2 Catvll. 115, 1. 5 Lvcr. 5, 1115. Sall. Catil. 54, 6 non divitiis cum -e . . . certabat. *al.* Hor. carm. 2, 18, 10 pauperemque -es me petit. sat. 1, 1, 65 sordidus ac -es (1, 1, 95). 1, 3, 124 si -es qui sapiens est (epist. 1, 1, 105). 2, 1, 59 -es, inops. epist. 2, 2, 185 *persaepe*. Tib. 1, 1, 78. 2, 3, 49 Priap. 60, 2 Prop. 2, 16, 19. 2, 24^b, 38. 2, 32, 42 Pvblil. V 15. Ov. epist. 2, 109 -es egenti munera . . . dedi (ars 3, 511). 20, 146 ditibus (*Bentley*, -tis *codd.*) aufer opus. met. 11, 127 -esque miserque effugere optat opes. *saepe*. Liv. 1, 43, 9. 4, 4, 9 -bus ac pauperibus (26, 2, 16 Sen. contr. 10, 1, 3 Sen. epist. 94, 23 Petron. 48, 5 Qvint. inst. 5, 10, 26 *saepe*. Apvl. mund. 19 dites et egentes). *al.* Sen. contr. 1, 6, 7. 1, 7 -es debilitat, egens alligat. *persaepe*. Vell. 2, 59, 2. Val. Max. 7, 2, 14 -tes et praepotentes non alligari (Phaedr. 3, 5, 6 -es et potens [Sen. benef. 6, 3, 3 Apvl. met. 9, 35 Ivst. 3, 3, 9 Qverol. p. 22, 13 Vvlg. IV reg. 15, 20]. *al.*). Val. Max. 4, 8. 2. Sen. Herc. O. 648 pectore -um. clem. 1, 9, 8 felix . . . -es (Vvlg. Iob 21, 13). dial. 7,

[Gudeman]

23, 2 o optime -em! nat. 4,13,3 delicatis -busque. epist. 9, 22 turpiter -es. 18, 8 securius -tes erimus. *persaepe.* CVRT. 4, 1, 24 -issimus quisque. PERS. 4, 26 PETRON. 3, 3 *al.* CALP. ecl. 3, 63. PLIN. nat. 6, 66 optimi -issimique. *al.* VAL. FL. 1, 511 SIL. 3, 512. 13, 777. STAT. silv. 2, 2, 121 Lydo ditior auro (5, 39, 8 Croeso -ior). Theb. 4, 205 MART. 1, 64, 4. 4, 54, 7 -ior Crispo. 11, 83, 1 -es et orbus (QVINT. decl. 376 p. 416, 18 TAC. ann. 3, 22). *al.* QVINT. inst. 1, 6, 34 Ditis, quia minime -es. *persaepe, praecipue in* decl. IVV. 11, 168 *saepe.* ITALA lev. 19, 15 (Lucif. Athan. 1, 4 p. 71, 10) a facie -is (δυνάστου, VVLG. potentis). Luc. 19, 12 (Lucif. non parc. 18) -es (εὐγενής, VVLG. nobilis). TERT. adv. Hermog. 8 p. 135, 8 -e et locuplete (GALLICAN. Avid. 14, 8. VVLG. apoc. 3, 17 -es sum et locupletatus). *saepe.* FIRM. err. 18, 6 largus et -es (INSCR. christ. Rossi II p. 137, 19 v. 7). CARM. de fig. 87 sumptu pauper, dando dis, ingenio rex. HIL. in Matth. 15, 10 ditior . . . et plenior. QVEROL. p. 17, 1 si -es fueris, patus (παχὺς *Haase*) appellaberis, sic nostra loquitur Graecia. AMM. 30, 4, 14. 30, 8, 8. 31, 8, 8 *al.* HIER. epist. 64, 2, 4 *opp.* tenuis. VVLG. II par. 18, 1 -es et inclytus (32, 27). *persaepe.* PRVD. cath. 3, 83 -tis omnipotentis opus. CLAVD. 18, 306 erecto pectore -es (*i. similis -i*) ambulat. AVG. civ. 1, 10 p. 19 D. ex opulentissimo -e voluntate pauperrimus. 9, 4 p. 372 -es, luxuriosus. *saepe.* SVLP. SEV. Mart. 25, 5 -es et possidens multa. CASSIOD. in psalm. 101 div. abunde ditissimus. *nota per imaginem*: PLAVT. Most. 228 si bonam famam mihi servasso, sat ero -es.

b *attributive*: PLAVT. Amph. 170 (*v. p. 1587, 78*) dominus (CATVLL. 61, 92 SALL. or. Macri 26 VERG. Aen. 12, 473 TAC. hist. 2, 56. 4, 1 *al.*). Asin. 499 mercator (HOR. carm 1, 31. 10). Aul. 226 hominem (Bacch. 338 Curc. 475 CIC. Verr. 4, 91 off. 2, 58 LIV. 24, 45, 12 *al.*). Curc. 472 maritos (APVL. flor. 14 p. 48). Poen. 73 domino...-i quoidam seni (QVINT. decl. 382 p. 426, 22 TAC. hist. 2, 86 PLIN. epist 8, 18, 8). TER. Ad. 581 Cratini huius ditis aedis. CIC. Quinct. 62 scurra. Cael. 38 mulier (FIRM. err. 3, 1). off. 2, 71 viro (VAL. MAX. 8, 14, 5 SEN. dial. 7, 24, 3 *al*). NEP. Att 1, 2 patre . . . diti (SEN. contr. 1, 1, 2 HIER. epist. 22, 32, 5). VERG. Aen. 4, 263 Dido. 7, 11 Solis filia (*i. Circe*). catal. 3, 20 vicinus. HOR. carm. 1, 10, 14 Priamus. 2, 18, 31 erum. 4, 7, 15 Tullus -es et Ancus. 4, 11, 23 puella. epist. 1, 18, 19 amicus (MART. 5, 18, 9. 11, 50, 10 *saepe*). TIB. 1, 5, 47 amator (OV. am. 1, 8, 31 SEN. contr. 2, 7 [15], 1). 2, 5, 35 magistro. 3, 8, 18 Arabs (SEN. Med. 710). LYGD. 3, 38 Orcus. PROP. 3, 4, 1 Indos (VAL. FL. 6, 117). RVT. LVP. 2, 5 avarus (OV. am. 3, 7, 50 IVV. 7, 30 GELL. 10, 17, 3). OV. rem. 346 Amor. met. 2, 571 procis (APVL. flor. 14 p. 47). 2, 689 Nelei. Pont. 4, 3, 37 Croesi (*v. supra l. 5*). *al.* LIV. 9, 40, 6 hostem. 39, 1, 3 ditiores quam fortiores exercitus. 22, 16, 4 sociorum. SEN. contr. 1, 6, 5 uxores. 10, 1, 1 inimicum (QVINT. decl. 257 p. 48, 25). 10, 6 *thema* accusator. *al.* SEN. epist. 55, 3 ille praetorius -es. CVRT. 10, 2, 11 gentium (PLIN. nat. 6, 162). MELA 1, 68 populi (LVCAN. 3, 162 STAT. silv. 5, 3, 188. ARNOB. nat. 7, 51 potentioribus populis ditioribusque. HIER. epist. 65, 18, 3). 3, 96 Aethiopes. 3, 103 Pharusii . . . dites nunc inculti. LVCAN. 7, 756 Arimaspus. SIL. 13, 84 Feronia. 16, 170 Massylis regnator . . . ditissimus oris . . . Syphax. STAT. silv. 1, 2, 255 Tibullus. 5, 3, 42 Sabaei (*cf. Vollm. ad l.*). MART. 6, 86, 4 Midae. *al.* IVV. 6, 460 femina. 6, 548 orbi. TAC. hist. 2, 81 Antiochus . . . regum ditissimus. 4, 18 validissimarum -issumarumque nationum. 4, 43 perinde -es et eloquentia clarus *Cluvius.* ann. 2, 48 -is equitis. 3, 55 -es . . . familiae (11, 7 ditium). 4, 1 Apicio -i et prodigo. 4, 66 Varum. 11, 18 dites . . . Gallos. 13, 44 spe ditioris coniugis. 14, 55. SVET. Nero 35, 5 libertos (*cf.* Vesp. 23, 1). Galba 3, 4 Liviam Ocellinam, ditem admodum et pulchram. Vesp. 13 in defensione -is rei. APVL. apol. 76 adulescentulos ditiores. TERT. ieiun. 16 epulone. ARNOB. nat. 1, 16 Christianos ditiores et locupletissimos. FIRM. err. 7, 1 -es rusticus, cui propter divitias Pluton fuit nomen. AMM. 28, 4, 26 matronarum. HIER. epist. 16, 1, 1 pastor. 60, 11, 3 monachi. *passim.* *cf. etiam Onomast. s. v.* Dives.

2 *accedit genet.* (*cf. p. 1587, 39*): VERG. ecl. 2, 20 -es pecoris... lactis abundans (STAT. Theb. 4, 295). Aen. 1, 343 ditissimus agri (10, 562 OV. met. 5, 129. 130. SIL. 1, 393 -es agri, -es pecoris. 5, 260 arvi). 9, 26 -es equum, -es pictai vestis et auri. HOR. carm. 4, 8, 5 -e me scilicet artium. OV. epist. 9, 91 armenti -tes Hiberi. fast. 3, 570 opum (SIL. 12, 28 AVSON. 134, 1 [= CARM. poet. min. V 15, 1] non est -es opum -es [*i. felix*] nec pauper inopsque infelix. HEGES. 4, 10, 1 VEN. FORT. carm. 6, 1, 126 *cf. p. 1590, 69. 1591, 67*). SIL. 3, 151 auri. 6, 649 praedae (STAT. silv. 1, 4, 32). 15, 702 ovium. MART. 2, 63, 3 tanti. APVL. flor. 6 p. 19 odorum -tes Arabas. CENS. 1, 1 virtutis non minus quam pecuniarum -em, id est vere -em (AMM. 22, 6, 1 pecuniarum repetundarum). *nota per imag.*: VAL. MAX. 8, 15, 2 virtutis (*cf. l. 72*). SIL. 3, 397 rex . . . fuit humani ditissimus aevi (*i. exactae aetatis, de Arganthonio*). STAT. Theb. 3, 481 animi. GELL. 4, 1, 1 grammaticae rei. PAVL. NOL. carm. 33, 487 mente pauper, spei -es. epist. 11, 12 iustitiae pauper et peccati -es. 18, 17 gratiarum. 35[a], 2 poenarum. 42, 2 -es in omnes (*cf. p. 1590, 21*) omnis boni. PS. RVFIN. in Am. 3, 12 miserendi -es deus.

3 *accedit ablat.* (*cf. p. 1587, 42*): CIC. S. Rosc. 93 pecunia (SEN. epist. 119, 9 TAC. ann. 3, 46). VERG. Aen. 7, 537 arvis. CVLEX 340 propriae fortunae munere -es. HOR. epod. 15, 19 sis pecore et multa -es tellure. sat. 1, 2, 13 -es agris, -es positis in fenore nummis (= ars 421). OV. epist. 6, 2 auratae vellere -es ovis. 16, 224 congestoque auri pondere. met. 2, 759 ditem sumpto... auro (*potest utroque loco pro abl. abs. accipi, sed cf. supra Horatii locum.* SEN. Tro. 1020 STAT. Theb. 2, 406 IVST. 44, 3, 5). 9, 88 -esque meo Bona Copia cornu. 15, 12 bobus -es. MANIL. 4, 124 -es fecundis Aries in vellera lanis. SEN. Med. 333 parvo (epist. 94, 72. 108, 11). MELA 3, 67 populi . . . opibus. PLIN. nat. 6, 159 ditissimos armento. STAT. Theb. 2, 406 satis ostro -es. 4, 749 amictu. MART. 9, 42, 1 campis -es Apollo. SOL. 33, 16 *Arabes* et silvis et mari -tes. *nota per imaginem*: OV. ars 1, 444 pollicitis -es (*i. largus*) quilibet esse potest. met. 6, 451 *magno* -es Philomela paratu, -ior forma. MANIL. 4, 521 *Taurus* -es . . . puellis (*i. copiosus; sc. Pleiadibus*). SIL. 1, 292 largo . . . -es alumno. 13, 684 viris (*i. magnis militum copiis instructus*). STAT. Theb. 1, 392 avis. MIN. FEL. 36, 4 deo (*cf.* VVLG. Luc. 12, 21 in deum. ITALA cod. f, ff[2], q in deo, *gr.* εἰς θεόν). VIGIL. ad Ioh. 3 p. 553[C] fide ditior quam facultate. PAVL. NOL. epist. 3, 18 spiritu dei. AVG. civ. 7, 12 p. 290 D. virtutibus. MART. CAP. 1, 7 Ψυχήν opimam superis ditemque muneribus. PETR. CHRYS. serm. 22 p. 260[C] poena. CARM. epigr. 134, 6 animo -issimus. 1552, 72 toto pectore -es.

4 *seq. praepos.*: ab: OV. epist. 9, 96 damnis -es ab ipsa suis. in *c. acc.* (*cf. supra l. 4. 13*): PLIN. nat. 6, 111 *Persis* in luxum -es. STAT. silv. 3, 3, 147 -es (*i. largus*) in usus. VVLG. Rom. 10, 12 in omnes (*cf. p. 1589, 78*). ex: GENNAD. vir. ill. 90 (*per imag*) -es ex lectione antiquorum. sub: OROS. apol. 31, 6 -tes sub religione. in *c. abl.* (*cf. supra l. 13*): GREG. M. moral. 7, 50 (*per imag.*) in verbis. *nescio an huc pertineat*: VEN. FORT. carm. 2, 4, 6 res (*i. protoplasma hominis primi*) nobilis usu, -es in arbitrio radianti lumine.

B *de rebus quasi personatis*: 1 *corporeis*: a *de aedificiis vel omnino de rebus manu factis i. q. sumptuosus, pretiosus necnon copiosus, amplus, plenus sim. saepe metonymico sensu*: NAEV. carm. frg. 50 magnam domum decoremque ditem (HOR. epod. 2, 65. LIV. 23, 8, 6 domo diti ac luxuriosa. 42, 34, 3 SEN. Thy. 649 dial. 3, 16, 4 AMM. 14, 1, 6. 30, 4, 8 *al.*). CVLEX 95 non -e cultu (OV. epist. 15, 189 cultu -e digna. met. 5, 49 *formam* -e cultu augebat. ANTH. 443, 5 atria... -es tegit omnia cultus [*i. ornamenta*]). HOR. sat. 2, 4. 87 mensis (*i. plenis dapum, lautis*). OV. epist. 16, 65 munera tanta quidem promittit epistula -es (*quippe quod multa promittat; cf. p. 1592, 7*). met 13, 431 regia (*cf. l. 50*). fast. 2, 535 munere (HIER. epist. 21, 35, 3). 5, 263 si bene floruerint segetes, erit area -es (*i. plena frumento*). Pont. 3, 4, 110 texta. PHAEDR. 4, 12, 2 arca (*i. plena nummis.* MART. 4, 67, 7). app. 14, 6 villa ditis, splendida. LVCAN. 9, 515 templa (CARM. epigr. 1513, 3 pro marmore -ique templo [ἀπὸ κοινοῦ?]. HIER. epist. 52, 10, 1. *adde metonymice*: STAT. silv. 3, 1, 136 -es Tirynthius [*i. templum Herculis*]). STAT. Theb. 5, 187 ditibus . . . epulis. *cf.* silv. 3, 1, 86 epulae ditesque tori (ἀπὸ κοινοῦ, *ut videtur*). Theb. 10, 344 dona (HIER. epist. 22, 21, 7 PROSP. carm. de ingrat. 35 *al.*). MART. 1, 76, 12 forum. 5, 44, 10 popina -es (*i. apparatissima*). PS. QVINT. decl. 13, 8 quae *volucres* per rusticas villas quaeque -bus cellis saginantur. ANTH. 471, 13 cenis. IVST. 31, 6, 5 castra. RVT. NAM. 143 vectigalia. *accedit ablat.*: CIRIS 433 deliciis... regia -es, ⟨-es⟩ curalio. OV. ars 1, 70 marmore -es opus (*de Octaviae porticu*). met. 2, 77 delubraque ditia donis (LIV. 45, 28, 3 templum donis). CVRT. 3, 11, 20 castra omni . . . opulentia ditia. ITIN. Alex. 7 classi . . . belli usibus -e.

b *de arvis, terra, silva sim. i. q. fecundus, frugum capax, ferax sim.*: VERG. Aen. 7. 262 agri (OV. ars 2, 263 VAL. FL. 2, 635 STAT. Theb. 3, 322). HOR. epod. 16, 42 arva -tes et insulas (ἀπὸ κοινοῦ). TIB. 2, 2, 4 e terra -e (MANIL. 4, 671 -esque per omnia tellus auratique fluunt amnes. SOL. 33, 2. AVIEN. orb. terr. 1122 tellus effudit -es odores. PSALT. Rom. 21, 20 [VVLG. pingues]). OV. met. 1, 137 humus (MART. 12, 62, 4). SEN. Med. 65 cornu retinet -e copiam (*per imaginem de ruris ubertate. cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 17, 11 benigno . . . cornu: videlicet copioso et -e *eqs.*). Phaedr. 67 silva (PETRON. 133, 3 LACT. Phoen. 79). Phoen. 608 solum (MELA 2, 1 regio ditis admodum soli. VAL. FL. 2, 296). CVRT. 3, 10, 10 campis agrisque. LVCAN. 3, 271 rura . . . ditissima. SIL. 3, 673 dites sine vomere glebas. 4, 544 -is uber campi. PANEG. 11 (3), 10, 1 segetes. AVIEN. orb. terr. 532 caespite. 1137 glebae. CLAVD. 8, 597 -is algae germina. *accedit genet.*: VERG. georg. 2, 136 silvae ditissima terra (AVIEN. orb. terr. 1326). Aen. 2, 22 insula -es opum (*cf. p. 1589, 67*). HOR. sat. 1, 5, 91 aquae non ditior urna. 2, 2, 31 *loco* multarum -e rerum. SIL. 14, 229 mons . . . ditior umbrae. HEGES. 3, 6, 4 regio -es pecoris. SOL. 4, 3 solum . . . argenti. AVIEN. orb. terr. 948 arva . . . ferri ditia. CLAVD. 15, 509 -es ager frugum. PRISC. perieg. 934 palmarum -e silva. *accedit ablat.*: AETNA 442 -es satis ubere terra (OV. met. 10, 307 -es amomo... tellus. STAT. Theb. 5, 54 [*per imag.*] florebat -es alumnis terra. AVIEN. orb. terr. 1193 humo tellus. AMM. 14, 8, 1 bonis omnibus). CVRT. 8, 5, 3 -es regio . . . auro. PLIN. nat. 6, 161 agros . . . ditissimos silvarum fertilitate odorifera (AMM. 21, 1, 14 agros omni frugum genere -tes). SIL. 7, 210 -es Tmolus. STAT. Theb. 5, 305 insula -es agris opibusque armisque virisque (AVIEN. ora 97 *insulae* metallo -tes). silv. 3, 1, 79 multo culmine -es mons. ITIN. Alex. 45 petram virentem, soli ubere et mollitudine -em. 50 petra cultoribus -es haud minus locupletibus quam securis.

c *de aquis*: α *de fluminibus quae terras per quas fluunt fructi-*

[*Gudeman*]

ficant: Ov. am. 3,6,39 ille fluens -es septena per ostia Nilus (Germ. 236 donum hoc spectabile Nili -bus generatum undis. Ivv. 13,27 -is ostia Nili). Sen. Herc. O. 628 nec si totus serviat Hebrus ruraque -es iungat Hydaspes (*per hypallagen, ut videtur, pro* rura -ia). *fortasse huc pertinet*: Plin. nat. 3, 49 Padum amnem Italiae ditissimum. Sil. 9,195 quidquid diti devexit Hibero *Roma*. *β i. q. profundus, aquis copiosus*: Ov. fast. 5,731 -es aquis...Amphitrite (*i. Oceanus*). Stat. Theb. 7,730 Aonidum -es largitor aquarum (*de Asopo flumine personato*). Avson. 4,5 *Danubius* -es aquis. *γ de amnibus auriferis*: Sen. Oed. 407 -e Pactolos vexit te Lydius unda (Clavd. 1,54 -es Pactolus. Carm. poet. min. V 118,35 ditia Pactoli munera). Val. Fl. 4,463 rex ego -is Hebri. Mart. 10,16,4 aurea quidquid habet -is unda Tagi. *δ i. q. abundans aliqua re*: Plin. nat. 3,21 Hiberus amnis navigabili commercio -es. Val. Fl. 5,122 spoliis ditissimus amnis. Carm. poet. min. V 87,6 mare purpureo murice dite rubet. *nota metonymice de naumachia i. q. omni ludorum genere abundans*: Mart. epigr. 28,10 quidquid et in circo spectatur et amphitheatro, -es Caesarea praestitit unda tibi. *ε i. q. abundanter profluens*: Mart. 11, 96,2 (*de dividiculo*) quid...pucrum prohibes -is imbre lacus? Amm. 18,9,2 sub arce fons -es exundat.

d *de pecunia: i. q. pretiosus vel quod divitem facit*: Tib. 1,9,31 -is auri pondere (1,10,7 -is hoc vitium est auri. Lygd. 3,11 pondus . . . -is auri. Lavs Pis. 219 -is auri imperiosa fames). Cvrt. 5, 1,10 Arbela . . . regiā supellectile ditique gaza repleta. Avien. orb. terr. 377 -e metallo. Drac. laud. dei 3,44 pauper sub -e nummo.

e *varia, praecipue i. q. aureus, pretiosus* (*cf. etiam l. 21sqq.*): Verg. Aen. 6,195 -es opacat ramus humum. Prop. 3,5,4 nec bibit e gemma -e nostra sitis. Manil. 5,16 Hesperidumque vigil custos et -is auri (Sen. Herc. f. 532 pomis -bus praepositus draco). Lvcan. 9,659 partu Danaes et -e nimbo ortum. Plin. nat. 7,108 librorum Homeri custodiae detur *scrinium*, ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime -i opere servaretur. Val. Fl. 5,203 -es ubi pellis micet arbore sacra (Drac. Romul. 10,32). Mart. 8,78,7 linea -es (*i. de qua dona pretiosa pendent*). 11,8,10 -bus lapsa corona comis. Apvl. met. 7,9 centunculo (*v. adn. crit.*). Anth. 470,5 iugulo stat -e (*i. quod auro ornatum est*) ferrum. Avson. 396,18 *ostrea* ditissima. *nota*: Sidon. carm. 5,463 non cultu pugnas, sed more priorum dite magis (*fere i. q. potentiore*) ferro, merito cui subiacet aurum -is ignavi.

2 ***incorporeis**, praecipue de civitatibus, urbibus, terris i. q. felix, beatus, fortunatus; hic illic praevalet notio opulentiae vel fecunditatis necnon metonymice usitatur* (*res pro persona*): a Verg. georg. 2,224 Capua. Aen. 7,684 Anagnia. Hor. sat. 1,7,19 Asiam. carm. 1,7,9 aptum . . . equis Argos -esque Mycenas (*cf.* Val. Fl. 4,360 ditibus Argis. Priap. 75,2 Samos et Mycena ditis. *cf. p. 1587,51*. Avson. 398,18. 419,59). 4,8,27 Aeacum . . . lingua potentium vatum -bus consecrat insulis (*i. fortunatorum*, μακάρων). Lygd. 2,23 -es Panchaia . . . -es et Assyria. Ov. epist. 15,34 oppida. met. 8,268 Achaia. fast. 2,175 Ionia. Liv. 9,31,4 caput hoc erat Samnitium longe ditissimum. 36,17,14 Asiam deinde Syriamque et omnia usque ad ortum solis ditissima regna (Val. Max. 2 praef. -es et praepotens naturae regnum. 4,4,9 pauperque in -e quam -es in paupere imperio versari. Sen. Phaedr. 325 vidit Persis ditique ferax Lydia regno). Manil. 4,761 Bithynia. 4,793 Gallia. Val. Max. 4,3,12 in civitate iam -e et lautitia gaudente natus *Cato* (Vopisc. quatt. tyr. 8,5 civitas opulenta, -es, fecunda. Amm. 23,6,31 abundat civitatibus -bus Media). 4,8,4 ditissimam atque amoenissimam partem terrarum orbis. Cvrt. 9,2,27 -es eadem et imbellis est regio. Mela 1,30 Mauretania. 1,61 Arabia (Plin. nat. 5,65). 2,61 Aquileiam. 3,105 *Mauretania* isdem opibus, sed minus -es, ceterum solo etiam ditior et . . . fertilis. Plin. nat. 6,68 amplissima urbe ditissimaque. Sil. 3,345 Callaecia. 4,220 Ausoniae. Stat. silv. 3,1,128 Capreae. Ach. 1,419 Arcadiae. Mart. 9,61,2 Corduba. Avg. civ. 5,18 p. 227 D. rem publicam . . . opulentissimam atque ditissimam. Cassiod. var. 9,3,1 Italia. or. frg. p. 481,5 India. *nota*: Prvd. psych. 521 nobis ditissima Tartara debent quos retinent populos (*loquitur Avaritia, fortasse ad* Ditis *nomen spectat, i. q. abundans mortuis*). b *accedit genet.*: Verg. Aen. 1,14 Karthago . . . -es opum (Sil. 8,524 *Campania* -es opum . . . -es avorum. Heges. 4,23,1). Manil. 4,754 silvarum ditia regna. Sil. 8,461 Sarsina -es lactis (Avien. ora 559 civitas ditis laris). c *accedit ablat.*: Verg. Aen. 4,38 Africa terra triumphis -es. 10,201 Mantua -es avis (*cf. p. 1590,12*). Ov. epist. 15,354 *Asia* viris -es, -es abundat equis. Liv. 1 pr. 11 nulla umquam res publica . . . nec sanctior nec bonis exemplis ditior fuit. Mela 3,51 *Britanniae populi* pecore ac finibus dites. 3,105 isdem opibus, sed minus -es, ceterum solo etiam ditior (*de parte Mauretaniae*). Lvcan. 3,216 arbusto palmarum -es Idume. Plin. nat. 5,74 Pellam aquis -em. Val. Fl. 4,407 ditem . . . aethere Memphim. Avien. orb. terr. 319 Cyrene Apolline -es alumno. Amm. 23,6,41 frugibus -es *Persis*.

II ***translate** et per **imaginem** de **rebus incorporeis**, plerumque personatis, i. q. copiosus, amplus, affluens, plenus, abundans sim.*: a Cic. de orat. 3,185 ille licentior et -ior fluxit dithyrambus. Lael. 58 -ior mihi et affluentior videtur esse vera amicitia. parad. 43 animus (44). fin. 5,96 mihi -es *philosophia* videbatur, ut ab ea petere possem, quidquid . . . concupissem. Lvcr. 1,413 largos haustus . . . lingua meo suavis diti de pectore fundet. Hor. epist. 1,15,19 spe -e (*i. quae multa promittit*). 2,2,121 Latiumque beabit -e lingua (*i. eloquenti*. Germ. frg. 6,1 cur -e lingua Graecia praecurram [*an praecurrat?*]. Macr. sat. 5,3,2 Ennod. epist. 1,1,2. 1,6,1 opusc. 2,85 p. 314,1. 3,1 p. 331,7). ars 409 nec studium sine -e vena nec rude quid prosit video ingenium. Prop. 3,2,19 Mausolei -es fortuna sepulcri (*metonymice*). Ov. epist. 16,65 epistula (*sed potest ad I B 1 a referri, cf. p. 1590, 36*). fast. 3,189 vicinia. met. 13,654 usus. Pont. 3,1,102 flendi copia (Manil. 3,123 in sexta -es numeratur copia sede. Hil. in Matth. 9,2 convivium -e copia praeparatur). trist. 2,335 -is ingenii est. Liv. 21,43,9 opulenta . . . ac ditia stipendia facere. 37,54,10 non gloriosa magis quam -es (*i. quae -tes facit*) victoria vestra. Manil. 5,278 census. Phaedr. 2,1,12 aviditas -es et pauper pudor. Sen. apocol. 2 autumni (Stat. silv. 5,1,49). Colvm. 10,176 natura. Plin. nat. 2,207 metallorum opulentia . . . tam -es, tam fecunda. 33,40 -es (*i. ornatissima*) puerorum forma. Stat. silv. 1,6,66 sparsio. 5,3,118 te -e (*i. splendido*) ritu ponere purpureos . . . amictus. Firm. err. 4,3 misericordia dei. Hil. in Matth. 12,12 sermo dei. Avien. orb. terr. 1323 cura. Amm. 22,15,9 aestuans inundatione ditissima *Nilus*. Rvt. Nam. 122 damna. Prosp. carm. de ingrat. 656 sapientia (Carm. epigr. 97,3). epigr. in obtrect. Aug. 1,3 facundia. Ps. Prosp. carm. de prov. 118 verbo (Sidon. epist. 4,3,8). Orient. carm. app. 3,25 virtutum operātio -es. Petr. Chrys. serm. 1 p. 186^A paupertas (Cassiod. in psalm. 39,22 o paupertatem thesauris omnibus ditiorem!). 160 p. 621^A obsequio. Salv. eccl. 3,72 largitati. Sidon. carm. 7,71 triumphi. Clavd. Mam. anim. 3,15 p. 184,11 causae. Cassiod. in psalm. 36,19 hereditas. Arator act. 1,566 gloria. Ps. Primas. in Rom. p. 440^B Christi redemptio. Carm. epigr. 1319,5 fame. 1365,5 famulam . . . thesaurum ditem felici fine secutam (*de vita beata Christiana*). *nota neutr. plur.*: Hier. tract. in psalm. 128 p. 241,10 ditissima pauperculum tenent. b *accedit genet.*: Verg. georg. 2,468 vita -es opum variarum (Hor. sat. 1,2,74 -es opis natura suae). Ambr. parad. 3,15 -es utilitatum prudentia. c *accedit ablat.*: Manil. 2,862 *natura mundi* vario nunc -es honore. Sil. 9,407 parvis -es concordia rebus. Serm. Caspari Anecd. p. 316,4 collectio angusta sermonibus, sed -es sensibus.

adv. **dītius, -issimē** (*positivus non legitur*) *i. q. opulentius* (*-issime*): Stat. silv. 1,5,31 non umquam aliis habitastis in antris -ius. Apvl. Socr. 22 p. 170 domos -issime exornant. Iord. Get. 3,21 hi cum inopes vivunt, -issime vestiuntur. *Gudeman.*

(**dīvēscor** *var. lect.* Stat. Theb. 1,604 *pro* dev-, *q. v.*)

dīvexo, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* vexare. *Th.*]. *inf.* -arier *l. 44.* 1 *i. q. huc illuc rapere*: Pacvv. trag. 201 reliquias . . . denudatis ossibus per terram sanie delibutas foede -arier. 2 *i. q. omnibus modis vexare*: *res*: Plavt. Persa 781 ita...meam rem -vit. Cic. Phil. 11,4 omnia -are ac diripere. 13,21 agros -at civium optimorum. epist. 10,3,3 per tot annos re p. -ata (ς, de- *codd.*). *homines, hominum corpora, animas*: Svet. Cal. 3,3 Pisoni . . . clientelas di[u]vexanti. Nero 34,1 in -anda *matre*. Arnob. nat. 2,77 flammis, exiliis, cruciatibus, beluis, quibus corpora lancinatis et -atis (diu vexetis *P*) nostra. Lact. inst. 5,21,4 spiritus . . . perditi . . . corpora hominum occupant animasque -ant (diu vex- *B*[1]). 7,15,8 ut . . . boni . . . -entur (diu vex- *HS*) undique ab iniustis. Chalc. transl. p. 43^E aestus . . . diversis motibus . . . famulautes usque adeo ut . . . omni iactationis genere -rent adversis sibi invicem motibus animam (*syn.* diverse distrahentes).

dīvexus, -a, -um [*ad exemplum vocabuli* convexus *fictum esse videtur. Th.*]. [*ad* dev-: Priscill. tract. 11,145 *v. p. 858, 22.*] *i. q. divaricatus, decussatus, in formam crucis figuratus*: Avg. conf. 10,34,52 *Iacob* nepotibus suis -as mystice manus . . . imposuit (*cf. gen. 48, 14 et* decusso *p. 249, 21*). *D.*

dīvidia, -ae *f.* [*a* dividere *ductum esse videtur. Th.*]. Varro ling. 7,59. 60 -a ab dividendo dicta, quod divisio, distractio est doloris. Pavl. Fest. p. 70 -am discordiam. Non. p. 96,22 -a est taedium (*inde, ut videtur*, Gloss. V 640,21 [*gloss. Non.*] devidia odiosa). p. 101,19 divid⟨i⟩ae ut dissensiones (*inde* Gloss. V 640,58 divide dissensionis). Fvlg. serm. ant. 34 -as dixerunt tristitias. Gloss. διχόνοια. -ae erant: discordiae vel molestiae erant. *dub.*: Gloss. II 53,33 dividua ἐπαχθῆ (-a ἐπάχθεια *Herald.*). *locutio* res -ae est *legitur apud* Plavt.; *alios casus finxerunt imitatores sermonis antiqui et grammatici.*

dat. sing.: *res* (*nusquam homo*) *mihi* -ae est (*in codd. saepe scriptum legitur* -a est): Plavt. Stich. 19 haec res vitae me . . . saturant, haec mihi -ae et senio sunt. Cas. 180 quod tibi est aegre, idem mi est -ae. Merc. 619 non tibi istuc magis -aest, quam mihi hodie fuit. Bacch. 770 nimio (nimium *Leo*) illaec res est ma⟨g⟩n⟨a⟩e -ae mihi supterfugisse . . . Chrysalum (*cf. Langen, Beitr. p. 334*). 1033 cave tibi ducenti nummi -ae (divitiae *codd.*) fuant. Tvrpil. com. 58 sperabam consilia nostra -ae tibi . . . non fore. Apvl. apol. 28 matrimonium nostrum Aemiliano huic immane quanto angori quantaeque -ae fuit. *subi. est acc. c. inf., ut videtur*: Plavt. Truc. 856 mihi -aest [in] tonstricem meam † sicut multam † (sic convictam *Leo*) male. *nom. sing.*: Acc. trag. 152 huius me -a cogit plus quam est par loqui. *plur.*: *dub.*: Acc. trag. 587 (Non. p. 101,19) ne

[Bauer]

horum divid⟨i⟩ae et discordiae dissipent et disturbent tantas et tam opimas civium divitias (NON. *testatur* dividae, *v. p. 1592, 66. cf. l. 4*). FVLG. serm. ant. 34 -as mentis. 37 -ae mihi fuerunt ... afuisse te. CARM. de fig. 111 (παρονομασίας *exemplum*) -ae non divitiae.
deriv.: dividiose.

dīvidiculum, -ī *n.* [*a* dividere. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 70 -a antiqui dicebant, quae nunc sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit.

dīvidiōsē moleste GLOSS. *a* dividia.

?**dīvidius**, -a, -um. *ad* dividuus *pertinere videntur, quaecumque extant exempla*: NOT. Tir. 77,7 -um. 77, 8 in -um. GRAMM. suppl. p. XXVI -a nomina (*cf. p. 1612, 38*).

***dīvido**, dīvīsī, dīvīsum, -ere [*cf. esse videtur c.* dis- *et c.* vidua (*q. v.*), *ind.* vindhatē *'caret', fortasse c. ind.* vidhyati *'traicit, transfodit, vulnerat'*, vyādhāḥ *'venator' et c. umbr.* vetu, *si recte vertitur 'dividito'. Th.*]. *de formis*: HOR. sat. 2,3,169 divisse. *flexionem verbi q. e.* video *secutae esse videntur hae formae* (*cf. infra l. 41*): -et (*praes.*): IORD. Get. 167 CHRON. Alex. chron. I p. 95, 29. 103,126 (*saepe scriptum in codd.*). -iatur: CORP. XIV 367. dīvīdit (*perf. esse videtur*): CARM. epigr. 950, 9. *cf.* GLOSS. V 356, 48 distraxit vendidit -dit. II 53, 45 -dimus διείλαμεν (*cf. p. 1594, 30*). GREG. TVR. Franc. 10, 15. LEX Visig. 10, 1, 10 -derit. CASSIOD. var. 1, 7, 3 -disse (*pars codd.*). *adde* GLOSS. V 246,39 -ditus (-itur? *cf. Archiv 15 [1908] 123*). *de scriptura*: deividunda LEX de Gall. cisalp. (Corp. I² 600) 2, 55 (dívidundos CORP. XIV 2264). divísit CORP. V 7904. divissit CORP. X 5974 (*cf.* PAVL. NOL. carm. 27,63 d⟨i⟩vissit *R.* 27, 521 divissit *R*). divisserunt(?) ASCON. Scaur. p. 28, 28 St. *de notione*: GLOSS. -o διαδίδωμι ὅ ἐστιν διανέμω. διαιρῶ. -it διαμερίζει. segregat, intercidit, scindit. -ere discernere, separare. V 640,39 -i discedere. -sus κεχωρισμένος. deseptus, separatus. -sum ἀπομερισθέν. διηθούμενον(?). -sa disposita. HIER. in Hab. 3, 14 p. 659. 660 -isti (διέκοψας, VVLG. v. 13 percussisti) ... quod non dixerit 'praecidisti' vel 'succidisti'...sed '-isti': quod enim -itur, non tam amputatur et perditur, quam separatur in partes (*cf. p. 1594, 60*). in Is. 7, 19 p. 253ᴬ Pharao qui...-sus et in partes varias separatus exprimitur. quaest. hebr. in gen. p. 53, 1 ubi nos habemus '-sit', Aquila posuit ἡμίσευσεν id est 'dimidiavit'. *falso* SACERD. gramm. VI 459, 31 *divisio* est unius rei separatio . . . *partitio* fit hoc modo, cum multae res separantur. *de usu: usurpatur per totam latinitatem; deest apud* TIB. *et* IVV. [*loci corrupti mutili dubii*: PLAVT. Mil. 466 *v. p. 1608, 77.* VARRO ling. 5, 40 frg. Non. p. 215. *confunditur cum formis verborum*: video: LIV. 25, 38, 21 QVINT. inst. 7, 1, 26. 8, 6, 33 (*cf.* 1, 10, 49) *et al.* dimitto: *cf. p. 1596, 79 sqq.* OV. met. 3, 381 LIV. 27, 36, 12. 33,15,1 SEN. Tro. 197. PS. QVINT. decl. 3, 11 -sit illi solum Appium (?dimisit illaesum *vel* ille salvum). *al.* divendo: *v. p. 1599, 55. 61.* defendo: LEX VRSON. (Corp. I² 594) 103, 4 fin(ium) -endorum causa (*legendum* defendendorum). *part. perf. saepe in codd. confunditur cum* diversus: CIC. Arat. 268 MANIL. 4, 676 SEN. nat. 6, 21, 2 LVCAN. 3, 235 CLAVD. 10,135 *et passim.* ITALA gen. 4, 7 (Tert. adv. Iud. 5 Clem. ad Cor. 4 p. 5, 13 *al. cf.* PRVD. ham. praef. 12 *et gloss. ad l.*) nonne (*al.* nempe *vel* nam *vel deest*) si recte (recte quidem TERT.) offeras (diligas PAVL. NOL. epist. 24, 1) et non recte (*al.* recte autem non *vel sim.*) -as, peccasti? (ἐὰν . . . ὀρθῶς . . . μὴ διέλῃς. *plane diversa in hebr. et in* VVLG. *leguntur. locus intellegi nequit; interpretari student varie* ECCL.). VVLG. psalm. 16, 14 domine, a paucis de terra -e eos in vita eorum (*verba hebr. corrupta*; LXX *et* PSALT. Rom. *similiter vertunt*; *aliter* HIER. psalt. sec. hebr.). psalm. 54, 22 -si sunt ab (AVG. prae) ira vultus eius (*similiter* LXX *et* PSALT. Rom.; *aliter* HIER. psalt. sec. hebr. *cf.* GREG. M. epist. 8, 2). psalm. 67, 13 speciei domus -ere spolia (*similiter* LXX *et* PSALT. Rom.; pulchritudo domus -et spolia HIER. psalt. sec. hebr.). Os. 13,15 ipse inter fratres -et (*verba sensu carentia; hebr.* יַפְרִיא *i. fructus proferet sc. Ephraim. cf.* LXX *et* HIER. epist. 60, 2, 2. 75, 2). Sirach 27, 28 plaga dolosa dolosi -et (διελεῖ) vulnera.]

CONSPECTVS MATERIAE

I *de divisione corporalium*:
A *de actione*:
1 *rei solidae partes facere*: *p. 1594, 13*
2 *plures res cohaerentes disiungere*: *p. 1595, 42*
3 *solidae rei partes vel plures res diversis locis disponere*: *p. 1596, 30*
4 *solidae rei partes vel plures res inter diversos homines distribuere*: *p. 1597, 49.*
B *de statu*: *active fere i. q. inter partes rei vel inter plures res medium interesse*; *pass. et refl. i. q. partes distantes habere, distare, constare ex partibus*:
1 *obi. res*: *p. 1599, 70* 2 *obi. homines*: *p. 1601, 51.*
C *de divisione, quae non actione fit, sed mente, cogitatione, ratiocinatione*:
1 *res inanimatas*: *p. 1601, 81* 2 *homines*: *p. 1602, 55.*
II *de divisione rerum incorporalium*:
A *de divisione, quae fit actione separandi*:
1 *tempus*: *p. 1602, 72* 2 *animum, mentem*: *p. 1603, 35*
3 *alias res incorporales* (*actionem al.*): *p. 1604, 27.*
B *de divisione, quae non actione fit, sed mente, cogitatione*:
1 *arte mathematica, computatione*: *p. 1606, 11*
2 *ratiocinatione, arte logica* -ere *notiones*: *p. 1606, 42*; *rerum species, res* -ere *i. in dissimilitudinem diducere*: *p. 1608, 69.*
3 *in narrando, scribendo, recitando*: *p. 1609, 1*
4 *in re grammatica et rhetorica*: *p. 1609, 77.*

i. q. partes rei vel plures res discernere, dispertire, disponere.

I *de divisione corporalium*:
A *de actione*: 1 *rei solidae partes facere*: a *subi. homo, animal*: α *generatim*: CIC. Tim. 25 interiorem coniunctionem cum *deus* in sex partes [caeli] -isset (σχίσας ἑξαχῇ *perperam vertit*). PLIN. nat. 13, 74 *ex papyro* -so acu in praetenues ... philyras. 33, 61 nec aliud *metallum*...numerosins -itur *quam aurum*. COLVM. arb. 7, 1 vitis -sa (*syn.* finditur in duas vel tres partes). PALLAD. 3, 29, 1 (*syn.* findere). 4, 10, 23 -sis cannae internodiis. VVLG. exod. 14, 16 extende manum tuam super mare et -e illud. *quae ex particulis composita putantur*: CIC. ac. 1, 27 materiam . . . quae . . . etiam interire *possit*, . . . non in nihilum, sed in suas partes, quae infinite secari ac -i possint *eqs.* Tusc. 1, 71 *animus* nec secerni nec -i nec discerpi nec distrahi potest, ne interire ⟨quidem⟩ igitur (*cf.* Cato 78. TERT. anim. 14 [*v. infra p. 1606, 78 sqq.*]. FIRM. err. 7, 8 indivisam mentem et -sam, id est τὸν ἀμέριστον καὶ τὸν μεμερισμένον νοῦν. *cf. p. 1595, 25*). nat. deor. 3, 31 terrenum omne -itur (*i. -i potest, ut intereat*). VITR. 2, 2, 1 *atoma* nec laeduntur nec interitionem recipiunt nec sectionibus -untur. β *speciatim*: *i. q. varias res vi dirumpere, diffringere sim.*: VERG. Aen. 2, 234 -imus muros (SERV. patefacta porta vel diruta. *cf.* STAT. silv. 1, 1, 11 discissis . . . muris. *fort. huc referend.*: GLOSS. II 53, 45 -imus διείλαμεν *et* GLOSS. cod. Monac. 14388 p. 49 *Thilo* -imus aperimus). HOR. carm. 1, 34, 6 Diespiter igni corusco nubila -ens (*cf.* SEN. Oed. 410). OV. fast. 6, 740 -it obstantes pectore taurus aquas (SIL. 4, 298 -sa...caerula pulsu *remorum*). SEN. benef. 5, 5, 1 si . . . lapis . . . -endus est (*sc. ferro*). 5, 24, 3 *galea* machaerā. nat. 2, 28, 2 *vesica* ferro. PLIN. nat. 36, 14 glaeba lapidis . . . cuneis -entium soluta. -ere *aedificia parietibus, intervallis sim.*: VITR. 1, 5, 4 -endus est murus intervallis. SEN. nat. 1, 3, 6 piscinam...insertis parietibus -e. COLVM. 8, 3, 3 sublimitas -atur tabulatis. VLP. dig. 7, 1, 13, 8 per cenacula -ere domum. 8, 4, 6, 1 si dominus pariete medio aedificato unam domum in duas -serit. *res clausas* (*i. q. solvere, aperire*): STAT. Theb. 11, 626 infesta...vincula tandem -ite. VVLG. Mich. 2, 13 portam. PRVD. perist. 14, 81 ianuas caeli obseratas. *alimenta sim.* (*i. q. dissecare*): COLVM. 2, 10, 35 cicera . . . fresa . . . cum suspensa mola -sa est. 12, 14, 1 mala et pira . . . in duas vel tres partes harundine vel . . . cultello -sa. CVRT. 8, 4, 27 *panem* -sum gladio. PLIN. nat. 11, 109 *formicae* maiora *semina*...-unt. MART. 5, 78, 5 -sis cybium latebit ovis. *pharmaca*: SCRIB. LARG. 59 farinae hordeaciae sextarium . . . in globulos -ere sex. 116. 122. 207. 213 PLIN. nat. 13, 126. 22, 91. *hominis vel animalis corpus, membrum* (*i. q. dissecare*): *totum corpus*: CIC. nat. deor. 3, 29 si omne animal secari ac -i potest. HOR. sat. 1, 1, 100 hunc liberta securi -sit medium. LIV. 40, 6, 2 inter . . . -sam hostiam copiae traducuntur. CELS. 5, 27, 3ᴰ vivum...gallinaceum pullum per medium -ere. SEN. Med. 132 comes -sus ense. Thy. 147 *natus* -sus . . . tua est . . . dextera. 760 -sum secat in membra corpus. dial. 9, 11, 11 *Seianum* populus in frusta -sit. PLIN. nat. 10, 140 postea culinarum artes, ut . . . *gallinae* -antur in tergora. VVLG. Matth. 24, 51 -et eum (διχοτομήσει). *apud Christianos idem ac 'perdere'*: VVLG. sap. 5, 24 tanquam turbo venti -et illos (ἐκλικμήσει). IV reg. 8, 12 iuvenes . . . interficies et parvulos...elides et praegnantes -es. I par. 13, 11 quod -isset dominus Ozam. *nota lusum verborum*: PLAVT. Aul. 283 (*antea*: ut dispertirem obsonium hic bifariam) me quidem hercle...non -es; si quo tu totum me ire vis, operam dabo. 286 post si quis vellet, te haud non velles -i (*sensu obscaeno*; *cf.* dirumpo *p. 1265, 16 et* scindo [*non huc pertinent, quae huc revocavit F. Norden, Apuleius von Madaura und das röm. Privatr. p. 155*: APVL. met. 9, 27 *v. p. 1599, 8.* CIC. epist. 9, 22, 4 *v. p. 1627, 26*]). *partes corporis*: VERG. Aen. 9, 748 mediam ferro...frontem -it impubesque immani vulnere malas. OV. carm. frg. 10 viscere -so. SEN. Ag. 45 -sum . . . ictu bipennis . . . caput (GREG. TVR. Franc. 9, 19 p. 373, 22). benef. 2, 18, 8 tuber quidam tyranni gladio -sit, qui ad occidendum eum venerat. nat. 4, 2, 14. epist. 70, 16 vasto vulnere -ere praecordia. PLIN. nat. 28, 70 -so⟨s⟩ membratim in scelera abortus. 28, 201 lienem vituli . . . -sum . . . per longitudinem. FIRM. err. 6, 3 cor -sum. *in arte medica*: CELS. 5, 28, 9 ubi -sum est *phyma*. 5, 28, 13ᴬ ulcus. 7, 7, 2. 7, 15, 1 *opp.* coire. SORAN. p. 96, 22 *collectiones* simpliciter -antur. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 25 *Hippocrates* -it...venas (ὑποτάμνων). 3, 4, 32 uvam praecidit vel aliquando -it. *rem familiarem, pecuniam*: SEN. contr. exc. 6, 3 maior frater -at patrimonium, minor eligat (AVG. civ. 16, 20 p. 156, 26 D.). GAIVS inst. 3, 16 in tot portiones hereditas -etur (PAVL. sent. 3, 4ᵇ, 6). *pecuniam* -ere *i. dissipare, perdere*: COM. inc. Non. p. 287, 8 -ant differant dissipent distrahant

[Bauer]

(*sc. rem meam vel sim.*). QVINT. decl. 260 p. 64, 18 *pecuniam* per tot beneficia -sit. p. 64, 20 hos eosdem sumptus.

nota: i. q. partes rei vario colore, ornatu distinguere (*cf. l. 22. p. 1599, 78*): PLIN. nat. 8, 196 scutulis -ere *togas*. 36, 51 luxuriā . . . -ere marmor.

b *subi. res*: *α generatim*: CIC. nat. deor. 2, 134 *dentium* adversi acuti morsu -unt escas, intimi autem conficiunt. LVCR. 5, 684 sol . . . currens . . . in partes non aequas -it orbem (*syn.* partit. SEN. apocol. 2, 4 iam medium curru Phoebus -erat orbem). LVCAN. 3, 591 cruor . . . -sit . . . animam. SIL. 14, 413 *ratis* media subsedit in unda -sitque fretum (*i. mersa est*). *β speciatim: i. q vi dirumpere*: CIC. Tusc. 1, 42 necesse est . . . *a generibus igneo et animali* perrumpatur et -atur . . . aer. 1, 43 caelum (*coni.* penetro). div. 2, 44 cum . . . *venti nubis* partem coeperint -ere atque disrumpere. SEN. Herc. O. 114 cum *venti* mare -unt. SYMPH. 260 (*loquitur lagoena*:) dum misere cecidi (*vel* cecidi subito), mater mea (*i. terra*) me -sit (*vel* laniavit). *partes corporis*: PAVL. FEST. p. 50 *clunaclum* clunes hostiarum -it. SEN. dial. 11, 3, 1 (*in metaphora*) *vulnus* non summam cutem rupit, pectus et viscera ipsa -sit. ORIBAS. syn. 8, 11 inflammatus cereber . . . in cerebro iuncturas vel suturas -it (distendat *altera recens.*; ὥστε . . . τὰς . . . ῥαφὰς διίστασθαι).

nota: i. q. rei partes distinguere (*sc. vario colore cf. supra l. 3*): LVCAN. 2, 220 *Tiberis* sanguine caeruleum torrenti -it aequor.

c *pass. et refl.: i. q. in partes dissilire, dirumpi, diffluere sim.*: *α generatim*: LVCR. 3, 667 -sast ea, quae fuit una (*anima*), simul cum corpore (3, 669 disciditur). AETNA 102 -so corpore mundi in maria ac terras et sidera. CELS. 7, 18, 4 *tumor* sic -itur, ut *eqs.* SEN. nat. 6, 1, 3 -sas *esse* statuas (6, 30, 1). 6, 4, 1 cur . . . *terra* in partes -sa discedat. 7, 16, 3 in quas stellas *cometes* -sus sit (*syn.* discessisse, dirimi). PETRON. frg. 51 -sas complorat navita puppis (*cf.* dissolvo *p. 1496, 23 sqq.*). PLIN. nat. 13, 38 palmae in binos se -unt truncos. 16, 89 quae *folia* sese non -erint. 16, 107 *nuces pini* se . . . -sere. 19, 114 allium . . . -itur. STAT. Theb. 12, 431 exundant -so vertice flammae. *β speciatim de liquoribus, fluminibus*: CIC. leg. 2, 6 Fibrenus . . . -sus aequaliter in duas partes (LIV. 21, 26, 4 pluribus *ostiis* . . . -sus amnis. 21, 27, 4 ubi -batur *amnis*. VITR. 8, 3, 7 SEN. Med. 763. MELA 1, 51 *Nilus* iterum iterumque -sus. LVCAN. 3, 235 -so gurgite. PLIN. nat. 6, 129. VVLG. gen. 2, 10 fluvius . . . in quattuor capita). CELS. 7, 27, 6 *urina*. PLIN. nat. 28, 126 *lac* -itur et discedit serum a lacte. DRAC. laud. dei 2, 165 fretum . . . se -sit et haesit in partes hinc ⟨inde⟩ duas.

2 ***plures res cohaerentes disiungere*** (*interdum i. q. dirumpere, dissecare*): a ***res inanimatas***: *α rem a re*: LVCR. 3, 500 vis animi atque animai . . . -sa seorsum *a corpore* (GREG. M. moral. 9, 97 *syn.* separare). LIV. 31, 34, 4 -sa a corpore capita (SIL. 4, 239 -sum umeris . . . caput). CELS. 8, 4, 15 *os fractum* ab eo *osse*, quod naturaliter se habet, scalpo -endum est. LVCAN. 2, 11 *parens rerum* fatorum . . . -sit limite mundum *ab eis, quae fors regit*. PLIN. nat. 13, 36 trunco *palmae* . . . a cerebro ipso arboris fissuris -so. 33, 163 umbras -endas ab lumine (*in pictura*). VVLG. lev. 13, 56 *sacerdos locum leprae in veste* a solido -et. *pass. fere i. q. discedere*: PLIN. nat. 6, 128 Arsanias . . . -sus *a Tigri*. *β plures res*: TRAG. inc. 197 *Medea* membra pueri . . . articulatim -it. LVCR. 5, 439 *coepere res* discludere mundum membraque -ere. CELS. 8, 10, 7[L] ossa inter se manu -enda *sunt*. PLIN. nat. 12, 89 sarmenta hasta -it sacerdos (SOL. 30, 31 PS. SOL. add p. 220, 22. PALLAD. 3, 33 sarmenta utriusque *vitis* inter se -sa). STAT. Theb. 3, 166 dextras miseris complexibus . . . -ere. AGENN. grom. p. 53, 8 Th. fines . . . his signis inter se -bant: fossis *eqs.* APVL. met. 6, 1 haec singula Psyche curiose -it et discretim remota rite componit. TERT. anim. 10 si . . . duo sunt anima et spiritus, -i possunt. AVIEN. carm. ad Flav. 19 *māla* -sere domos *granorum*. VVLG. Ezech. 16, 25 -isti pedes tuos omni transeunti (διήγαγες τὰ σκέλη, *sensu obscaeno*). *partes rei -ere i. rem in partes*: LVCR. 6, 86 *v. l. 65*. PLIN. nat. 37, 159 enorchis . . . -sis . . . fragmentis (-sa . . . fragmenta *dh*; -sa fragmentis*?*). PALLAD. 1, 34, 3. 7 *partes horti*. *pass. et refl.*: LVCR. 6, 86 caeli -sis partibus. SCHOL. Stat. Theb. 12, 447 se flammae -erant. *ibid.* -bantur flammae.

γ inter res: ITALA gen. 1, 4 (Cypr. sent. episc. 43 Aug. civ. 11, 19 p. 486, 27 D. *al.*; *sim.*: Ps. Cypr. pasch. 3 Rufin. Orig in gen. 1, 1) deus -sit inter lucem et tenebras (διεχώρισεν . . . ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, VVLG. lucem a tenebris). *item* gen. 1, 7 (Aug. gen. ad litt. 2, 1 p. 32, 5 *al.*; *sim.*: RVFIN. Orig. in gen. 1, 2. FAVSTIN. trin. 1, 1, 5 p. 41[B] per medium aquae).

b ***animantes***: *α hominem ab homine*: VAL. FL. 7, 1 te . . . ab hospite vesper -it. TAC. hist. 4, 14 dilectum, quo liberi a parentibus, fratres a fratribus velut supremum -antur. ann. 1, 43 discedite a contactu et -ite turbidos *a vobis*. FIRM. math. 3, 13, 4 ipsum a parentibus -it *Luna*. 5, 1, 21. 6, 15, 18 aut mortis exitu aut longis peregrinationibus -untur. 7, 16, 5 aliqua morte. ENNOD. epist. 9, 10, 1 p. 235, 4 amicos et litteras . . . a te . . . -isti. *refl.*: OV. trist. 1, 3, 73 -or haud aliter, quam si mea membra relinquam (*sc. me avellens a coniugis amplexu*), et pars abrumpi corpore *visa* suo est. CYPR. epist. 58, 5 *spiritus dei* a confessoribus non discedit neque -itur. *β plures homines*: HOR. sat. 1, 7, 13 inter Hectora . . . et inter Achillem ira fuit capitalis, ut ultima -ret mors *eos*. PROP. 2, 7, 3 flemus uterque diu, ni nos -ret *lex*, quamvis diducere amantes non queat invitos Iuppiter ipse duos. 2, 33, 5. SEN. contr. 7, 4, 1 hoc par ne piratae quidem -rent. 9, 3, 3 in auctione fratres quamvis hostilis hasta non -it. 9, 3, 4 agnitio -et, quos iunxit etiam expositio? SEN. dial. 11, 15, 3 nos longinquitas locorum -erat. VAL. FL. 5, 57 humus . . . non -at umbras. PS. QVINT. decl. 6, 14 cum rerum necessitas cottidie nos -at. AMBR. exc. Sat. 1, 25 nos a nobis invicem *honores* -bant. FIRM. math. 4, 12, 5 *Luna* parentes -it. *multitudinem hominum in partes* (*aliter p. 1602, 55 de populi distributione*): CAES. Gall. 7, 34, 1 exercitum in duas partes (LIV. 4, 22, 5 quadrifariam. 6, 2, 7 trifariam. 6, 4, 10 in tres partes). 7, 67, 2 equitatum tripertito -sum (LIV. 29, 33, 6 equites . . . -sos turmatim. AMM. 24, 4, 9 equestres turmae -sae per globos. VEG. mil. 1, 27 equites . . . -si per turmas). civ. 3, 97, 3 copias (LIV. 25, 38, 21 TAC. hist. 4, 75 *al.*). LIV. 34, 38, 5 quod roboris in exercitu erat, trifariam -sum *est*. 36, 7, 18 classem. *al.* CVRT. 8, 14, 21 alius iungere aciem, alius -ere. *aliter*: BELL. Afr. 17, 1 coronam hostium dextro sinistroque cornu mediam -it. *refl.*: LIV. 38, 1, 7 quadrifariam se -erunt (ASCON. Scaur. p. 28, 28 St. ad genua iudicum . . . bifariam se -erunt, qui pro eo rogabant). VAL. MAX. 2, 2, 9 -sā pastorali turbā. VAL. FL. 1, 355 pubes -itur (LVCAN. 10, 483 iuventus . . . -sa). ITALA Iob 4, 11 (Aug. in Iob p. 513, 27) catuli leonum -si sunt ab invicem (ἔλιπον ἀλλήλους, VVLG. dissipati sunt). AMBR. exc. Sat. 1, 22 nos -i. HIER. epist. 66, 15 quinque in tres et duas . . . esse -sos. VVLG. gen. 13, 11 -si . . . sunt alterutrum a fratre suo. *γ inter homines*: AVG. civ. 11, 28 inter quos (*angelos sanctos*) et illos (*desertores*) . . . deum . . . -isse. *dub.*: VVLG. Os. 13, 15 *v. p 1593, 61*.

c *hominem a re*: OV. am. 1, 6, 36 a membris -ar . . . meis (*cf. p. 1595, 80*). SEN. dial. 2, 2, 2 simul . . . extincta sunt, quae nefas erat -i (*sc. Cato et libertas*). HIL. in Matth. 27, 2 *dominus* eum . . . a bonis . . . -et.

3 ***solidae rei partes** vel **plures res** (vel cohaerentes vel non cohaerentes) **diversis locis disponere** sim.*: a ***res inanimatas***: *α generatim*: CATO agr. 19, 1 cetera *foramina* div⟨id⟩ito quam rectissime. 29 stercus -ito sic: partem dimidiam in segetem . . . invehito *eqs.* VITR. 1, 1, 9 vasa aerea . . . -sa in circinatione. 4, 3, 6 -endae . . . sunt in corona ima . . . viarum directiones et guttarum distributiones ita, ut *eqs.* SEN. nat. 1, 16, 4 specula . . . per quae flagitia sua -ret disponeretque. PETRON. 119, 66 quasi non posset tot tellus ferre sepulcra, -sit cineres. *refl.*: LVCR. 4, 565 in multas . . . vox una . . . diffugit, in privas quoniam se -it aures (4, 603 partes in cunctas -itur vox). OV. fast. 4, 291 se Tiberinus in altum -it (PLIN. nat. 5, 48 Nilus dextera laevaque -sus. VVLG. IV reg. 2, 8 *aquae* -sae sunt in utramque partem. 2, 14). LIV. 2, 32, 11 -sum pariter in venas . . . sanguinem. SEN. nat. 5, 18, 2 ut per totum orbem pluviae -i possint. 6, 14, 1 receptacula animae . . . in quibus colligitur et unde -itur in partes. 6, 18, 3 *spiritus* per occulta -itur. VVLG. Iob 38, 24 per quam viam spargitur lux, -itur aestus super terram. *β speciatim: alimenta in receptacula sim.*: CATO agr. 23, 2 *vinum* pariter in dolia -ito (*cf. p. 1597, 34*). LIV. 37, 29, 1 ad commeatus et vinum . . . -endum in naves. PALLAD. 8, 7 *mel* per carenarias -sum. MACR. sat. 1 pr. 5 apes . . . quidquid attulere, disponunt ac per favos -unt. *cibos in corpus -ere i. digerere*: CIC. nat. deor. 2, 136 ut facile . . . omnia cocta atque confecta in reliquum corpus -antur. div. 2, 57 in omne corpus -so et mitificato cibo. TERT. resurr. 60 p. 121, 4 quo huiusmodi membra admittunt subigunt devolvunt -unt digerunt egerunt. APVL. Plat. 1, 18 *v. p. 1597, 37*. *de aquae ductione*: LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) quominus . . . *aqua* saliat distribuatur -atur in castella lacus ⟨in⟩mittatur. FRONTIN. aq. 25 antiqui moduli . . . quibus olim aqua . . . -batur. 78 ex his *quinariis* -untur extra urbem quinariae MMMMLXIII. 80 reliquae quinariae . . . intra urbem -bantur per regiones . . . in castella. SVET. Claud. 20, 1 Claudiae aquae . . . fontes . . . -sit . . . in plurimos et ornatissimos lacus. *in re simili*: SEN. dial. 5, 21, 3 donec C et LXXX cuniculis -sum alveum in CCC et LX rivos dispergeret. *de ramis arborum in partes diversas dirigendis*: COLVM. 4, 2, 1 vitem . . . in duos palos -sam (4, 17, 4 in stellam. 4, 24, 2 per quattuor partes. 5, 5, 9 in quattuor bracchia [*cf.* 4, 31, 3 disponere]. arb. 7, 5 in plures ordines [*cf. ibid.* in diversos ordines . . . deducenda]). 4, 2, 5 *tres materiae* per totidem partes ab alligatore -i debent. 5, 6, 15 in tres partes arbor -enda est (5, 7, 2 in tres ramos). PLIN. nat. 17, 184 -i . . . pollices in aequali examine undique *oportet*. *in arte medica*: CELS. 4, 17, 2 cucumeris semina . . . in duas mulsi potiones -sa. 5, 27, 7. *in scribendo*: SVET. Aug. 87, 3 non -it verba nec ab extrema parte versuum abundantis litteras in alterum transfert, sed ibidem statim subicit circumducitque. *crines -ere i. distinguere*: CLAVD. 10, 104 iusto -it *orbes crinis* ordine. rapt. Pros. 2, 16 crinis . . . Idalia -sus acu. DRAC. Romul. 2, 87 frons . . . -so fulgida crine. *in metaphora*: FLOR. epit. 2, 6, 31 -sa per terrarum orbem arma. VAL. CEM. hom. 17, 3 vidimus . . . per diversas . . . regiones scissi corporis plagas passim -i.

b ***animantes***: *copias partiri et disponere, dimittere sim.*: CAES Gall. 6, 43, 4 tanto in omnes partes -so (dimisso *Paul*) equitatu. LIV. 27, 7, 9 exercitus ita per provincias -si (27, 36, 12. 28, 2, 16 exercitum . . . passim in civitates -sit [dimisit *al.*]. 42, 67, 8 partem exercitus . . . per totam Thessaliam -sit). 36, 30, 6 -sis copiis pro situ moenium (CVRT. 7, 9, 22 copias -it urique agros . . . iubet. QVINT. inst. 7, 10, 13 imperatoria virtus co-

[Bauer]

pias suas partim...retinentis, partim per castella tuenda custodiendasve urbes, ⟨ad?⟩ petendos commeatus, obsidenda itinera, mari denique ac terra -enti⟨s⟩). TAC. hist. 2,53 -sis per itinera, qui percontarentur. ann. 13,41 quod *virium* firmando praesidio et capessendo bello -retur. *milites in hiberna*: NEP. Eum. 8, 1 in finitima regione ... hiematum copias -sit. LIV. 37, 45, 19 in hiberna exercitum Magnesiam...et Tralles Ephesumque -sit. 43, 23, 6 per...urbes in hiberna militibus -sis (dimissis *al.*). 45, 26, 11 (*eodem sensu* dimitto: 42,67,3. 45, 8, 8). *homines in hospitia, custodias sim.*: LIV. 2,14,8 ibi...excepti -sique in hospitia (CYPR. ad Demetr. 19 donec ... ad aeternae vel mortis vel immortalitatis hospitia -amur). 6, 3, 10 multitudo in custodias -sa (24, 20, 1 turba per finitimos populos in custodiam -sa. 43, 19, 2. VAL. MAX. 3, 8, 1 Campanum senatum ... in duas custodias Teanam Calenamque -sit). 23, 34, 9 ut in omnes naves legatos separatim custodiendos -ret (*v. p. 1605,68*). SVET. Iul. 14, 1 municipatim *Catilinae socios* -endos custodiendosque. *in colonias*: LIV. 37,46,10 familiarum...quae in eas colonias -rentur. *milites in acie instruenda*: LIV. 9,27,7 equitibus in cornua -sis (CVRT. 4,9,17 pedes velut -sus in cornua. 4, 12, 3. 8, 14, 1 agmen. *sim.* 4, 3, 11 navigia). 31, 21, 7 in alas -sum socialem exercitum habebat. FRONTIN. strat. 2,3,16. 21 PANEG. 12 (2), 35, 3. AMM. 16,2,13 in bicornem figuram acie -sa. *vigilias, praesidia sim.*: HIRT. Gall. 8, 37, 1 -ere praesidia (LIV. 7, 38, 10 *praesidia* -sa ... erant per ... urbes). LIV. 25, 31, 8 custodibus -sis per domos. SEN. dial. 9, 17, 7 miles vigilias -it (AMM. 16, 12, 12). SOL. 10, 16 *grues* excubias nocte -unt. *apud Christianos de gentium dispersione*: VVLG. gen. 10, 25. 32 -sae sunt gentes in terra. 11, 4. 8 -sit eos dominus ex illo loco in universas terras. *al. hyperbolice de singulis*: TERT. nat. 2, 13 in duos culleos -i Iovem (eiusque patrem *add. Reiffersch.*) decuit. *bestias*: LIV. 21,55,2 ab cornibus in utramque partem -sos elephantos statuit (VVLG. I Macc. 6, 35 -erunt bestias per legiones). SEN. benef. 4, 6, 5 *deus* non ... paucas boves, sed ... per totum orbem armenta -sit (dimisit *al.*).

nota: quo -antur res (personae), significatur dativo (*cf. l. 53*): CATO agr. 23, 4 mustum suo cuique dolio -ito additoque pariter (*cf. p. 1596, 48*). CIC. Sull. 42 tabulas -i passim et pervolgari atque edi populo Romano imperavi; -si toti (totae *al.*) Italiae (tota Italia *Madvig.*), -si (dimisi *T*, emisi *E*) in omnes provincias. APVL. Plat. 1, 18 id quod infertur *cibi* ... veluti singillatim exaequatum cunctis partibus -itur. IVST. 14, 4, 20 Antigonus domitores illos orbis exercitui suo -it. DICT. 1, 15 *porcum* in duas partes exsectum *Calchas* orienti occidentique -it. CYPR. GALL. deut. 192 cum ... dominus ... -sos populos dedisset orbi. *subi. res*: VERG. georg. 1, 209 *libra* medium luci atque tenebris ... -it orbem (*cf. p. 1595, 8*). *metaphorice*: HOR. epod. 11, 16 meis inaestuet praecordiis ... bilis, ut haec ingrata ventis -at fomenta (*sc. doloris, i. querimonias*). in *locis*: FIRM. math. 5, 1, 18 in duabus civitatibus...eius patrimonium -etur. *locis* (*abl.*): HIER. epist. 59, 5, 3 divina ... natura et deus sermo in partes secari non potest nec locis -i.

4 ***solidae rei partes vel plures res inter diversos homines distribuere*** (*in ambiguitate* SEN. epist. 88,11 *v. p. 1598, 26*. QVINT. inst. 6, 3, 87 *v. p. 1598, 84*. *opponitur verbo* dandi PETR. CHRYS. serm. 162 p. 626^C. *ratio -endi exprimitur abl.: p. 1598, 71. 1599, 39. instrumentum, quo -itur, acced. ablativo: p. 1598, 50. 72. 81. 1599, 40*): a *c. dativo personae: generatim*: ACC. trag. 534 ignis...mortalibus clam -sus (RHET. Her. 4,6,9 SEN. contr. 10, 5,7). SALL. Iug. 91, 6 praeda militibus -sa (GELL. 11,18,18 Cato in oratione, quam de praeda militibus -enda scripsit. LIV. 1, 4, 9 pastoribus...rapta -ere. 10, 46, 8 *spolia* sociis...ad templorum...ornatum. VVLG. psalm. 67, 13 *v. p. 1593, 59*). LIV. 1, 35, 8 loca -sa patribus equitibusque *in circo*. 27, 19, 7 dona...regulis...-sa. 36, 20, 8 magnam vim frumenti Atheniensibus...-sit. SEN. nat. 2, 5, 1 *ex terra* alimenta omnibus animalibus...-untur. epist. 77, 8 quemadmodum reliquiae *cenae* circumstantibus -antur (PETRON. 67, 2). SYMM. rel. 3, 8 ut animae nascentibus, ita populis fatales genii -untur. *speciatim: arma, instrumenta*: LIV. 9, 37, 9 dolabrae calonibus -untur. 28, 19, 9 scalas electis per manipulos viris -unt. 30, 11, 4 equos arma tela. frg. 22 *arma*. *pecuniam*: CIC. Verr. 1, 39 iudicibus. Manil. 37 magistratibus. Att. 1, 18, 4 *divisor* nummos vobis -ere solebat. har. resp. 28 cuius legati ... -ere ... tuis operis nummos solebant. BELL. Afr. 87, 7 Cato ... singulis *HS* C -sit. LIV. 5, 16, 7 quod ... inde redactum, militibus est -sum (35, 1, 12 militi). 10, 46, 15 militibus ex praeda centenos binos asses et alterum tantum centurionibus atque equitibus ... -sit (30, 45, 3. 33, 23, 7). CORP. III 6998, 8 *al. sportulas*: CORP. VI 10234, 9 *ibid. passim* (*et dat. non accedente*). IX 6496 aurum et argentum, aes, vestem lentiam (*i. linteam*) ceteraque popu(lo) -sit. *al. agros, praedia sim.* (*i. non tam 'dimetiri', de qua significatione v. p. 1601, 82, quam 'assignare, donare'. cf. vol. I p. 1284, 24 et p. 1598, 51. 58. 65. 1599, 19*): [*dub.*: VARRO ling. 5, 40 (*loc. corrupt.*).] CIC. leg. agr. 3, 3 adimi Sullanos (-is?) agros vobisque -i (Flacc. 80 *ager* -i plebi Romanae non potest. Phil. 2, 101 *agrum Campanum* tu compransoribus tuis et collusoribus -bas. LEX VRSON. 79, 40 colonis. NEP. Cim. 2, 5. LIV. 1, 47, 11 regem ... agrum sordidissimo cuique -isse. 2, 41, 1 dimidium *agri* Latinis, dimidium plebi -urus consul ... erat. 4, 11, 4 *syn.* assignare. 5, 30, 8 ut ... septena iugera plebi -rentur. 6, 36, 11. 34, 31, 14. 34, 32, 9). NEP. Timol. 3, 2 novis *civibus* ... possessiones -sit. HOR. sat. 2, 3, 169 Oppidius...duo praedia ..gnatis divisse duobus fertur. FILASTR. 121, 1 quod...non ... Noe suis filiis ... *orbem terrae* -erit dederit ac definierit et partierit ordine. VVLG. Ios. 13, 7 -e terram in possessionem novem tribubus. psalm. 77, 54 -sit eis terram in funiculo distributionis.

sibi -ere *i. inter se*: TERT. apol. 11 forum. FIRM. err. 6, 3 membra. VVLG. psalm. 21, 19. Ios. 18, 5 -ite vobis terram in septem partes. AVG. in psalm. 21 enarr. 2, 19 sacramenta sibi haeretici -ere potuerunt, caritatem non -erunt. *vi debilitata coniungitur cum dativo unius personae, ut 'impertire, dare, donare'*: HOR. carm. 1, 36, 6 nulli plura ... -it oscula quam ... Lamiae. PHAEDR. 2, 6, 15 aquila ... magistrae large -sit dapem. SEN. Med. 5 Titan -ens orbi diem. MART. 3, 82, 28 nobis (*i. mihi*) -ere moechae pauperis capillare. CARM. epigr. 1506, 2 mulsum crustula, municeps, petenti in sextam tibi -entur horam. VVLG. Sirach 44, 26 -sit illi partem (ἔδωκεν αὐτῷ). 45, 25. Hebr. 7, 2 cui et decimas omnium -sit Abraham (ἐμέρισεν). b *accedunt praepositiones*: cum: PLAVT. Amph. 1125 boni dimidium ... -ere cum Iove (Aul. 767 dimidiam tecum ... partem -am. POMPON. Atell. 180 medium abdomen ⟨te⟩cum -am). CIC. Sest. 94 *Pisonem* bona creditorum ... cum debitoribus ... -isse. LIV. 4, 27, 2 -so cum Quinctio ... exercitu. 7, 25, 12 (CVRT. 5, 3, 16). 31, 14, 5 -sae cum eo Aegypti opes. OV. fast. 4, 887 non grandia -e mecum praemia ... proxima musta. SEN. contr. 9, 3, 1 cum alternis (alienis $D^2\tau$ *exc.*; alteris *Bursian*) -amus liberos, quos non -imus cum matribus. SEN. nat. 6, 7, 5 superiora *loca* cum tot animalibus *mari* erant -enda. epist. 88, 11 quid mihi prodest scire agellum in partes -ere, si nescio cum fratre -ere? 95, 51 ut ... cum esuriente panem suum -at. VLP. reg. 24, 25 heres meus cum Titio hereditatem meam partito -ito. VVLG. Luc. 12, 13 ut *frater* -at mecum hereditatem (μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν). *nota*: -ere cum *aliquo i. dare alicui*: IVST. 6, 9, 5 vectigal publicum ... cum urbano populo -i coeptum (*cf.* APVL. Plat. 2, 6 *p. 1608, 36*). in *c. acc.*: PLAVT. Aul. 108 nostrae qui est magister curiae -ere argenti dixit nummos in viros. LIV. 34, 46, 1 militibus ex praeda -sit in singulos ducenos septuagenos aeris, triplex equiti (45, 34, 5 ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni -rentur). TAC. ann. 2, 67 Thracia in Rhoemetalcen ... inque liberos Cotyis -itur. GAIVS inst. 3, 16 utrum in stirpes -enda sit hereditas...an potius in capita (*passim*; INST. Iust. 3, 2, 4 ad stirpes *pars codd.*). DICT. 2, 19 -sis in singulos, quae (*fem.*) supererant. TRACT. de trin. fid. p. 181, 1 *spiritus dei* vult in unumquemque se -i. inter: PLAVT. Persa 757 inter participes -am praedam et participabo. Poen. 775 ut ... *aurum* inter se -ant (IVST. 2, 14, 16). CATO or. frg. 2 numquam ego praedam ... inter ... amicos meos -si (CIC. div. in Caec. 34. LIV. 42, 61, 5 spolia ... -simus inter vos). SALL. Iug. 16, 2 uti ... legati regnum ... inter Iugurtham et Adherbalem -rent (AVG. civ. 18, 42 p. 320, 21 D. cum regnum ... non pacifice inter se possessuri -issent, sed potius dissipassent bellis). NEP. Thras. 1, 5 bona. LIV. 21, 17, 5 inter consules ... copiae -sae (23, 32, 1 consules exercitus inter sese -erunt). 23, 19, 9 frumentum. SEN. nat. 1 pr. 8 hoc (*sc. mundus*) est illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igne -itur. QVINT. inst. 3, 6, 84 debitoris corpus inter creditores -i. CELS. dig. 8, 6, 61 -sus est fundus inter socios regionibus (VLP. dig. 19, 1, 13, 17). CORP. XII 4393 (*a. 149*) usuras ... inter praesentes ... in perpetuum ⟨divi⟩dátis. XIV 367 (*a. 182*) quod ... natali suo inter praesentes ... usque ad asse(m) -iatur. per: OV. fast. 3, 672 per populum fumantia *liba* .... solebat -ere. LIV. 25, 23, 14 vino ... per tribus ... -so. 38, 23, 10 praedam ... cum cura, ut quam aequissima esset, per milites -sit. 42, 63, 5 scalas per manipulos -i. SVET. Dom. 9, 3 -sis per veteranos agris (SVLP. SEV. chron. 1, 23, 7 -so per tribus captivo solo). SPART. Hadr. 7, 3 ternis ... per singulos aureis ... -sis. PS. AMBR. serm. 24, 3 p. 652^C reliquam *partem* per caecos claudos ... -ere debetis. *accedit dativus*: VVLG. I par. 16, 3 -sit universis per singulos ... tortam panis *eqs.* Ezech. 47, 21 -etis terram ... vobis per tribus Israel. c *persona adverbio exprimitur*: CATO inc. libr. frg. 6 praeda ... viritim -sa (VARRO rust. 1, 10, 2 bina iugera a Romulo primum -sa viritim, quae heredem sequerentur. *ibid.* in agris -sis viritim publice. LIV. 1, 46, 1. 5, 24, 4 FRONTO p. 125, 13 N.). CIC. Att. 4, 19, 1 de nummis ... tributim -sis. SVET. Vit. 10, 3 plurimum meri...hausit passimque -sit (CORP. V 7904 vínnm passim divísit). d *subaudiuntur personae, inter quas res -itur*: CATO agr. 136 (*anteced. ea, quae p. 1599, 39 sqq. descripta sunt*) hordeum quinta *parti* modio, fabam quinta modio -at (*sc. paterfamilias cum redemptore agri poliendi*). VARRO frg. Plin. nat. 14, 96 *Lucullus* milia cadum congiarium -sit amplius centum (TERT. apol. 35, 7 congiario -undo). CIC. epist. 13, 8, 2 *bona* (NEP. Dion 7, 2). SALL. Iug. 20, 1 -so regno. VERG. Aen. 1, 197 vina ... -it. LIV. 24, 44, 1 provinciae atque exercitus -si (SIL. 7, 515 -itur miles). SEN. contr. 9, 5, 1 *mater* puerperia -sit (*sibi, patri, avo*). SEN. dial. 6, 20, 2 ubi res communes fortuna male -sit. epist. 74, 7 quorum (*sc. rerum a fortuna donatarum*) ... alia infida societate -sa *sunt*. COLVM. 8, 4, 3 esca ... bis -enda est *gallinis*. LVCAN. 1, 109 -itur ferro regnum *inter Caesarem et Pompeium* (*cf. supra l. 50*). 5, 495 non ex aequo -simus orbem *inter nos*. PLIN. nat. 12, 54 tus ... per vices annorum -i (*opp.* promiscunm ... esse). QVINT. inst. 6, 3, 87 *Cascellius* consultatori dicenti 'navem -ere

[*Bauer*]

volo (*cum socio vel sim.*)' 'perdes' inquit. TAC. ann. 13, 13 -ere filium quae cuncta ex ipsa (*Agrippina*) haberet. FLOR. epit. 3, 17, 6 (*dictum Drusi*) nihil se ad largitionem ulli reliquisse nisi siquis aut caenum -ere vellet aut caelum. COD. Theod. 1, 5, 5 (*a. 355*) annonarias species (*syn. erogare*). *speciatim: pecuniam, nummos sim.*: PLAVT. Aul. 180 magister, quem -ere argentum oportuit (*cf. p. 1598, 33*). CIC. epist. 7, 12, 2 communi -endo (*v. vol. III p. 1978, 26 sqq., ubi add.* APVL. met. 9, 27). Att. 13, 45, 3 *nummos* (*passim; nota* CARM. epigr. 38 communem nummum -endum censio est). LEX de Gall. cisalp. (Corp. I² 592) 2, 55 de familia erciscunda deividunda. SALL. Iug. 12, 1 -i thesauros. SEN. dial. 10, 3, 1 nemo invenitur, qui pecuniam suam -ere velit: vitam unusquisque quam multis distribuit. MART. 3, 7, 3 *centum quadrantes* -bat balneator *clientibus*. QVINT. inst. 4, 2, 73 pater qui -sit patrimonium (*sc. inter filios*). *dub.*: QVINT. decl. 267 p. 90, 13 ad arma habui ante -sam pecuniam? *praedam*: PLAVT. Rud. 1011 quin tu potius praedam -e (*sc. mecum.* LIV. 5, 28, 3). TAC. ann. 13, 56 imbellis aetas in praedam -sa est (FLOR. epit. 4, 12, 25 equos pecora ... ipsosque ⟨in⟩ praedam -sit et vendidit). VVLG. Is. 33, 23 -entur spolia praedarum multarum (53, 12). *agros sim.* (*cf. p. 1597, 75. 1601, 81*): LEX agr. (Corp. I² 585) 6 ⟨quei ager...⟩ exceptum cavitumque est nei -retur (CIC. leg. agr. 3, 15 Campanum agrum -is. LVCR. 5, 1110 reges ... pecus atque agros -sere atque dedere pro facie cuiusque. LIV. 31, 4, 2 agro ... metiendo -endoque. 40, 38, 7 agro -endo dandoque). CIC. Phil. 5, 7 omnem Italiam ... L. Antonio -endam dedit. 8, 9 urbem ... -urum se confirmat (13, 19. 14, 10. *dub.* 5, 6). epist. 13, 8, 2 praedia. LVCR. 5, 1441 -sa colebatur discretaque tellus. DIRAE 2 -sas ... sedes et rura (MANIL. 1, 456 haec ... -sas ... sedes signa tenent [*cf.* 1, 602 *circuli* servantes ... -sos ... semel fines]. TAC. Germ. 28 sedes promiscas ... et nulla regnorum potentia -sas). LIV. 4, 56, 6 Romanos sua (*Volscorum et Aequorum*) -sa habere. TAC. ann. 13, 18 quod domos villas ... quasi praedam -issent *inter se*. ITALA psalm. 59, 8 (Aug. in psalm. 59, 8 p. 718 *al.*) -am Sichimam (διαμεριῶ, VVLG. partibor). **e** *subauditur obiectum*: PLAVT. Stich. 697 pacto ego hoc tecum -o. SEN. dial. 6, 16, 6 ex aequo cum potentiore -ere. PETRON. 11, 4 sic -ere cum fratre nolito (QVINT. inst. 7, 1, 45 qui -ere nolit cum fratre). QVINT. decl. 261 p. 70, 22 cum is, qui creverit hereditatem ... sit ... -urus cum his, qui *eqs.* VVLG. Tob. 1, 19 -bat ... unicuique, prout poterat, de facultatibus suis (I Cor. 7, 17). **f** *subaudiuntur et personae, quibus res -untur, et obiectum*: CATO agr. 136 parti octava corbi -at (*sc. frumentum cum redemptore agri poliendi*). *ibid.* septima ... sexta (*sc. parte*); si granum modio -et, parti quinta. in Venafro agro optimo (*sic corrig.?*, ager optimus *trad.*) nona parti corbi -at (*sequ. ea, quae p. 1598, 70 sqq. descripta sunt*). CIC. Planc. 45 Plancium ... sequestrem fuisse, pronuntiasse -isse (*nummos inter cives*). OV. met. 13, 102 -ite (*arma inter eos*). LIV. 44, 45, 13 in -endo plus offensionum quam gratiae erat. SEN. contr. 9, 3, 3. 9, 5, 4 tres habes filios; -amus. contr. exc. 6, 3. 4 scisti -ere (*potionem inter te et uxorem*). QVINT. decl. 321 p. 257, 24 -erunt (*rem communem inter se*). p. 265, 20. PLIN. epist. 8, 16, 2 *servi testantes* -unt donant relinquunt. paneg. 25, 3. CORP. XI 4391 ut die natalis sui ... ex usuris ... epulantes ... -r(ent). **g** *transit nonnullis locis ad sensum divendendi, distrahendi* (*cum fere sit 'dilargiri'; opponitur 'venditioni'*: CIC. epist. 13, 8, 2 LIV. 25, 14, 12. 37, 5, 3. 38, 23, 10 FLOR. epit. 4, 12, 25): CIC. Verr. 3, 46 alia *mancipia* -sit *auctione*. LIV. 1, 53, 3 cum -endā (dividenta *M*, divendenda, divendita *edd.*) praedā quadraginta talenta argenti refecisset (SVET. Nero 26, 1 ad licitationem -endae praedae). 4, 16, 2 frumentum ... assibus in modios aestimatum plebi -sit (PLIN. nat. 18, 15 datavit *in re simili. cf.* LIV. 31, 4, 6 frumenti ... vim ingentem ... quaternis aeris populo ... -erunt. 31, 50, 1). SVET. Iul. 54, 2 ut ... *aurum* ternis ... milibus nummum in libras promercale per Italiam provinciasque -ret (*L*, divenderet *rell.*). *in metaphora sic videtur adhibitum*: ANTH. 445, 3 pro quo, si pretium dari liceret, nostros -rem libenter annos.

B *de statu: active de statu rei separantis, fere i. q. inter partes rei vel inter plures res medium interesse, ut inter se non contingant* (-entem esse ORIG. in Matth. 14, 15. *v. p. 1601, 41*). *passive et refl. de statu rerum separatarum, i. q.* **partes distantes habere, distare; constare ex partibus** (-i, -sum esse; -sum manere *v. p. 1611, 13*; se -ere *v. p. 1600, 38. 48. 51. 53. 1601, 36*).

1 *obi. res*: **a** *res in partes*: α *act. et pass.* (*indicata re dividente*): CIC. Verr. 5, 119 *urbis partes* una via lata ... multisque transversis -sae. MANIL. 1, 332 Serpentem magnis Ophiuchus ... signis -it (1, 610 colurus Serpentis caudam ... et -it Arctos. HYG. astr. 1 praef. p. 20, 10 quemadmodum ab his *circulis* -rentur *corpora siderum*). SEN. epist. 55, 6 platanona medius rivus ... -it. STAT. silv. 1, 3, 25 nec te (*villam*) amnis -it. PLIN. epist. 5, 6, 34 viae ... intercedentibus buxis -untur. CYPR. GALL. deut. 154 tellus ... -sa ponto (161 -sa rimis). *speciatim: i. q. partes rei distinguere, ornare, colorare* (*cf. p. 1595, 3*): VERG. Aen. 10, 134 qualis gemma micat, fulvum quae -it aurum (*i. emicat ex auro includente*). *saepissime in geographia*: CIC. epist. 2, 10, 2 *mons* -sus aquarum divertiis. CAES. Gall. 3, 1, 6 cum *vicus* hic in duas partes flumine -retur. HIRT. Gall. 8, 40, 2 flumen ... vallem -bat. BELL. Hisp. 7, 3 *loca* planitie -untur, Salso flumine. 28, 4 ut superius demonstravimus, loca ... interim nulla (-am *al.*) planitia (-ae, -em *al.*) -i (-it *al.*) (intermissa planitie -i? *de constructione cf.* 31, 4). LIV. 1, 43, 13 quadrifariam ... urbe -sa regionibus collibusque. 23, 17, 10 *urbs* -itur amni. 24, 6, 7 Himera amnis, qui ferme -it ⟨insulam⟩. 27, 8, 17 insulam -sam ... Romani Punicique imperii finibus. 36, 15, 6 Apennini dorso Italia -itur. 44, 46, 7 *arx* -sa est intermurali amni. CVRT. 8, 9, 11 amnibus ... regio -itur. MELA 1, 4 *terra mari* in duo latera ... ab oriente -sa ad occasum. 1, 8 hoc mari et duobus ... amnibus ... in tres partes universa *terra* -itur. 2, 74 Gallia Lemanno lacu et Cebennicis montibus in duo latera -sa. SEN. nat. 4, 2, 7 *Nilus* petra -itur (AVSON. Mos. 38 exclusum si -at insula flumen). PLIN. nat. 3, 59 colonia Minturnae Liri amne -sa. AVIEN. orb. terr. 1100 Arabas ... sinus iste fluento -it. 1160 *Eufrates* -it inserto mediam Babylona fluento. β -sum esse, -i, se -ere (*re dividente plerumque non indicata*). *i. q. partes distantes habere, constare ex partibus* (*active v. infra l. 40*): VARRO rust. 13, 4 duo stercilina aut unum bifariam -sum. SEN. nat. 2, 9, 4 *aer* nusquam -sus est *intervallis*. 2, 11, 1 cum *aer* sic (*i. in has partes*) -sus sit. COLVM. 12, 44, 7 opercula ... sic formari, ut media -sa sint. PLIN. nat. 2, 42 *facie lunae* aequa portione -sa. 9, 103 *concharum genera* distinctione virgulata, crinita, crispa, canaliculatim, pectinatim -sa. 17, 166 compluviata *vinea* -itur in quaternas partes totidem iugis. *speciatim: in geographia* (*accedit semper* in *c. acc.*): VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 in haec duo (*terram et caelum*) -sus mundus. ling. 5, 31 ut omnis natura in caelum et terram -sa est, sic caeli regionibus terra in Asiam et Europam (PLIN. nat. 3, 3 terrarum orbis ... in tres -itur partes, Europam Asiam Africam). 5, 55 ager Romanus primum -sus in partis tres (CAES. Gall. 1, 1, 1 Gallia est omnis -sa in partes tres). CAES. Gall. 1, 12, 4 civitas Helvetia in quattuor pagos -sa est. BELL. Alex. 1, 5 cum in duas partes esset urbs -sa. PLIN. nat. 2, 117 orbe ... in regna hoc est in membra -so. 3, 18 universa provincia -itur in conventus septem. 3, 66 *urbs* -itur in regiones *tot*. 5, 26 sinus -itur in geminos. 12, 64 Thomna abest a Gaza *tot passibus* ..., quod -itur in mansiones camelorum *tot*. *de partibus corporis, item de arborum, herbarum partibus sim.*: CELS. 4, 1, 4 *pulmo* in duas fibras ungulae bubulae modo -itur (*ibid.* 5 iecur). 5, 28, 12ᴬ *fistulae* in plures sinus -untur. 8, 1, 6 foramina ... in bina itinera -untur (*opp.* simplicia sunt). COLVM. 4, 24, 10 qua se -it vitis. 6, 15, 2 discrimen ..., quo -sa est bovis ungula (VVLG. lev. 11, 3 omne quod habet -sam ungulam. *nota*: VVLG. lev. 11, 4 [*cf. sqq. et* deut. 14, 7, 8] quidquid *animal* non -it *ungulam* [*i. -sam habet*]). PLIN. nat. 10, 176 quorum *animalium* in digitos pedum fissura -sa est. 11, 136 cervis ... *aures* scissae ac velut -sae. 16, 90 *folia* -sa platano *sunt* (23, 21 folia ... -untur). 18, 51 radices non in multa -untur. 20, 260 *ferula* ab uno caule -itur in cacumine. ITALA act. 2, 3 (codd. g p Cypr. testim. 3, 101) linguae -sae quasi ignis (διαμεριζόμεναι, VVLG. dispertitae). *nota: per diversa loca*: APVL. Plat. 2, 7 per has tres animae partes quartam virtutem, iustitiam, aequaliter -entem (-es *codd.*) se [scientiamque] causam esse dicit, ut *eqs.* CHALC. comm. 33 *superficiei* duplum *est* cubus, corpus per longum latum profundumque -sum. 224 naturalis ... *animae* species per omne se -it corpus, sensus vero tactus quidem per omne corpus, visus autem et auditus ... in ceteris membris. ISID. orig. 16, 27, 4 virgulae duae ex uno angulo a laeva in dexteram se -entes significant dragmam (<). *in diversas personas*: TAC. hist. 3, 42 Italia inter Vespasianum ac Vitellium Apenninis iugis -batur. PLIN. nat. 3, 13 regio in duas -sa partes totidemque gentes. 4, 105 Gallia ... in tria populorum genera -itur. VVLG. Ios. 13, 3 *Chanaan* in quinque regulos ... -itur.

b *plures res inter se*: CIC. nat. deor. 2, 66 ut essent ... tria regna -sa. LIV. 34, 9, 1 duo oppida ... muro -sa. MANIL. 1, 306 *Vrsas* -it et cingit ... Anguis (SEN. Thy. 869 medias -it Vrsas fluminis instar ... Anguis. AVIEN. Arat. 445 diducta pedes *Cephei* tantum mensura ... -it ... quantum *eqs.*). MANIL. 1, 707 (*versum del. Bentley*) inter -sas (-sis *al.*) aequalibus (aequabilis *Scaliger*) est via partes. 2, 278 astra quae -sa manent ternis distantia signis (2, 287 *signa* -sa quaternis partibus). VITR. 8, 6, 1 tres fistulae aequaliter -sae (10, 9, 2 denticuli). 8, 6, 2 *receptacula* -sa. 10, 4, 1 *tabulae* -unt aequalia in tympano spatia. SEN. Phaedr. 529 nullus ... -sit agros ... populis lapis. COLVM. 4, 18, 1 per paria intervalla iugeribus -sis. PALLAD. 1, 19, 2 -sas cellas ... grano cuique tribuemus. *speciatim: in geographia*: ENN. ann. 302 Europam Libyamque rapax ubi -it unda. GALL. carm. frg. Vib. Seq. geogr. p. 148, 26 *Hypanis* uno tellures -it amne duas. LIV. 36, 43, 1 Cyclades fretis ... -sas. VITR. 6, 1, 5 terrae librationem, qua -itur pars superior et inferior mundi. VAL. MAX. 3, 2, 23 spatium quo scopulus et insula -bantur. 9 ext. 1 tam parvo spatio Italiam Siciliamque inter se -sas. SEN. Thy. 113 Isthmos ... vicina gracili -ens terra vada. CVRT. 3, 1, 14 *Asia* nisi tenue discrimen obiceret, quae nunc -it maria, committeret. MELA 1, 96 mare ... -ens *terras*. 2, 26 -sas spatio pelagoque terras ... pontibus iungere. PRISC. perieg. 98 *Hadria* -it ... geminas diversis partibus oras (*cf.* 540. 610). *in metaphora*: CIC. Verr. 6, 169 peraugusto fretu -sa servitutis ac libertatis iura. QVINT. inst. 9, 1, 3 quaedam *species figurarum et troporum* perquam tenui limite -untur. *de partibus corporum*: PAVL. FEST. p. 33 *bisaetae* a cervice saetae bifariam

[Bauer]

-untur. p. 72 *dissulcus porcus* in cervice sactas -it (*i. divisas habet v. p. 1600, 40*). MANIL. 4, 703 ut . . . *tutela* in proprium -sis artibus extet. PLIN. nat. 11, 256 *aliae aves sunt* -sis digitis. HIER. tract. in psalm. 91 p. 122, 16 vide in ipso puncto corpusculi *culicis* omnia esse membra -sa. *nota*: APVL. Plat. 1, 16 *venae* ex illo loco -sae per membra.

c *rem a re*: CIC. Arat. 311 quantum est -sus Cancer spatio a Capricorno. LVCR. 3, 264 nil ut secernier unum *primordium* possit nec spatio fieri -sa potestas. HIRT. Gall. 8, 14, 4 cum palude impedita a castris castra -i videret. BELL. Alex. 73, 3 cum spatio non amplius passuum mille intermissa vallis castra hostium -ret ab opere incepto Caesaris castrorum. LIV. 25, 11, 9 *arx* ab urbe muro tantum ac fossa -sa. MANIL. 1, 352 succedit iniquo -sum (-sus *codd.*) spatio ... Deltoton. 1, 595 per binas vertex a vertice partes -sus (*lectio dubia*). 2, 214 *signa* aut vicina loco, -sa aut partibus aequis. 2, 397 *astra alterius hemisphaerae* toto -sa manent . . . caelo. 3, 605 *forma* spatio -sa sub aequo. SEN. Herc. O. 1121 quod -it aethera a terris spatium. PLIN. epist. 6, 20, 4 in area domus, quae mare a tectis modico spatio -bat. HYG. astr. 3, 3 p. 82, 10 huius umeros et pectus a reliquo corpore -it circulus *eqs. sim. passim.* *in geographia*: CIC. Att. 5, 20, 3 *Amanus* Syriam a Cilicia in aquarum divertio -it. LVCR. 1, 720 angusto . . . fretu . . . mare -it undis Italiae terrarum oras a finibus *Siciliae*. CAES. Gall. 1, 2, 3 *Rhodanus* provinciam nostram ab Helvetiis -it (1, 8, 1. 5, 11, 8 civ. 3, 36, 3). SALL. Iug. 19, 3 Catabathmon qui locus Aegyptum ab Africa -it. VERG. Aen. 3, 383 Italiam . . . longa procul longis via -it invia terris *abs te*. LIV. 22, 15, 4 *Casilinum* Falernum a Campano agro -it. 32, 18, 5 *Anticyra ex adverso* Peloponnesum exiguo maris spatio -sam ... habebat. 33, 17, 6. 8. 38, 16, 5. MANIL. 4, 789 tenui -sa profundo *ab Italia* ora. VELL. 1, 2, 4. CVRT. 7, 8, 30 Bactra nisi -at Tanais *a nobis*, contingimus. LVCAN. 8, 290 -it Euphrates ingentem gurgite mundum *a nobis*. PLIN. nat. 4, 49 Hellespontus septem ... stadiis Europam ab Asia -ens. TAC. ann. 2, 43 provinciae, quae mari -untur *sc. ab Italia*. VLP. dig. 50, 16, 99 *Sicilia* modico freto Italia -itur. NEMES. cyn. 225 -sa (*i. remota*) Britannia (AVSON. 209, 9 -sae . . . urbi). CLAVD. 18, 197 quidquid se Tigris ab Haemo -it.

in metaphora: VAL. MAX. 3, 7, 11 magno spatio -sus est a senatu ad poetam Accium transitus.

d *inter res*: ITALA gen. 1, 6 (Faustin. trin. 41 Aug. gen ad litt. 2, 1 p. 32, 8. *sim.*: RVFIN. Orig. in gen. 1, 2) fiat firmamentum . . . et sit -ens inter aquam et aquam (ἔστω διαχωρίζων, VVLG. -at aquas ab aquis. AVG. gen. ad litt. 2, 6 p. 39, 21. gen. c. Manich. 1, 11, 17 sit divisio. *cf.* AVG. gen. ad litt. 2, 4 p. 37, 13). ITALA exod. 26, 33 (Aug. quaest. in hept. 2, 112) -et vobis velamen inter medium sanctum et inter medium sanctum sanctorum (VVLG. sanctuarii sanctuaria -entur). VVLG. Ezech. 42, 20 murum . . . -entem inter sanctuarium et vulgi locum. AVG. civ. 16, 24 p. 164, 28 D. quod (*flumen*) -it inter Aegyptum et Palaestinam. PS. SOL. add. p. 222, 18 Astrixum *mons*, qui -it inter vivam terram et harenas iacentes (ISID. orig. 14, 5, 11 discernit). DRAC. laud. dei 3, 69 profundum -it inter aquas et . . . incendia.

2 *obi. homines*: a *homines inter se, hominem et rem*: SEN. Oed. 1015 nefandos -at vastum mare dirimatque tellus abdita (epist. 71, 1). nat. 4 pr. 20 -imur mari. LVCAN. 5, 485 non . . . Libye nos -it aestu. SERV. ecl. 6, 22 *Pyramum et Thisben* vicinos paries -bat. CLAVD. 5, 303 dum nos longissima tellus -at. *copias*: CVRT. 10, 9, 15 intervallum . . ., quod aciem utramque -ret. VEG. mil. 3, 5 si -sae sunt copiae *inter se*. *in geographia*: PRISC. perieg. 410 hic (*Alpheus*) . . . Eleos et -it ille (*Eurotas*) Laconas. *in metaphora*: VVLG. I reg. 20, 3 uno . . . gradu ego morsque -imur. b *hominem ab homine, a re*: CATVLL. 64, 179 gurgite lato discernens ponti . . . -it aequor (*sc. me a montibus Idaeis*). VERG. Aen. 12, 45 *parentem* patria Ardea longe -it *abs te*. PROP. 1, 12, 3 tam multa illa meo -sa est milia lecto, quantum Hypanis ... dissidet Eridano. 1, 12, 10 an quae . . . -it herba *me abs te*? OV. Pont. 1, 5, 73 -imur caelo *a Roma*. 1, 9, 48 a ... tuis toto -or orbe rogis (LVCAN. 8, 391 toto -sus ut [in *P*, ab COMMENT.] orbe a terra moriare tua. *cf. l. 76*). VELL. 2, 110, 2 ⟨legiones⟩ ... aequali -sae intervallo ab hoste. SEN. benef. 4, 19, 2 hunc . . . -sum . . . a contactu et a conspectu mortalium. STAT. Theb. 3, 108 *Maeon* multum -sus Averno. MART. 11, 23, 11 sic -sa recumbes, ut non tangantur pallia nostra tuis. TAC. hist. 1, 9 *legiones Britannicae* procul et Oceano -sae erant. ann. 6, 39 Tiberius non mari . . . -sus *ab urbe*. HIER. epist. 60, 19, 2 Nepotianus noster ... per tanta terrarum spatia -sos (-sus *GD*) utraque complectitur manu. *in geographia*: CAES. Gall. 1, 1, 2 Gallos ab Aquitanis Garumna flumen ... -it. 1, 33, 4. 7, 5, 4. SALL. Iug. 18, 9 *Libyes* freto -si ab Hispania (LIV. 29, 17, 12 fretum ... quo ab Sicilia -imur). VERG. ecl. 1, 66 toto -sos orbe Britannos (*cf.* PHILARG.). HOR. carm. 2, 11, 3 Scythes ... Hadria -sus obiecto. VAL. FL. 6, 221 *Rhyndaco* tot ... montibus inter (*adv.; cf. Il. A 156*) -so totidemque fretis.

C *de divisione, quae non actione fit, sed mente, cogitatione, ratiocinatione*:

1 *res inanimatas*: a *agros* (*v. vol. I p. 1284, 24*), *fundum sim. dimetiri* (*cf. p. 1597, 75. 1599, 19. opp. assignationi*: SIC. FLACC. grom. p. 118, 11 Th. p. 125, 9. -cre (et) assignare: FRONTIN. grom. p. 1, 3 Th. 1, 6. 15 *al.*): VARRO rust. 1, 2, 10 viginti virum qui fuit ad agros -endos Campanos (CORP. XIV 2264 [*aut post bellum Philippense, aut post Actiacum*]. FRONTIN. grom. p. 1, 15 Th. ager per strigas et per scamna -sus et assignatus est. p. 11, 13 decimanus . . . -bat agrum dextra et sinistra, cardo citra et ultra. p. 11, 16 cum . . . ager eo fine [*decumano*] in duas -atur partes. LABEO dig. 32, 30, 4 *fundum* finibus. 33, 2, 31 certis regionibus *al.* ISID. orig. 15, 13, 15 [= GROM. p. 369, 27 L.] *agros* in pertica -sos). CIC. div. 1, 31 cum ... *Attus Navius* in quattuor partes vineam -isset (*auspicans*). LIV. 5, 55, 5 ut ... forma urbis sit occupatae magis quam -sae similis. VITR. 1, 4, 12 *Hostilius* areas -sit. 1, 7, 1 -sis angiportis et plateis constitutis. SVET. Aug. 30, 1 spatium urbis in regiones vicosque -sit. b *orbem, terras* (*cf. p. 1600, 22 sqq.*): VARRO rust. 1, 2, 3 cum orbis terrae -sus sit in duas partes ab Eratosthene (FRONTIN. grom. p. 11, 1 Th. aruspices orbem terrarum in duas partes -erunt. p. 28, 2 altera linea ad septentrionem a meridiano -erunt terram. APVL. mund. 4 plerosque ... auctores terrarum orbem ita -isse, partem eius insulas esse, partem vero continentem vocare [-i *vulg.*]. HYG. astr. 1, 8 p. 27, 11 quaecumque regio est, quae inter arcticum et aestivum finem collocata est, ea -itur trifariam [trifarie *pars codd.; cf.* 2, 19 p. 59, 22 orbem terrarum superiores trifariam -erunt]). PLIN. nat. 4, 51 Graeci ... Ionium -unt in Siculum et Creticum. 6, 196 quidam longitudinem *Aethiopiae* ita -erunt. *absol.*: PLIN. nat. 5, 67 qui subtilius -uut. c *in geometria*: CIC. fat. 15 in sphaera maximi orbes medii inter se -untur (16). VITR. 1, 6, 13 reliquae partes dextra tres ac sinistra tres -endae sunt aequaliter (*cf.* 1, 6, 7). 3, 3, 7 frons loci . . . -atur in partes *tot*. 3, 3, 10 altitudo -atur in *tot partes*. 3, 5, 6 qui locus -it *tot* et *tot partes*. 9 pr. 5 uti -antur duo trigona. 9, 7, 3 ut aequa duo hemicyclia sint -sa. 9, 7, 7. 10, 6, 1 in capitibus *tigni* circino -entur circumitiones eorum tetrantibus et octantibus in partes octo. 10, 11, 4 -atur medium lineae descripta⟨c⟩ (*al.* -atur medium *scutulae* linea[e] descripta), et cum -sum erit *eqs.* SEN. nat. 1, 9, 10 coronam si -seris, arcus erit. HIER. epist. 64, 13 pilleolum, quale . . . conspicimus, quasi sphaera media sit -sa. BOETH. mus. 1, 6 p. 193, 17 linea . . . quae continua est, in infinita semper partitione -itur. PS. BOETH. geom. p. 375, 10 quae *linea* in duas partes aequas circulum -it. p. 381, 15 si duae rectae lineae sese -ant. p. 385, 22 si recta linea per aequalia -atur (*sic passim; syn.* seco). *absol.*: QVINT. inst. 1, 10, 49 de ratione -endi, de sectione in infinitum. d *in astronomia sim*: VARRO ling. 9, 24 caelum (in caelo *codd.*) ut ab aequinoctiali circulo ad solstitialem et hinc ad septemtrionalem -sum, sic contra [a] paribus partibus idem a bruma versum contraria parte (CIC. div. 2, 42 caelum in sedecim partes -erunt Etrusci [*cf.* PLIN. nat. 2, 143]. 2, 92 qui *orbes* caelum quasi medium -unt. MANIL. 1, 608 *coluri signantes* caelum . . . per astra *zodiaci* quattuor in partes -sum mensibus aequis. SEN. nat. 5, 16, 3 quidam . . . quattuor . . . caeli partes in ternas -unt. 5, 17, 2 caelum . . . -itur in circulos quinque). CIC. Arat. 268 hunc octo in partes -sum noscere circum (HYG. astr. 1 praef. p. 20, 14 *ibid.* p. 20, 1 ut non aequis partibus -rentur *circuli sphaerae. sim. passim*). MANIL. 1, 640 *orbem* medium . . . secantem caelum et -so signantem culmine mundum. 2, 298 -sum ⟨ut⟩ signis mundum putet esse quaternis. 2, 674 in partes -si[t] quattuor orbis (GERM. 526 frg. 5, 6). 3, 322 bene -so (*i. dimidiato*) . . . orbe. 3, 405 has inter *partes* quasque accipiet Nemeaeus in horas, quod discrimen erit, per tres id -e partes. GERM. 572 orbis perfecti -sus . . . arcus. FIRM. math. 2, 6, 2 hac sunt arietis partes ratione -sae (*sic passim*).

2 *homines inter se, multitudinem hominum in partes sim.*: VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 in tres partes -sa copia, in populos duodecim. CIC. rep. 2, 39 reliquum populum distribuit in quinque classes senioresque a iunioribus -sit. LIV. 1, 13, 6 cum populum in curias triginta -ret (PAVL. FEST. p. 54 populus Romanus per centenas turmas -sus erat. FLOR. epit. 1, 1, 15 iuventus -sa per tribus. AMPEL. 49, 1 populus in tres tribus -batur. 49, 2 *Servius populum* in tribus, classes, centurias -sit). 9, 46, 11 humilibus per omnes tribus -sis. VAL. MAX. 1, 1, 17 nomen ... Potitium in XII familias -sum. PLIN. nat. 3, 28 Asturum ... populi -si in Augustanos et Transmontanos. QVINT. decl. 365 p. 398, 9 turbam . . . quae universa noceret, -endo extinguis. p. 398, 11 vis ego illos iungam, qui se ipsi -unt. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 31 a HS $\overline{LX}$ ad $\overline{C}$ usque trifariam coetus gladiator(um) -sus sit. POMP. gramm. V 158, 10 hominem unmquid potes -ere? e contrario plebem -is; possum ergo dicere 'stultissimus est plebis' (*cf. p. 1612, 39*).

II *de divisione rerum incorporalium*: A *de divisione, quae fit actione separandi*: 1 *tempus* (*aliter p. 1606, 12*): a *tempus in partes*: VARRO ling. 6, 3 *tempus* -sum in partes aliquot, maxime ab solis et luuac cursu (MANIL. 3, 511 *tempora* -sa . . . proprios ducuntur in annos et menses *eqs.*). rust. 2, 4, 14 natura -sus *scrofarum* annus bifariam, quod bis parit in anno (OV. met. 5, 565 Iuppiter ex aequo volventem -it annum. PLIN. nat. 2, 44 in duodecim mensium spatia oportere -i annum). rust. 3, 2, 15 diem meridie -ere (SEN. Tro. 197 *Achillis umbra* alta nocte -sit diem [*fort. praestat* diem *intellegere* '*lucem diurnam*' *et locum referre ad I A 1 b α, cf. Hoffa, Herm. 49 (1914) 472*]. PORPH. Hor. carm. 2, 7, 7 'fregi . . . diem' videtur pro ⟨eo⟩ quod est '-si' dixisse). GERM. 78 luna . . . mensem . . . pleno -it orbe. SIL. 7, 155 mediam ⟨in⟩somni cum bucina noctem -ret. b *tempora inter se* (*tempus a tempore, inter tempora*): GERM. 498 *Phoebus* -it aequali

spatio noctemque diemque (ITALA gen. 1, 14 [Ps. Cypr. pasch. 5 *al.*] *ut sol et luna* -ant inter diem et noctem [διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀνὰ μέσον τῆς νυκτός, VVLG. diem ac noctem. AVG. loc. hept. 1, 1 p. 507 inter medium diei et inter medium noctis]). VELL. 1, 16, 3 una neque multorum annorum spatio -sa aetas ... illustravit tragoediam. SEN. dial. 6, 18, 2 solem cursu ... annuo aestates hiemesque aequalius[que] -entem. LVCAN. 2, 689 ne bucina -at horas (PLIN. nat. 7, 215 Scipio Nasica ... primus aqua -sit horas acque noctium ac dierum. SCHOL. Stat. Theb. 5, 86 ut senae horae eo tempore -rentur a sole [*i. dies in duas partes senum horarum*]). LVCAN. 10, 201 sol tempora -it aevi (PRVD. cath. 5, 2 dux bone luminis, qui certis vicibus tempora -is). FRONTIN. strat. 1, 5, 17 bucinatore, qui vigilias ... -ret. TAC. Agr. 9 tempora curarum remissionumque -sa (*cf.* CIC. Mur. 74). c *tempus inter personas, cum personis*: LVCR. 1, 1066 *illos* alternis nobiscum tempora caeli -ere. LIV. 22, 27, 9 nec se tempora a[p]ut dies imperii cum eo, exercitum -urum. SEN. benef. 3, 16, 3 nisi singulis *adultera* -sit horas. epist. 24, 20 hunc ipsum, quem agimus, diem cum morte -imus. 65, 1 hesternum diem -si cum mala valetudine. 117, 32 vitam nobiscum -it somnus. PLIN. epist. 4, 9, 9 ita -erat tempora reus inter me et eum, qui *eqs.* *adde*: FIRM. math. 3, 4, 19 cum *Mars* ... -sa sibi temporum spatia possederit. 5, 3, 27 dominus temporum ... sibi ceterisque stellis -ens tempora. d *tempus inter actiones*: VARRO rust. 2 pr. 1 annum ita -erunt, ut nonis ... diebus ... usurparent, reliquis ... ut ... colerent. SEN. dial. 8, 2, 2 annis inter officia -sis. 9, 17, 7 quidam nullum non diem inter otium et curas -bant. benef. 7, 31, 3 nat. 7, 25, 4. epist. 47, 7 *minister* tota nocte pervigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem -it. 83, 3 hodiernus dies solidus est; nemo ex illo quicquam mihi eripuit; totus inter stratum lectionemque -sus est. PANEG. 11 (3), 4, 7 ita illi[s] anni spatia -sa sunt, ut aut barbaros domitet aut civibus iura restituat. AMM. 16, 5, 4 ut noctes ad officia -ret tripertita, quietis et publicae rei et Musarum. *nota: homines* -ere *i. aetates hominum*: AVSON. 390, 16 nec tantum nostris spatium interponitur annis, quanta solent alios *patres et natos* tempora -ere.

2 ***animum, mentem sim.***: a *singulorum hominum intentionem, curam sim.*: SIL. 5, 102 -sus quisque timore (-i *codd.*) nunc superos ... nunc deinde precari Flaminium. STAT. Theb. 5, 293 multa metu reputans et vix confisa Lyaeo -or ipsa gradu nitente, sed anxia retro pectora. QVINT. inst. 1, 1, 34 *legenti* -enda intentio animi, ut aliud voce, aliud oculis agatur. AMBR. Abr. 2, 8, 60 mentem. HIER. in Ezech. 10 pr. sensum lectoris. VVLG. I Cor. 7, 33 qui ... cum uxore est, sollicitus est ... et -sus est (μεμέρισται. HIER. adv. Iovin. 1, 13 p. 230^C^ -sus est, in multas scilicet sollicitudinum partes miseriarumque distractus). CLAVD. 21, 300 -is ingentes curas teque omnibus unum obicis (*aliter* VICTORIN. Macc. 272 anxia secum -it et curas, et spes et sic timor una luctantur [HIL. Macc. 277 ducit heu curas]). *exprimitur, quo intendatur animus*: CATVLL. 62, 15 nos alio mentes, alio -simus aures (STAT. Ach. 1, 200 Thetis ... huc illuc -sā mente volutat). VERG. Aen. 4, 285 (= 8, 20) animum nunc huc celerem, nunc -it illuc. VITA Cypr. 19 inter gaudium ... et dolorem ... in partes -sus animus (FIRM. math. 6, 34, 6 ut ... animus per diversa genera sollicitudinum -atur). AMM. 23, 1, 2 diligentiam ... ubique -ens (diffidens *trad.*). PRVD. ham. 776 -it huc illuc rapiens sua quemque libido. GREG. M. in euang. 14, 3 malignus spiritus ... alium per iracundiam -it. *adde*: HIL. Macc. 191 tristia vulnera (*i. dolorem*) matris per partus -sa suos. b *plurium hominum curas, studia, iudicia, hominem ab homine, a re* (adversus *hominem p. 1604, 3*; inter *homines p. 1604, 19*): α *act.*: *homines inter se*: CIC. rep. 1, 31 mors Ti. Gracchi ... -sit populum unum in duas partes. HOR. epist. 1, 14, 31 quid nostrum concentum -at, audi. VAL. MAX. 9, 3, 4 *irae vis* unius civitatis et aetates et affectus -ere valuit. PLIN. nat. 33, 31 -sus ... ordo *equester* erat superba usurpatione nominum. SIL. 7, 739 castra virosque -ere. TERT. adv. Val. 11 p. 190, 2 -endae doctrinae Valentini. OPTAT. 7, 5 p. 178, 1 dum impie membra ecclesiae -erunt. *ibid.* l. 2 -endo ecclesiam. CLAVD. 18, 281 geminam quid -is aulam? *hominem a re*: CASSIOD. Didym. in Iacob. p. 1754^C^ sermo ... et doctrina *Iesu homines* ... -it et abiungit a terrenis atque materialibus rebus. GREG. M. moral. 14, 56 *scribae et legis doctores* multos ab eius fide -erunt. β *pass. et refl.*: CAES. Gall. 6, 11, 5 omnes civitates in partes -sae sunt duas. 7, 32, 5 -sum *esse* senatum, -sum populum ⟨in ς⟩ suas (divisas *P. Meyer*) cuiusque eorum clientelas. civ. 1, 35, 3 SEN. contr. exc. 3, 8. SEN. epist. 26, 6 *existimatio hominum* dubia semper est et in partem utramque -itur. TAC. ann. 2, 43 -sa et discors aula erat tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. PLIN. epist. 4, 9, 19 sunt ... ut in senatu ita in civitate in duas partes hominum iudicia -sa. SVET. Nero 58, 3 -si in factiones. TERT. adv. Val. 4 p. 181, 20 plerosque -i ⟨de⟩ quibusdam articulis. AVSON. 440, 3 in partes deorum studia -untur. COD. Iust. 5, 11, 7, 1 (*a. 531*) in tali dubitatione multa pars legislatorum sese -sit.

nota has iuncturas praepositionales ab ECCL. *praecipue usurpatas*: -i, se -ere ab: VAL. MAX. 8, 9, 1 a capite *reipublicae* ... cetera parte corporis ... seditione -sa. PS. TERT. haer. 1 p. 213, 10 *Pharisaei* a Iudaeis -si sunt. AMBR. exc. Sat. 1, 47 Lucifer ... se a nostra ... communione -erat. AVG. in psalm. 106, 14 p. 1428 qui se -unt ab unitate (civ. 10, 8 p. 414, 20 D. sese ab ... societate -entes). GREG. M. moral. 3, 48 haeretici a semetipsis ... altercatione -untur. -ere, -sum esse, -i adversus, contra, in: ITALA Matth. 10, 35 (cod. k Tert. scorp. 10) veni ... -ere hominem adversus patrem suum (διχάσαι, VVLG. separare). VVLG. iud. 5, 15 *et* 16 -so contra se Ruben. Matth. 12, 25 regnum -sum contra se (βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς. Marc. 3, 24 in se. Luc. 11, 27 in se ipsum). Matth. 12, 26 *satanas* adversus se (ἐφ' ἑαυτόν) -sus est. Luc. 12, 52 tres in duos et duo in tres -entur. AVG. conf. 5, 10 adversum me impietas mea me -erat. serm. 71, 2 p. 447 spiritus Iunonis et spiritus Herculis -si sunt adversum se. c. Petil. 3, 3, 4 ne quis pro altero inflatus adversus alterum -atur. c. Cresc. 4, 51, 61 quo sacrilegio contra unitatem pacemque Christi ⟨di⟩videremini. civ. 14, 16 p. 39, 6 D. *libido* adversus se ipsa -itur. 15, 4 p. 63, 3 civitas ... adversus se ipsam ... -itur. ISID. sent. 1, 11, 9 ut qui noluit cum deo esse unitus, esset in semetipso -sus. *sim.*: ad: ASSVMPT. Moys. 5, 2 ipsi -entur ad veritatem (*cf.* 5, 4 non ... sequentur veritatem *et supra p. 831, 41*). super: ITALA Luc. 12, 52 (Hil. in Matth. 10, 22 p. 975^B^. *cf.* p. 975^C^. 10, 23 p. 976^A^) tres in duos et duo super (per *al.*) tres -entur (VVLG. *v. supra l. 8*). -ere, -sum esse inter: VVLG. Is. 59, 2 iniquitates vestrae -erunt inter vos et deum vestrum. AVG. c. Parm. 2, 6, 11 inter tam multos parentes et filios, maritos et uxores ... nefario schismate -erunt. inter se: HIER. epist. 42, 1, 3 regnum *satanae* inter se non esse -sum.

absol.: -sum esse *i. -sum esse contra se*: HIL. in Matth. 12, 15 *ter.* -i (*sc. ab aliquo*): AVG. c. Petil. 3, 51, 63 ut haereant *Christo* et non ad nomen Pauli -antur *sc. a Christo.*

3 ***alias res incorporales*** (***actionem***, *statum sim.; homines, res corporales i. actiones, quae ad ea pertinent, l. 39. 75 sqq. p. 1605, 66. 80. 1606, 5*): a -ere rem in partes, rem a re: CAES. civ. 3, 17, 3 sic belli rationem esse -sam, ut *eqs.* (QVINT. inst. 3, 6, 55 a quibus ... -sa ratio est, ut *eqs. cf.* 1, 10, 22 *p. 1606, 75.* 11, 1, 15 *p. 1607, 25.* decl. 339 p. 340, 16 *p. 1609, 59*). BELL. Alex. 63, 3 neque habet *Lepidus* a Marcello quicquam -si (*cf.* LIV. 27, 22, 9 in Sicilia ita -sa res est). PETRON. 114, 9 amplexus amantium iratum -et mare (HOMER. 325 ensis oscula). MART. 4, 82, 8 -sum sic breve fiet opus. QVINT. inst. 2, 1, 13 non crescet, sed -etur, qui sub uno praeceptore miscebatur, labor. FRONTIN. aq. 9 ita -sa erogatione. TAC. ann. 3, 15 *Plancina* segregari a marito, -ere defensionem *suam a mariti defensione* coepit. 12, 54 ita -sis (*sc. vel procuratoribus vel provincialibus*), ut huic Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent. SVET. Iul. 39, 3 pugna -sa in duas acies. PAPIN. dig. 45, 2, 11 pr. reus ... actionem suam -ere si velit (*ibid.* -sis actionibus. 46, 6, 12 *bis.* PAVL. dig. 15, 1, 47, 3). GELL. 3, 2, 3 ita videtur *Varro* dierum observationem -isse, ut *eqs.* TERT. anim. 51 -etur ... et mors, si et anima. pudic. 14 -sam apostoli severitatem in quendam inflatum et in quendam incestum. AMM. 15, 11, 6 potestate in partes -sa quattuor. 22, 7, 8 quae (*civilia et castrensia*) cum ita -ret. TRACT. de trin. fid. p. 195, 28 nisi unum deum in ipsa -sorum operum societate videamus. b *in diversa loca*: CIC. div. in Caec. 38 *v. l. 64.* Manil. 31 hoc tantum bellum ... tam late -sum atque dispersum (CYPR. ad Donat. 6 bella ubique -sa). HOR. sat. 2, 8, 78 in lecto quoque ... stridere secretā -sos aure susurros. FIRM. math. 3, 13, 4 actus suos per multa -unt loca. 5, 1, 8 in duabus civitatibus aut potentia eius aut patrimonium -etur. AVSON. 470, 7 -sa per urbes quattuor antiquas stirpis origo meae. COD. Iust. 5, 59, 5 pr. (*a. 531*) ubi non -sa est administratio vel pro regionibus vel pro substantiae partibus. ANTH. 402, 5 -sa ruina est *in terras*; uno non potuit tanta iacere solo. *in metaphoris*: SEN. Thy. 101 hunc hunc furorem -e in totam domum. FIRM. err. 28, 10 per omnem substantiam generis tui secunda poena -itur. c *in diversa tempora*: TER. Andr. 476 non sat commode -sa sunt temporibus tibi ... haec (DON. digesta et composita et distributa. EVGRAPH. non bene ... haec ... temporibus tradidisti. *nescio an huc pertineat* GLOSS. V 532, 66 -sa disposita). CIC. div. in Caec. 38 quae C. Verres ... peccarit, ea, quemadmodum locis temporibusque -sa sint, sic criminibus et oratione distinguere. HOR. sat. 1, 5, 5 hoc iter ... -simus, altius ac nos praecinctis unum. CELS. 2, 10, 12 ista medicina (*sc. sanguinis missio*) ... in biduum -enda est. 3, 12, 2 -enda curatio est et ante horror, tum febris discutienda. 5, 27, 13^A^ -i ... curatio potest in ea, quae *eqs.*, deinde in ea, quae *eqs.* SEN. dial. 9, 11, 9 nec magnis ista intervallis -sa, sed *eqs.* PLIN. nat. 18, 291. SVET. Claud. 23, 1 rerum actum -sum antea in hibernos aestivosque menses coniunxit. PS. QVINT. decl. 19, 3. PAVL. dig. 10, 3, 19, 4 possunt iura ... separata a fundo esse et nec mensura aut temporibus -sa. PAPIN. dig. 26, 7, 37, 1. AVG. gen. ad litt. 1, 14 p. 21, 17 quod deus faciendi temporibus non -sit. *nota: homines temporibus -untur i. actiones, quae ad homines pertinent*: SEN. apocol. 3, 4 hos ... tres uno anno exiguis intervallis temporum -sos mori. *rem per tempora i. actiones, quae ad rem vel rei partes pertinent*: CATO agr. 70, 2 *potionem* ita -ito: cum ter unicuique *bovi* dederis, omnem absumas (COLVM. 6, 5, 3 medicamentum ... -sum portione aequa per triduum). SPART. Did. 3, 9 ut per triduum porcellum, per triduum leporem -ret. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 118 facilius accepta digeruntur duorum temporum oblatione -sa. d *cum homine, inter homines (res)*: PLAVT. Mil. 866 meam partem, infortunium si -etur,

[Bauer]

diutule *adv.* [*a 2.* diu *deminutive; cf.* diutius. *Th.*]. Gell. 5, 10, 7 cum -e auditor assectatorque Protagorae fuisset. 11, 16, 6 cum -e tacitus in cogitando fuissem (*cf.* Apvl. flor. 2 p. 6 tacentem [Macr. sat. 7, 11, 3]). Apvl. flor. 16 p. 67 -e obrigui. 18 p. 88. 21 p. 101 *bis.* Macr. sat. 7, 12, 11. 7, 13, 18 pallium ... -e lavi. 7, 16, 15. 21. Marcell. med. 22, 15 *epatieus* in eo latere -e iacebit. Mart. Cap. 8, 803. 810 alterna -e obiurgatione rixatis.

diuturne *v.* diuturnus *p. 1647, 6.*

***diuturnitas**, -atis *f. a* diuturnus. *plur.*: Arnob. nat. 6, 16 Avg. civ. 15, 9 p. 76, 1 D. *legitur inde a* Cic. *et* Varr., *deest poetis praeter* Pvblil. N 46. 1 *de rebus*: **a** *corporeis fere i. q. firmitas, soliditas, perduratio*: Vitr. 2, 9, 4 siccescendo recipiunt in se -em *arbusta*. 2, 9, 10 *alnus* permanet ad -em (2, 9, 12 aeternam). 2, 9, 17. 2, 10, 1 habere -em. Colvm. 3, 2, 3 stirpis. Plin. nat. 13, 19 *odorum*. 18, 304 *frumenti* (18, 305 *cf.* Amm. 23, 6, 38). Arnob. nat. 6, 16 signorum. Ambr. hex. 2, 3, 10 substantiae. Macr. somn. 2, 10, 4 rerum. **b** *incorporeis i. q. longinquitas, longum tempus* (*cf.* Gloss. αἰωνιότης. Don. Ter. Hec. 302 'olim' ad -em rettulit): *α absol. vel ita, ut gen. facile suppleatur*: Cic. Verr. 1, 54 cum accusatio nostra in oblivionem -is adducta sit. leg. agr. 3, 8 si isti agri ... aliquam spem -is (*sc. possessionis*) attingunt (rep. 2, 5). Marcell. 12 quantum operibus tuis -s detrahet. leg. 2, 24 animi labes ... -e evanescere ... *non* potest (*cf. de hoc ablat.*: Cato 38 *opp.* subito. nat. deor. 2, 5 Varro rust. 3, 14, 5. Hirt. Gall. 8, 12, 1 *coniunct.* consuetudine. Bell. Alex. 33, 2. 53, 5 Tac. ann. 12, 29). leg. 3, 18 turpitudo manet -e sublata. fin. 2, 88. 3, 47 *opp.* brevitate. 3, 61 Tusc. 2, 45 *coniunct.* magnitudinis. 3, 74 *doloris* (*opp.* cogitatio ... diuturna). nat. deor. 2, 28 div. 1, 128 off. 2, 23. epist. 5, 16, 5 -s, quae maximos luctus vetustate tollit. Pvblil. N 46 nihil non aut lenit aut domat -s. Sen. dial. 9, 1, 3. Apvl. Plat. 2, 13 *amoris* (*opp.* constantia). Tert. apol. 32 Romanae -i favemus. Avr. Vict. Caes. 34, 3. Amm. 25, 4, 15 debita multa -e congesta. Schol. Verg. Veron. Aen. 2, 98 Avg. civ. 12, 18 p. 540, 4 D. tam longae sine initio -is (Ps. Avg. serm. 117, 5). 18, 21 p. 283, 6 Assyrium *regnum* finem tantae -is accepit. Zacch. 2, 16. 3, 8. Merob. pros. 1 B 13 *opp.* brevitas. *nota tropice*: Ennod. dict. 17, 4 p. 474, 19 iam -is morsibus in rugas ... forma vergebat. *i. q. tamdiu*: Greg. Tvr. Iul. 17 quid tu ... in tanta -e (diurnitate *v. l.*) deprimeris? *β acced. gen.*: Cic. Manil. 26 imperii (Mur. 75 Liv. 23, 32, 9. Avg. civ. 4, 3 p. 148, 32 D. *coniunct.* latitudinem. 4, 9 tit. *coni.* amplitudo. *cf.* 4, 21 p. 170, 17 regni). Mur. 33 obsessionis (Oros. hist. 1, 17, 3. *cf.* Caes. civ. 3, 9, 6 oppugnationis). rep. 2, 27 rei publicae. fin. 1, 40 *doloris* (*opp.* magnitudinem). 2, 87 temporis (ac. 2, 119 nat. deor. 5 Divi Fr. Marcian. dig. 23, 2, 57ᵃ Lact. inst. 7, 20, 9. Avg. civ. 21, 4 p. 491, 24 D. *coniunct.* vetustate. Evstath. Bas. hex. 6, 5 p. 926ᴮ Alc. Avit. epist. 60 p. 81, 17 Isid. nat. 47, 4). de orat. 1, 14 pacis (Caes. civ. 1, 85, 7 Amm. 29, 6, 11). 1, 129 memoriae. Att. 7, 22, 1 victoriae et dominationis. ad Brut. 1, 18, 6 belli (Caes. Gall. 1, 40, 8 Sall. Iug. 64, 6 Nep. Timol. 3, 1 Liv. 26, 26, 10. 31, 6, 3 *coniunct.* gravitate). Caes. Gall. 3, 4, 3 pugnae. civ. 2, 36, 1 otii. Sall. hist. frg. 3, 87 reliqua cadaverum ad -em usus sallerent (Amm. 17, 8, 2. 20, 5, 5). Nep. Ham. 2, 1 externi mali. Liv. 4, 24, 3 honoris (*opp.* magnitudine). Scrib. Larg. 107 vitiorum (*coniunct.* difficultatem). Tac. hist. 4, 48 officii. Plin. epist. 1, 19, 3 amicitiae nostrae. Cypr. epist. 37, 2 gloriae. 39, 2 famis. Cod. Iust. 7, 33, 7 (*a. 293*) possessionis. Evtr. 1, 9 potestatis. Avg. civ. 15, 9 p. 76, 1 D. humanarum vitarum (Sidon. epist. 2, 13, 4). 21, 20 poenarum (*opp.* aeternitatem). in Iob p. 532, 3 tenebrarum. Oros. hist. 5, 19, 20 caedis.

[Hofmann]

SACR. Leon. p. 365 deprecationis. ENNOD. opusc. 4, 2 p. 383, 16 eloquentiae. CASSIOD. var. 2, 32, 2 licentiae.

2 *de hominibus*: **a** *sine gen.*: PLIN. epist. 5, 8, 2 me ... nihil aeque ac -is amor ... sollicitat. CALL. dig. 50, 16, 220, 3 ut ex prole *liberorum* ... -is nobis memoriam ... relinquamus. AVG. serm. ed. Mai 1, 3 *opp.* aeternitatem. **b** *cum gen.*: VAL. MAX. 8, 13 ext. 1 qnorum *regum* -s populo Romano fuit utilissima. SEN. dial. 6, 10, 3 *nostrorum* (*opp.* perpetuitate). COD. Iust. 12, 40, 5, 2 (*a. 413*) ne -s commanentium *in hospitio* ... praedium vexet. ALC. AVIT. hom. 26 p. 146, 33 hominnm (*opp.* brevitate).

syn. et coniuncta: amplitudo, consuetudo, difficnltas, gravitas, latitudo, magnitndo, vetustas. *opp.*: aeternitas, brevitas, magnitudo, perpetuitas. constantia.

diuturnō *v. p. 1647, 15.*

×**diuturnus**, -a, -um *adi.* [*cf. c.* 2. diu, diutius, *necnon c.* diurnus, diurnare; *de u correpta v. Skutsch, Berl. Philol. Wochenschrift [1895] 1335. Th.*]. *compar. legitur inde a* CIC. (Phil. 10, 20 top. 69 epist. 6, 13, 3. 7, 5, 1), VARRONE (rust. 1, 8, 4. 2, 7, 11), CAES. (Gall. 1, 14, 5) *passim*; magis -ns: OV. trist. 3, 3, 78 (*metri causa*; -ior fast. 6, 219), COLVM. 9, 1, 3; *superl.*: AVG. civ. 21, 23 p. 528, 6 D. *cf.* maxime -us: CIC. Tusc. 1, 108. *in codd. saepius confunditur cum* diurnus. *de differentia vocum* diutinus, diuturnus, diurnus *v. s.* diurnus *p. 1639, 60.* *vox inde a* CIC. VARRONE CAES. *lecta vitatur a poetis cultioribus prosodiae vulgaris causa, ut videtur; v. Jachmann, stud. prosodiaca p. 31, ubi addas*: MANIL. 3, 125 -i. GERM. frg. 4, 55 -a. *cf. etiam s.* diutinus *p. 1643, 18.* GLOSS. διηνεκής. χρόνιος. -um αἰώνιον. πολυχρόνιον. diutinum, quod habet temporis longinquitatem. multi temporis. abundantissimum. NOT. Tir. 69, 99 aeternum, -um, perpetuum. *v. etiam Onomast.*

1 *de rebus*: **a** *i. q. firmus, solidus, perdurans* (*fere de corporeis*): CIC. de orat. 1, 113 animi atque ingeni ... motus ... ad memoriam firmi atque -i *sint.* 2, 88 non ... potest in eo sucus esse -us, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. leg. 1, 1 nullius ... agricolae cultu stirps tam -a quam poetae versu seminari potest. Tusc. 1, 108 ut quam maxime permaneant -a corpora *mortuorum condiendo.* VARRO rust. 1, 8, 4 palus e pertica, meliore dura, quo -ior. OV. Ib. 334 moenia *Troiae* ... non -a (indiuturna *Turon.*). FABIAN. frg. Diom. gramm. I 375, 23 caro sallita -ior. COLVM. 9, 1, 3 quidquid ... sub iniuria pluviarum magis -um est. 11, 3, 3 quia *viva saepes* ... -ior immensis temporibus permaneret. PLIN. nat. 7, 188 -iora (*sc. homine*) in vita multa reperiantur. 16, 196 spissiores *arbores* ex apricis *partibus* ac -ae. 16, 218 quaedam ... *ligna arborum* in aliis -iora sunt nsibus quam alia. 19, 115 ita -iora fient *alium cepaque.* 19, 121 radix -a et fruticosa. 21, 100 *flos* (*cf.* AMM. 14, 6, 11 *in similitud.*). GARG. MART. pom. 1, 1 cydonea in sc⟨r⟩obe servata -a. AVG. civ. 15, 9 p. 75, 25 D. -a sunt *ossa hominum.* BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 1 p. 242, 15. ORIBAS. syn. 5, 46 (*inter signa frigidi cerebri*): capilli recti et rubei et -i (*μόνιμοι, i. qui non decidunt*). **b** *ad tempus potissimum spectans i. q. longus, longinquus, diu permanens* (*fere de incorporeis. cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 98 lento duello: bello -o. *add. abl. limit. p. 1646, 31*): CIC. inv. 2, 164 patientia est ... rerum arduarum ... voluntaria ac -a perpessio. div. in Caec. 2 iucnndam -amque memoriam quaesturae (Phil. 9, 4). Verr. 1, 5 cum infamia non recenti, sed vetere ac -a flagraret (1, 43 gravi). 4, 47 bellum acerbum -umque (Font. 12 Manil. 35. Sest. 58 *coniunct.* grave. epist. 6, 4, 1. SALL. Iug. 79, 3 magno. AVR. VICT. Caes. 32, 5 *coniunct.* anceps. PARIS 3, 3, 1 [diutino VAL. MAX.]. AMM. 30, 8, 5. AVG. civ. 5, 22 p. 234, 34 D. [*cf. antea* bellum paulo diutius trahi]. OROS. hist. 6, 11, 18. *cf.* AMM. 23, 5, 20 Marte). Verr. 5, 122 -am pacem fidelitatemque populi Syracusani (Manil. 44 prov. 5 rep. 5, 3 LIV. 4, 45, 4. 8, 21, 4. 26, 21, 7 COLVM. 1 pr. 19). 6, 75 lucis usuram. Caecin. 12 *honorem* (*opp.* mature). Cluent. 35 nuptiae (*cf.* LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 28 matrimonia. BACHIAR. repar. laps. 20 coniugia). 66 obscuritate (*cf.* Sest. 20 tenebris. AMM. 29, 5, 53 latebris). Manil. 59 minus certa ... hominum ac minus -a vita (Tusc. 3, 69 VAL. MAX. 8, 13 pr. CVRT. 8, 5, 16. 9, 6, 19 PORPH. Hor. epist. 2, 1, 144 CHIRON 2. 759 AVG. civ. 4, 5 p. 151, 22 D.). leg. agr. 2, 3 -o labore ... esse factos *consules* (*postea* multis annis. *cf.* Att. 9, 10, 3 CAES. civ. 2, 15, 4 LIV. 5, 26, 10 AMM. 16, 4, 4 *al. cf.* 20, 8, 7 sudoris). leg. agr. 2, 3 -is precibus efflagitatus. Sull. 76 magnis et -is ... rei publicae morbis (Phil. 8, 5 *coniunct.* gravi. nat. deor. 3, 84 misero. LIV. 26, 26, 4 SVET. Cal. 1, 2 *cf.* Aug. 28, 1 valetudinis [Galba 3, 1]. FIRM. math. 6, 31, 86 aegritudinem [*syn.* longam]. AVG. civ. 22, 8 p. 578, 5 D. languore). dom. 3 impunitate (Sest. 82 CAES. Gall. 1, 14, 5 PANEG. 5 [8], 12, 2). 12 caritatem. Sest. 22 obstructio. 103 possessionibus (*i. diu habitis.* CVRT. 8, 8, 11). 118 servitute (Phil. 10, 20 or. frg. A VII 30 ad Q. fr. 1, 1, 16 AVG. civ. 5, 22 p. 234, 7 D. *coniunct.* devotissimam). Vatin. 6 odium (*postea* inveteratum). Cael. 80 laborum ... fructus uberes -osque capietis (leg. 3, 25 CVRT. 8, 5, 15 *opp.* praecoqnem. 9, 6, 18 *opp.* perpetuum). har. resp. 7 expectatione. 46 dissensionibus. Mil. 77 laetitiam (NEP. Alc. 7, 1 *cf.* LIV. 4, 32, 6 gandium [5, 28, 8. 39, 50, 9]). Marcell. 1 silenti (COD. Iust. 4, 52, 1. 5, 74, 3 pr. [*a. 529*] PANEG. 5 [8], 1, 1). Phil. 8, 10 promissa. de orat. 1, 125 aut aeterna in eo aut certe -a valet opinio tarditatis. 1, 205 desiderii. 3, 100 delectatione. Brut. 12 pertnrbatione totius valetudinis. top. 69 bona (*opp.* brevioribus. SEN. dial. 6, 12, 4 *coniunct.* magna). rep. 1, 26 quid ... praeclarum putet in rebus humanis ... aut -um, qui cognoverit, quid sit -um? (*cf.* Cato 69 mihi ne -nm qnidem quicqnam videtur, in quo est aliquid extremnm. SEN. dial. 12, 1, 1 nihil perpetuum, pauca -a sunt). rep. 1, 41 omnis res publica ... consilio quodam regenda est, ut -a sit (2, 5. 3, 7. *cf.* 2, 62 *statum.* LIV. 6, 9, 3 rem Antiatem. TAC. ann. 4, 33 rei p. forma). 6, 23 gloriam (*opp.* aeternam). fin. 1, 68 (*ex Epicuro*) malum (*opp.* sempiternum. OV. trist. 4, 6, 50). 3, 15 quae *nomina* nunc consuetudo -a trivit (EPIST. imp. Sev. et Car. ad Tyr. [Corp. III 781] 5 VLP. dig. 1, 3, 33 AMM. 19, 8, 9). ac. 2, 2 quaesturae -um tempus (COLVM. 11, 2, 90 AVG. civ. 5, 22 p. 234, 12 D. 16, 10 p. 140, 6. 21, 23 p. 529, 17 SORAN. p. 71, 3 CASS. FEL. pr. p. 1. 52 p. 136, 5. 82 p. 193, 13. CAEL. AVR. chron. 3, 72 [diurno *cod.*]. CASSIOD. var. 3, 47, 3). Tusc. 2, 44 (*ex Epicuro*) dolor (AVG. civ. 21, 11 p. 512, 26 D. 22, 8 p. 567, 26 *coniunct.* acerbos). 3, 31 praemeditatione. 3, 53 cogitatio (3, 74 *bis*). 4, 81 lippitudo (*opp.* repentinus oculorum tumor). Cato 26 -am sitim explere. nat. deor. 2, 166 quas *res* -us usus ... notavit (Lael. 85. MANIL. 3, 125 *divitiarum.* VLP. dig. 8, 5, 10 pr. AMM. 16, 12, 43. 19, 9, 8 *al.*). div. 1, 2 observatione (1, 109 *et saepius. nota* 2, 28 *syn.* longinquo tempore. 2, 124 *coniunct.* constans). 1, 39 fortuna (epist. 6, 5, 2. *cf.* LIV. 25, 25, 9 felicitate). off. 1, 113 errore *Vlixis* (AMM. 27, 4, 13). 2, 25 *vis.* Att. 7, 1, 6 simulatio. 10, 14, 1 miseria. epist. 1, 7, 7 vetere illa nostra -aque sententia. 2, 16, 1 desperatione. 6, 13, 3 molestiis. 7, 5, 1 commoratio. *al.* CAES. Cic. Att. 9, 7ᶜ, 1 -a (*i. diu efficaci*) victoria uti. HIRT. Cic. Att. 15, 6, 3 haec ..., quae fluunt, per se -a non sunt. SALL. Catil. 31, 1 quies (LIV. 3, 25, 5 CARM. epigr. 1808, 7). OV. fast. 6, 352 obsidio (LIV. 25, 13, 1. 34, 33, 10. FRONTIN. strat. 3, 15, 6 *syn.* longa. *cf.* PANEG. 7 [6], 19, 3 obsessio). trist. 3, 3, 78 monimenta. LIV. 1, 46, 5 regnum (SEN. clem. 2, 1, 4. AVG. civ. 4, 7 p. 153, 22 D. locis amplum temporibusque -um. *cf.* LIV. 4, 24, 4 imperia [4, 24, 6 TAC. ann. 2, 3 IVST. 22, 5, 4 AVG. civ. 5 pr. p. 190, 11 *al.*]). 2, 42, 1 ira. 3, 33, 1 mutatio. 4, 7, 6 iniuria. 8, 4, 5 patientia. 28, 42, 19 -a ac gravi militia. 29, 24, 6 morae (AMM. 20, 9, 1. 21, 12, 14. 25, 6, 11). 39, 26, 13 gratiam. 39, 51, 9 cura (*cf.* AMM. 15, 5, 2 incuria). *al.* VITR. 7, 2, 1 maceratione *calcis.* GERM. frg. 4, 55 nubila. VAL. MAX. 1, 7 ext. 3 (*in similitud. de ira*]). SEN. nat. 3, 15, 3 humorem (*opp.* brevis. *cf.* SOL. 32, 14). 5, 12, 3 venti ... maiores -ioresque (PLIN. nat. 2, 129). 7, 9, 1 cometis. 7, 23, 3. epist. 91, 14 (diurna *codd.*). CVRT. 4, 14, 19. TAC. hist. 3, 41 vincla. ann. 5, 10 rumore (*opp.* acri). 6, 37 initia conatus secunda neque -a. PLIN. epist. 3, 10, 6 effigiem (*de libello*). SVET. Iul. 68, 1 spatio. AVR. Fronto p. 9, 16 N. p. 71, 12 incommoda. APVL. met. 1, 6 maerore. 1, 7 peregrinationis. 1, 11 fatigatione. PANEG. 5 (8), 18, 7 sceleri (10 [4], 7, 4). 8 (5), 9, 6 ardore. 11 (3), 24, 2 regum ... caritates. FIRM. math. 6, 29, 20 viduitatis (*syn.* longae). 6, 31, 35 scabies. PALLAD. 1, 17, 2 -am et solidam siccitatem. AMM. 22, 15, 28 *pyramidum* -as surgendi difficultates. 26, 6, 12 aerumnis. 26, 10, 9 *navem* -a carie fatiscentem (31, 2, 5). 28, 1, 55 squalore. 31, 7, 3 fames (AVG. civ. 1, 10 p. 20, 20 D.). *al.* ORIGO Const. 5, 17 chron. I p. 9, 8 proelium (*coni.* dubinm. HIER. epist. 60, 10, 9 meditatione (*coni.* assidua). 64, 22, 2. VVLG. sap. 4, 8 senectus (*πολυχρόνιον*, *cf.* 2, 10 multi temporis). COD. Iust. 7, 38, 31 (*a. 396*) incubatio. AVG. civ. 11, 12 p. 479, 2 D. beatitudo (*opp.* aeterna). 15, 20 p. 100, 10 aetas. 18, 15 p. 275, 3 expositione (*cf.* bapt. 5, 26, 37 p. 292, 21 inquisitionibus). 21, 17 p. 521, 16 supplicia. c. Pelag. 8, 13 p. 433, 14 magno -oque conflictu (gest. Pelag. 12, 27 p. 80, 18). *al.* PASS. Petr. 4 gemitibus. SVLP. SEV. epist. 1, 13 incendio. CASS. FEL. 49 p. 128 *passio*, quae appellatur chronites (*opp.* acuta. 72 p. 174, 19. *cf.* CAEL. AVR. chron. 3, 73 tardis). EVSTATH. Bas. hex. 5, 4 vitia. SIDON. epist. 3, 12, 1 imbrium fluxu. BOETH. categ. 3 p. 240ᴰ. BENED. reg. 1 probatione (*opp.* novicio). **c** *i. q. vetus* (*cf. infra l. 84*): AMM. 22, 16, 15 Bruchion, ... -um praestantium hominum domicilium. GREG. TVR. Mart. 3, 42 in lectulum se -o oppletum stramine collocat.

2 *de hominibus* (*cf. in similitud.*: CIC. Phil. 2, 90 timor ..., non -us magister officii): *fere i. q. longaevus* (*add. abl. comp.*: *l. 72. 74. p. 1647, 2*): CIC. rep. 2, 23 *ut* nec sine rege civitas nec -o rege esset uno. Phil. 2, 113 non potes, mihi crede, esse -ns. OV. met. 3, 472 vellem -ior esset. fast. 5, 488 quae nupsit, non -a fuit. 6, 219 sit ... nostris -ior annis. trist. 5, 5, 24. EPICED. Drusi 104. 413 perque annos -us eas fratrisque tuosque. VAL. MAX. 8, 7 ext. 5 Carneades laboriosus et -us sapientiae miles. 8, 13, 4 toto ordine amplissimo -ior. CVRT. 9, 6, 8 hoc Macedoniae columen ac sidus (*sc. Alexandrum*) -um fore. PLIN. nat. 7, 188 (*v. p. 1645, 40*). PANEG. 7 (6), 2, 2 utinam -ior recreator hominum quam maturior deornm comes *Claudius*! CAPITOL. Maximin. 30, 2 AVR. VICT. Caes. 26, 4. PROB. Verg. georg. 1, 11 -as esse *dryades.* *adde de bestiis*: VARRO rust. 2, 7, 11 alternis qui admittant, -iores equas ... fieri dicnnt. COLVM. 8, 16, 10 ne si capti quidem perferantur *pisces* in nostra vivaria, -i queant possideri. CHIRON 612 *v. s.* diurnus *p. 1641, 33.* *latiore sensu*: CVRT. 10, 9, 6 eiusdem domus utinam perpetua, certe -a posteritas. SVET. Aug. 32, 2 -orum reorum. *i. q. vetus*: AMM. 15, 5, 8 inimi-

[*Hofmann*]

cus bonorum omnium -us et gravis. 16, 2, 2 velut dux -us viribus eminens et consiliis. 23, 1, 6 e sacerdotum consortio quidam ceteris -ior. *neutr. plur. pro subst.* **diuturna**, -ōrum. AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 3, 2 ut abolefaciat inveterata atque -a (*i. per longum tempus consueta*). HIPPOCR. progn. 11 mali odoris ... et diversa -iora (χρονιώτερα, *de secessu*). *adv.* **diuturnē** *c. compar. et superl.* CIC. epist. 6, 10, 5 spondeo tibi istam acerbitatem et iniuriam non -e (diuturnam *palimps. Taur.*) fore. FRONTO p. 261, 5 N. ⟨di⟩uturnius. FVLG. Virg. cont. p. 106, 11 Iuturna ... in modum perniciei ponitur, quod -e permaneat (*cf.* p. 107, 1). AVG. mor. Manich. 2, 16, 43 quanto -ius reponuntur *fruges*. SIDON. epist. 2, 14, 1 -ius te moraturum. 8, 3, 1 rem...-ius elaboratam. 9, 9, 9 quo -ius expectatione penderes. VEN. FORT. carm. 3, 4, 8 si -ius (diurnius *pars codd.*) fuissemus incomminus. BOETH. categ. 3 p. 242[D] habitus esse qualitates difficile mobiles et -issime permanentes. *adi.* **diuturnō** (*sc. tempore*). CHIRON 755 isti ... naturaliter -o in vita morantur. FVLG. serm. ant. 37 desiduo dicitur -o.

syn. et coniuncta: acerbus, amplus, anceps, assiduus, certus, constans, devotus, dubius, firmus, gravis, inveteratus, iucundus, latus, longus, magnus, miser, permanens, solidus, uber, vetus. *opp.*: acer, acutus, aeternus, brevis, maturus, novicius, perpetuus, praecox, recens, repentinus, sempiternus. *Hofmann.*

?**dīvulātio** (*aliis locis*: debulatio. dibalatio. bibolatio) designatio. desinuatio GLOSS. (divulgatio *vel* depalatio *i.* dipalatio? *Nettleship.* debolatio *Bücheler, coll. Archiv 1 [1884] 289* [bolarium, *v. vol. II p. 2066, 9 sqq.*]). *cf.* GLOSS. devolato designato.

dīvulgātio, -ōnis *f. a* divulgare. *i. q. actus in publicum proferendi, promulgatio, praecipue dictorum* (GLOSS. II 54, 4 δημοθηνία [δημοθοινία *margo cod. Voss.*; δημοθρυλία *Heraeus*]): TERT. test. anim. 5 ante litteraturam et -em eius. CHALC. comm. 165 ex -e famae. 167. CASSIAN. conl. 17, 29 super -e eius (*sc. sermonis*). *technice*: NOVELL. Anth. 1, 5 (*a. 468*) sanctionem ad omnium notitiam pervenire edictorum -e. *interpretationis incertae*: GLOSS. II 54, 4 -o ἐξαγωγή.

dīvulgātor disseminator GLOSS. IV 333, 24. *a* divulgare.

dīvulgo, -āvī, -ātum, -āre [*a dis- et* vulgare. *Th.*]. GLOSS. διαθρυλῶ. διαφημίζω. -at puplicat. notum facit. devulgo δημοσιεύω. περιθρυλῶ. devulgat publicat. quod supra (*praecedit* delabitur defluit. *fortasse pertinet ad* CIC. p. red. in sen. 11 *v. p. 1648, 66*). *cf. etiam* dido *p. 1015, 60 sqq.* *scriptura* -volg- *invenitur in libris orationum* CIC. (*alias semper* -vulg-, *apud* LVCR. SALL. SVET. gramm. 2 (*V*, -valg- *al.*). *scriptura* dev- (*v. l. 71. p. 1648, 20*) *extat* GLOSS. (*v. l. 37 sq.*) LIB. pontif. p. 38, 8 CONC. Massil. a. 533 p. 60, 16. [*dub.*: MART. CAP. 5, 556 quaestiones ...quae in executione sint -andae (dev- *β al.*, evulgandae *Halm*).] *legitur inde a* CIC. orat. epist. LVCR. CAES., *deest poetis, praeterquam quod singulis locis habent* LVCR. SIL. NOT. Tir. 42, 91 -at.

A ***res***: **I** *i. q. palam, notum facere, in publicum proferre* (*pro subi. sunt res l. 69. p. 1648, 26. 27. 41. 51*): **a** *scripta, libros* (*sc. edendo*): CIC. Sull. 44 indicio lecto, descripto, -ato (*cf.* 42 dividi passim et pervolgari). orat. 112 hunc librum etiam si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine -ari necesse est (Att. 12, 40, 1. 12, 44, 1. 12, 47, 3. 13, 21, 4. HIER. epist. 48, 2, 1 *cf.* 48, 2, 2 in vulgus ...disseminant). SVET. Cal. 8, 1 versiculi. 24, 3 chirographa. IVL. HON. cosmogr. A 51 (*subscriptio*) *compendia* protulit -vit et publicae scientiae obtulit. SVLP. SEV. epist. 3, 1 universa -as. SVBSCR. Sedul. cod. Taurin. (Sedul. ed. Huemer p. VII) opus recollectum ... -atum est a Turcio Rufio Asterio. *in iure decreta, edicta sim.*: VVLG. Esth. 1, 20 hoc in omne ... -etur imperium (ἀκουσθήτω. *cf.* 1, 19 egrediatur). 1, 22. COD. Theod. 9, 42, 14 (*a. 396*) hoc edictis propositis per omnes provincias praecipimus -ari. NOVELL. Theod. 2, 3 (*a. 447*) *leges* (*ibid.* promulgavit). COD. Iust. 12, 33 (34), 6, 1 (*a. 529*) *sanctionem*.

b *rem dicendo in publicum proferre, propalare, passim enarrare, praedicare* (*additur abl. instr. l. 66. p. 1648, 2. 15, loci l. 83, dat. p. 1648, 10. 19. 20.* de *p. 1648, 3. 16. 23. saepius accedit* per, in *c. abl. l. 73. 79 al.* in *c. acc. p. 1648, 13 al.* ad *l. 80*, apud *p. 1648, 11.* super *p. 1648, 12*): CIC. Font. 20 inimici hanc rem sermonibus -are (-ari *Pluygers*) voluerunt. Phil. 2, 7 seria...-anda. ad Brut. 2, 6, 2 neque supprimenda res erat, ... neque...non -andam potius quam occultandam putaremus. BELL. Alex. 22, 2 -ata Caesaris hortatio. SVET. Otho 3, 2 ne poena acrior mimum omnem -ret, qui tamen...enotuit. APVL. apol. 86 ne maritale secretum -rent (VLP. dig. 16, 3, 1, 38. PORPH. Hor. epod. 17, 56 *sq.* -verit [*W*, dev- *al. libri*]. *cf.* HOR. *ibid.* Cocytia vulgata). TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 442, 24 (*obi. suppl.*). VVLG. III reg. 13, 25 -verunt in civitate (*obi. omisso*). II Esdr. 8, 15 ut praedicent et -ent vocem. PETR. CHRYS. serm. 48 p. 333[C] carnalium parentum *Christi* nomina commonet et -at. ORIG. in Matth. 17, 11 (*cf. gr.* εἰρηκέναι). PALLAD. hist. mon. I pr. p. 247 l. 17 proprios -at labores. *pass. pro refl. i. q. passim enotescere, percrebescere*: CIC. Phil. 2, 25 cuius ... nomen est occultatum? ... cuius non statim -atum? (VVLG. I par. 14, 17 in universis [ἐγένετο ... ἐν πάσῃ τῇ γῇ]. II par. 26, 8 usque ad introitum Aegypti. Sirach 47, 17 ad insulas [ἀφίκετο]. MACR. sat. 3, 9, 5 *opp.* ignoratum est). CAES. civ. 1, 20, 1 -ato Domitii consilio. SALL. Iug. 13, 1 fama per omnem Africam brevi -atur (IVST. 22, 6, 10 tota Africa. DICT. 1, 3 per...insulam. VVLG. II Macc. 4, 39 [διαδοθείσης]. Luc. 4, 37 [ἐξεπορεύετο]. ACT. Petr. 3). TAC. ann. 4, 52 Afer...-ato ingenio (*i. cum ingenium eius in publicum cognitum esset*). 12, 49 turpi fama -atum *est*. SVET. Vesp. 6, 3 -ato facto. Dom. 17 de insidiarum...genere haec fere -ata sunt. ITALA gen. 45, 16 (Aug. loc. hept. 1, 189 p. 536, 9) -ata (διεβοήθη, provulg- Lugd., VVLG. vulgatum) est vox in domo. exod. 2, 14 (Aug. loc. hept. 2, 6 p. 542, 4) si sic -atum est (ἐμφανὲς γέγονε, VVLG. palam factum est) verbum hoc. IVL. VAL. 2, 31 facinus. LACT. inst. 5, 22, 22 multa, quae ad religionem pertinent, -ata ac per rumorem vicissim aucupata discuntur. IVST. 12, 5, 5 opinio ... in Macedonia (42, 2, 11). HIER. monogr. p. 108 ut ... dies iudicii ... non -retur humanae notitiae. VVLG. Matth. 28, 15 -atum est (διεφημίσθη) ... apud Iudaeos. Luc. 1, 65 super omnia montana (διελαλεῖτο). act. 4, 17 ne amplius -etur (διανεμηθῇ) in populum. Rom. 16, 19. RVFIN. hist. 11, 25 quibus -atis et proditis. SVLP. SEV. chron. 1, 25, 6. MART. CAP. 6, 658 exiguitas insularum denique navigantibus caprae similitudine -atur (*locus depravatus ex Solino*). CONC. Massil. a. 533 p. 60, 16 quae de fratre nostro ... fuerant -ata. *quasi detersa notione in publicum proferendi i. q. singulorum animadversioni offerre*: LIB. pontif. p. 38, 8 quod tamen usque ad notitiam sibi -retur. PASS. coron. 8 ut -retur Diocletiano (dev- *al.*). *seq. acc. c. inf.* (*cf. infra l. 39*): CIC. epist. 6, 12, 3 neque...-andum de te iam esse perfectum. SVET. Claud. 39, 2. IVST. 15, 1, 3 -at se Olympiadis mortem ... ulcisci velle. PS. AVR. VICT. epit. 48, 3 de hoc etiam oraculo in Asia -atum est eum Valenti successurum. RVFIN. hist. 2, 10, 8 (διῆξε λόγος). COD. Theod. 5, 1, 9 (*a. 428*) FLAVIAN. Leo M. epist. 26, 3. SIDON. epist. 6, 4, 2 quem nunc Tricassibus degere fama -at. *seq. enuntiatum indir.*: SALL. Iug. 30, 1 res..., quoque modo actae forent, fama -vit. PORPH. Hor. sat. 1, 7, 2 *sq.* **c** *i. q. docendo notum facere*: PLIN. nat. 17, 50 *fimi usum* Augeas ... excogitasse traditur, -asse vero Hercules in Italia. **d** *i. q. palam ostendere* (*acced. abl. instr. l. 34*; in *c. acc. l. 36*): NOVELL. Theod. 22, 1, 3 = COD. Iust. 10, 35 (34), 2, 2 (*a. 443*) immobiles ... res, quae nec latere facile possunt nec quicquam, si -entur, officiunt (*opp.* in medium proferri -arique). AMBR. exc. Sat. 1, 37 *amor* interiore potius foveretur affectu quam forensi blanditiā -retur (*accedit sensus profanandi. similiter*: PETR. CHRYS. serm. 61 p. 371[A] ne sacramentum fidei -etur in publicum, ne ad infidelem fidei derivetur arcanum. GREG. M. moral. 15, 19 p. 1091[A] intentionem cordis in exterioribus favoribus -at *hypocrita*). ENNOD. epist. 5, 19, 2 p. 141, 11 melioratum te scriptionis assiduitate -a (*i. proba*).

2 *singularia*: COD. Iust. 12, 19, 13 pr. (*imp. Iustino*) posterioris licentiam temporis...disturbasse rei merita ac in multitudinem -asse (*i. extendisse*). GREG. M. dial. 2, 3 p. 138[A] *Benedictus* extra se mentis suae oculum non -vit (*i. divertit*).

B ***homines***: **1** *in bonam partem i. q. praedicare, proclamare aliquem*: TERT. adv. Marc. 4, 8 p. 439, 12 destructor creatoris nihil magis gestisset, quam a spiritibus ipsius agnosci et -ari (*similiter* nomen *alicuius*, *cf. p. 1647, 78 sqq.*). **2** *in malam partem i. q. diffamare aliquem* (NON. p. 284, 13 differre: diffamare, -are): ITALA Matth. 1, 19 (cod. k *al.*) Iosef autem vir eius (*sc. Mariae*) cum ... nollet eam -are (δειγματίσαι, VVLG. traducere). LEO M. epist. 7, 1 *Manichaeicos* investigatio nostra reperit, vigilantia -vit. MVTIAN. Chrysost. hom. 30, 3 p. 429 -ans magis quam monens *peccantem*. **3** *in neutram partem i. q. designare*: ZACCH. 3, 8 p. 1161[C] *Antichristus* signantius -andus. MART. CAP. 8, 812 utinam ... nullae me (*sc. Astronomiam*) ... illecebrae...contegendam potius quam -andam cognovissent!

syn. et iuxta posita: agnoscere, disseminare, offerre scientiae, praedicare, prodere, proferre, promulgare. *ad pass.*: enotescere. *opp.*: contegere, occultare, supprimere.

part. perf. pass. pro adi. **dīvulgātus**, -a, -um. GLOSS. -us διατεθρυλημένος. -a διαπεφημισμένη. diditus (*cf.* dido). -um ubique disseminatum. diditum, percrebatum. *superl.* -issimus *v. l. 64 et 76. superlativi circumscriptio l. 70.* *i. q. in vulgus prolatus* (*accedit sensus profanandi*): CIC. epist. 10, 26, 2 adipiscendi magistratus levissimi et -issimi...festinatio. *huc possis addere*: CIC. p. red. in sen. 11 cuius (*sc. Catilinae*) primum tempus aetatis palam fuisset ad omnium libidines -um (*paene i. q. prostitutum*). *i. q. diffusus, amplus*: LVCR. 6, 8 propter divina reperta -a vetus ... gloria. *i. q. notus, manifestus, passim clarus*: SCRIB. LARG. 38 *non* novas ⟨omnes *add. Helmr. ex M*⟩ et non aliquibus notas...compositiones, verum etiam quasdam -as et ... publicatas. PLIN. nat. 13, 9 -a maxime unguenta (*cf. ibid.* e vilissimis...et...e vetustissimis *unguentis*). SIL. 3, 677 cui dona Iovis non -a per orbem (*seq. acc. c. inf.*). SVET. gramm. 2 ut carmina parum adhuc -a ... nota facerent. COD. Theod. 16, 8, 26 (*a. 423*) nota sunt atque omnibus -a nostra ... decreta. MVTIAN. Chrysost. hom. 26, 3 p. 397 Christus ... et Moses, duae personae clarae et -ac. FACVND. defens. 8, 5 p. 724[B] -issimum illum Theodorum. *n. plur. pro subst.* **dīvulgāta**, -ōrum (GLOSS. IV 507, 5 notum facta, manifesta): TAC. ann. 4, 11 ⟨ne⟩ -a atque incredibilia avide accepta veris ... antehabeant. *Rubenbauer.*

dīvulsio, -ōnis *f. a* divellere. *i. q. actio divellendi. legitur apud* SEN. *et* ECCL. *i. q. separatio vi facta rerum cohaerentium*: **I** *rei in partes*: HIER. epist. 117, 3 quod desperem in istiusmodi copula -em. RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 5 animae dissolutio atque -o. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 366[B] disruptionem -emque partium (ῥῆ-

[*Bauer*]

ξιν...καὶ διασπασμόν). *de distractione animorum*: AVELL. p. 91,20 ingens ... -o atque perditio *ecclesiae* fuisset exorta. ENNOD. opusc. 2, 97 p. 317, 9 ecclesiastici gregis. *nota*: IVVENC. 2, 612 si ... scissa adversum sese -o *regni* (*i. regnum divulsum*; divisio *pars codd.*; *cf. Matth. 12, 25*) pugnet. 2 *i. q. discessio rei a re* (*speciatim de morte*): SEN. epist. 99, 15 commoveri ad primam familiarium -em. PAVL. NOL. epist. 13, 8 contristari -e carorum. 36, 2 quod ... curae nobis erat ex recenti dolore fraternae -is. CASSIAN. conl. 23, 5, 6 -em a Christo (*i. hanc vitam*) sibi quidem noxiam, sed ceteris necessariam non recusat. *nota*: PAVL. NOL. epist. 5, 19 si forte proficiscens cogitatā carorum hominum vel adsuetorum locorum (*i. a caris hom. vel ads. locis*) -e lacrimaveris. *Bauer.*

1. *dīvus, -ī *m. et* ***dīva**, -ae *f.* [*non diversum a* deus (*q. v.*), *cf.* dīus dīum *et osc.* deivatud *'iurato'* deivast *'iurabit'*. *Th.*]. *de formis antiquissimis*: INSCR. Dueni (Corp. I² 4) iovesat deivos (*videtur 'iurat per deos'*). [CORP. I² 5 (*in Cantovii titulo*) doivom *non a* divus *derivandum videtur.*] CORP. I² 374 (INSCR. Dessau 2976; *in cippo Pisaurensi, fortasse bello Hannibalico priore*) dei(va) Marica (*cf Dessau ad l.*). 375 (= INSCR. Dessau 2977) deiv. no⟨v⟩e. sede (*'divi.Novemsedes' Mommsenus; cf. Dessau*). 801 (= VI 110) deivae. 975 (= VI 96; INSCR. Dessau 2986) devas Corniscas sacrum (*cf. Dessau ad l. et* 2984 adn.). *scribitur in titulis imperatorum* d e i v - : CORP. I² 798 (= IX 5136). 799 (= IX 2628) deivo Iulio. X 7263. III 14147⁶. II 3829. *per* i *longam passim usque ad Hadrianum* (*sed cf. etiam* INSCR. Notiz. degli scavi 1912 p. 51 [*ca. 300 p. Chr.*] laedere dIvos), *per* i *raro sub Augusto, saepius sub Traiano, deinde passim; in* ACT. ARV. *scribitur* i *saepius inde ab a. 60. 66. 69.* *scribitur* d i v o s: INSCR. numm. Cohen I² p. 20 n. 57. 65 -os Iulius. p. 22 n. 3. 4. p. 23 n. 12. 14. p. 212 n. 3 -os Augustus. n. 4. 5 (*ibid. idem* -us). p. 266 n. 1 -os Claudius. CORP. I 697 (= XI 6721, 26 *glans Perusina, ca. a. 41—40 a. Chr.*) -om Iúlium. IX 3664 -os Aug. XII 1783 -os Hadrianus. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 33 -om Iulium. LEX Malac. (Corp. II 1964) 3, 14. 15. LEX Salpens. (Corp. II 1963) 2, 1. 2. 29. 30. CORP. VIII 24094 díuos Hadrianus. *sed* dium *pro* divom: LEX Salpens. 1, 30. 2, 1. *scribitur per litteram Claudianam*: CORP. VI 921 a b. 8554. XIV 2995 (*Praeneste, a. 51/54*). *notatur* d.: CORP. VI 1020 d. Marci Aug. div.: ACT. ARV. a. 224 (Corp. VI 2107, 10) div(is) *bis.* divor(um): a. 218 A 6. *forma vulgaris*: CORP. VII 140 devo Nodenti. *cf. l. 21.* *de notione*: VARRO ling. 3 frg. 2 (4) ita respondeant cur dicant deos, cum ⟨de⟩ omnibus antiqui dixerint divos. SERV. Aen. 5, 45 'divum' et 'deorum' indifferenter plerumque ponit poeta, quamquam sit discretio, ut deos perpetuos dicamus, divos ex hominibus factos (*sim.* 12, 139 *infra l. 52.* ISID. diff. 1, 168 inter deum et -um: quod deus semper est, -us fit. DIFF. ed. Beck p. 50, 7 deus non natus est et semper, -i vero ex hominibus in deorum nomina consecrantur), quasi qui diem obierint: unde divos etiam imperatores vocamus. sed Varro et Ateius contra sentiunt, dicentes divos perpetuos, deos, qui propter sui consecrationem timentur, ut sunt dii manes: quod tangit in duodecimo dicens (*Verg. Aen. 12, 139*) '-a (*Iuno*) deam (*Iuturnam nympham*) stagnis quae fluminibusque sonoris praesidet (*affata est*); *cf.* SERV. *ad l.* aut hypallage est pro 'dea -am', nam deos aeternos dicimus, -os vero qui ex hominibus fiunt. aut bene dixit de Iunone -am, respiciens etymologiam: nam ... sub divo ... id est sub aere, quem constat esse Iunonem. VARRO ling. 5, 58 hi quos augurum libri scriptos habent sic '-i qui potes' pro illo quod Samot⟨h⟩races 'theoe dynatoe'. *sim.* OV. met. 14, 12 -a, dei miserere (*Glaucus alloquitur Circam, de qua cf. p. 1651, 8 et Onom. p. 454, 57 sqq.*). *adde*: VERG. ecl. 4, 15 ille deum vitam accipiet -isque videbit permixtos heroas. HOR. ars 83 -os puerosque deorum. OV. met. 13, 589 omnibus inferior, quas sustinet aureus aether, ... -a tamen veni. GRATT. 96 deus ille an proxima -os mens fuit. MANIL. 1, 803 illa deum sedes, haec illis proxima, -um qui virtute sua similes vestigia tangunt. PRIAP. 53, 5 -e minor, maiorum exempla secutus (SIL. 9, 299 -orum turba minorum). STAT. Theb. 5, 750 ne plangite -os: nam deus iste, deus (*sc. Archemorus modo serpentis ictu interfectus*). *opponitur* heros: HOR. ars 114 intererit multum -usne loquatur an heros (Davus *vetus varia lectio, v.* PORPH. *ad l.; sed cf. Plutarch. comp. Arist. et Menandri p. 853*ᴰ οὐκ ἂν διαγνοίης εἴθ' υἱός ἐστιν ... εἴτε θεὸς εἴτε γραῦς εἴθ' ἥρως ὁ διαλεγόμενος). *sed divi i. q. dei minores*: LVCAN. 7, 457 bella pares superis facient civilia -os (*syn.* manes, umbras). VAL. FL. 7, 498 quae (*sc. Medea*) superis -isque potentior imis. SIL. 8, 205 -a deae parere parat (*sc. Anna nympha Iunoni*). *cf.* 8, 30 -a (*Iuno Annam alloquitur*). MART. CAP. 2, 149 -a ... deam talibus deprecatur (*sc. Philologia Iunonem*). *adde*: SIL. 10, 344 -e (*Iuno Somnum alloquitur*). *divi i. q. dii medii inter homines et deos*: APVL. apol. 43 quamquam Platoni credam inter deos atque homines natura et loco medias quasdam divorum potestates (*sed* Socr. 6 p. 132 quaedam divinae mediae potestates *eqs.* p. 133 hos Graeci nomine daemonas nuncupant. *cf.* 7 p. 136 mediae quaepiam potestates. *opponitur* deum caelestium *maiestas*) intersitas, easque divinationes cunctas et magorum miracula gubernare (*cf. Plato conv. 23 p. 202*ᴱ [*Diotimae verba*] καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ ... ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν κτλ.). Socr. 7 p. 137 mediorum -orum (*opponuntur dii superi*) ista sortitio, qui in aeris plagis terrae conterminis nec minus confinibus caelo perinde versantur *eqs.* (*cf.* SERV. Aen. 8, 275 sunt enim numina ... aliqua media, quos deos Apuleius medioximos vocat [Plat. 1, 11 *ex* PLAVT. Cist. 512], hoc est qui ex hominibus dii fiunt). *de hominibus mortuis*: CIC. leg. 2, 22 (*lex*) 'deorum Manium iura sancta sunto. nos leto datos -os habento' (*cf.* 2, 55 maiores eos, qui ex hac vita *migraverunt*, in deorum numero esse *voluerunt et* AVG. civ. 8, 26 Varro dicit omnes ... mortuos existimari manes deos. SERV. Aen. 5, 45 *p. 1649, 40. cf. etiam* LVCAN. 7, 457 [*p. 1649, 70*] *et p. 1655, 1 de imperatoribus*). *de sideribus*: GERM. 180 *eadem stella* mediaque ligat compagine -os (*sc. Taurum et Aurigam*). 441 quae -is sedes (*sc. quinque planetis. cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 102, 11 quinque deis assignaverunt). 601 magnaque -i (*Orionis*) vagina. frg. 4, 153 nec Libra metenti (tendenti *codd.*) dissentit -ae (*sc. Virgini.* AVIEN. Arat. 284. 350). MART. CAP. 8, 811 praemetata -um itinera. *de Christo*: OPT. PORF. carm. 24, 7 -e. *de primis hominibus Adam et Eva*: ENNOD. carm. 2, 64, 1 mergeret ut -os in mortem, pabula serpens contulit et vitam munere dira tulit. divus, -a *pro cella, statua sim.*: VERG. Aen. 1, 482 -a solo fixos oculos aversa tenebat (*de Palladis statua*). 1, 505 *fores* -ae (*sc. Iunonis cellae*). 3, 552 attollit se -a Lacinia contra (*sc. templum Iunonis*). 12, 286 pulsatos referens ... -os (*i. deorum simulacra*). STAT. Theb. 9, 606 limina -ae (*Dianae delubri*). *formula dicendi*: CORP. I² 801 sei deo sei deivae sac(rum). LIV. 7, 26, 4 precatus deinde: si -us si -a esset *eqs. adde*: LIV. 23, 11, 1. 29, 27, 2 -i -aeque ... maria terrasque qui colitis. OV. fast. 5, 685 sive deum prudens alium -amve fefelli. *cum genetivo*: FEST. p. 230 (*bis*) -is parentum (*cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. R.*² *p. 232 adn. 9*). PREC. terr. 4 caeli ac maris -a arbitrat⟨rix⟩que omnium. VAL. FL. 2, 120 non Erebi, non -a poli. 5, 199 -a maris. SIL. 14, 396 -is ... aequoris. HOMER 94 magni -a maris *Thetis*. STAT. Ach. 1, 528 tu (*Thetis*) -a profundi. MART. 9, 90, 13 -a Paphi (*Venus.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 155). MART. CAP. 9, 919 lucis -a secundae (*Diana*). *adde*: PRVD. perist. 5, 15 litare -is gentium. *divi appellantur dei hi (locos quibus deorum nomina apponuntur, seorsum posui p. 1651, 33)*: *Ianus*: CARM. Sal. *infra p. 1652, 33. cf.* IVV. 6, 393 antiquissime -um ... Iane pater. SEPT. SER. carm. frg. 23, 1 (Ter. Maur. 1891) Iane pater ... -e biceps, biformis. *Iuppiter inde ab* ENNIO *p. 1652, 38.* *Mercurius*: PLAVT. Amph. 57 MART. CAP. 2, 126. *Fortuna*: PLAVT. Asin. 716 *Fortuna Obsequens.* HOR. carm. 1, 35, 1. *Venus* (*cf. p. 1651, 38*): LVCR. 1, 12. 28. 38 (1, 6 dea). CATVLL. 66, 64 VERG. Aen. 4, 365 *al.* 8, 387. 396. HOR. carm. 1, 3, 1 -a potens Cypri (*cf.* 3, 26, 9). PROP. 2, 2, 13. 2, 14, 27 OV. am. 3, 2, 56 epist. 7, 107. 15, 65. met. 4, 288 -*a Cythereis.* fast. 4, 162 EPIST. Sapph. 58 MELA 1, 94 SEN. Phaedr. 274. LVCAN. 8, 458 undae -a memor Paphiae. VAL. FL. 2, 123. 226 inimica ... -a. 5, 283. 6, 457. 467. 668 blandae ... -ae. 8, 225 Idaliae numen ... -ae. MART. 9, 90, 13 STAT. Theb. 5, 65 PS. SOL. Pont. 16 CLAVD. 10, 63 CARM. c. pag. 87. *Dione*: PERVIG. Ven. 28. 49. *Venus et Cupido*: VERG. Aen. 4, 95. *nota de Venere cum puella amata comparata*: CATVLL. 68, 70 mea ... -a. *Cybele*: LVCR. 2, 623. 641 CATVLL. 63, 25 VERG. Aen. 10, 255 OV. fast. 4, 268. 317 VAL. FL. 3, 25. 235 SIL. 17, 40. 43 ANTH. 654, 37. *Minerva* (*Athena, Pallas*): CATVLL. 64, 8. 212 VERG. Aen. 2, 168. 232. 425. 8, 437 PROP. 2, 2, 13 OV. epist. 15, 65. met. 5, 261 (*dicit Vrania*). trist. 1, 5, 76 GERM. 649 MELA 1, 94 HOMER. 547. VAL. FL. 4, 605. SIL. 9, 457 -ae ferocis exemplo (*cf.* STAT. Theb. 2, 715; *Diana l. 70*). 13, 42 armisonae ... simulacrum ... -ae. STAT. Theb. 11, 496 silv. 1, 4, 20 Ach. 1, 288. *Thetis*: CATVLL. 64, 47. 373 OV. met. 11, 28. HOMER. 94 STAT. Ach. 1, 232. 334. 528. *Liber*: CATVLL. 64, 393. *Hercules* (*cf.* CATVLL. 68, 115): STAT. silv. 4, 6, 96 fortissime -um. CLAVD. carm. min. app. 2, 66. *Musa* (*Musae; loc. inc.* LIV. ANDR. carm. frg. 25): VERG. ecl. 10, 70 -ae Pierides (CIRIS 93). CIRIS 98 VAL. FL. 3, 216. HOMER. 1 (θεά). STAT. silv. 1, 2, 8. 1, 4, 20 Ach. 1, 3 SVET. gramm. 6. *Camenae*: CARM. (in Naev.) Gell. 1, 24, 2. *Erato*: VERG. Aen. 7, 41. *Iuno*: VERG. Aen. 1, 447. 12, 139. 179 CIRIS 154 TIB. 3, 12, 5 PROP. 2, 2, 13 OV. epist. 15, 65 met. 1, 623 fast. 6, 97 LIV. 27, 37, 8. 11 MELA 1, 94 VAL. FL. 3, 488. 8, 320. STAT. Theb. 10, 58 castae ... -ae. SIL. 7, 82 AVIEN. orb. terr. 205 MART. CAP. 1, 67. *Proserpina*: VERG. Aen. 6, 637 CVLEX 288. 291. PRIAP. 75, 13 raptam ... -am. OV. fast. 1, 696 utraque -a (*Ceres et Proserpina*). SIL. 1, 93 Hennaeae ... -ae (13, 431). *Diana* (*Artemis*): VERG. Aen. 11, 560. CVLEX 110 Delia -a. 119 pernix ... -a. HOR. carm. 3, 22, 4 -a triformis (*i. e. Diana, Hecate, Luna; cf.* OV. met. 7, 177 VAL. FL. 7, 395 SIL. 1, 120). OV. epist. 20, 188 met. 5, 640 GRATT. 125 SEN. Tro. 827 Phaedr. 54. 81 Oed. 763. STAT. Theb. 4, 746 -a potens nemorum (6, 633. *sed* 9, 608 virgo potens nemorum). 4, 763. 9, 637 -a ferox. SIL. 13, 136 NEMES. cyn. 97 MART. CAP. 9, 919. *nota*: STAT. Theb. 4, 769 -a quidem vobis, etsi caelestis origo est, unde ego? (*verba Hypsipylae nomine Dianae appellatae*). *Faunus*: VERG. Aen. 12, 769 Laurenti -o. *Aeneas* (*ut in caelum recipiendus*): VERG. Aen. 12, 797. *Apollo*: HOR. carm. 4, 6, 1. LIV. 25, 12, 10 (*in carm. Sibyll.*). SEN. Ag. 651. *Ilithyia*: HOR. carm. saec. 17 (*Lucina*). OV. met. 9, 310. 315 -a potens uteri. *Victoria*: TIB. 2, 5, 46 -ā superba. LIV. 22, 37, 12. *Isis*: PROP. 2, 28, 41. *Vulcanus*: LIV. 8, 10, 13. *Roma*: LIV. 43, 6, 6. MARIAN. carm. frg. Philarg. Verg. ecl. 1, 19 -a flava

[*Schwering †*]

